c Vm his diebus Brennate iconomus lectionis aliquid perquirerē: quo aut inuen⸗tionis nouitate: aut elocutionis splendore animus negocijs defessus restaurare⸗tur: tandem delatum est ad me uolumen a reuerendo Abbate Symoneta proxi⸗me æditum: in quo si non utrūq; ut uolebam: alterum saltem mihi obuenisse nunq̄ nega uerim. Huius enim uarietate adeo sum captus: ut totum continuo perlegerim: tibiq; il⸗lum: qui totius litteraturæ antistites es candidissimus q̄primum destinare operepreciū duxerim: ut si quando a causis audiendis: a iure dicundo: ab honestissimis negocijs tuis uacabis: habeas ubi animum relaxes: ubi nunq̄ ociosus uidearis. Pro argumento sibi as⸗sumpsit scriptor ægregius pōtificum Christianorum: seruata temporis: & ueritatis fide persecutiones. Sed quoniam ab alijs hæc eadem tractata fuit materia: interpositis ad ami cos epistolis: rem iam pene uulgarem nouo inuento illustrauit. Epistolæ enim ipsæ tan⸗ta tum historicarum / tum physicarum rerum copia redundāt: ut quod alij auctores uarijs libris seorsum scripserunt hic uno uolumine strictim collegerit: atq; adeo si fucatis uer⸗bis uti uoluisset q̄ntum abstrusas res conquisiuit: & in philosopho oratorem eloquentis⸗simum: & in oratore philosophum acutissimum haberemus. Verum ut suapte natura est ab omni ambitione alienus: ac unicæ ueritati inseruiens omissis uerborum coloribus rerum dumtaxat acumina prosecutus est: non ex uerborum leuitate: sed ex rerum soli⸗ditate laudem aucupaturus. Quid enim deesse posse arbitramur homini tam studioso: & tam nobili familia orto: quæ uti scis: in omni disciplinarum genere uiros fert: & feret omnibus annis eminentes. Vbi nam fœlicius florent litteræ: apud quos frequentius ca mœnæ diuersantur: Domum hanc litterarum officinam: imo Museon recte appellabis: in qua aliquid ppetuo duraturi quottidie excluditur: ueniet sua meritis gloria: atq; olim nominabūtur. Iam enim ut ex pluribus duos trisue ad summum cōmemorem totū per⸗uagatur orbem Ioannis Symonetæ Abbatis huius patrui præclarissima historia: qua di⸗ui Francisci Sfortiæ Cæsareo animo Ducis gesta complectitur. Nec minor est Iacobi philippi fama: qui utriusq; iuris nodos ita absoluit: legum obscuritatem: ac iurisconsultorū sensa tanta luce interpretatur: ut eius responsa pro Pythij Apollinis oraculis habeantur. Ad hunc quemadmodum tu probe nosti: sub quo totiens causas dixit: reosq; absoluit: est totius urbis concursus in huius ædium uestibulo maxima semper clientum: ac salutā tium est frequentia / amatur / colitur. At uero Abbas Iacobi philippi frater secessu amœni monasterij delectatus: q̄ composito animo: q̄ pingui ocio philosophatur: cui nulla hora perit: qui nullum temporis dispendium patitur: & si aliquando subtili aliqua meditatio⸗ne grauatus ingenium leuare cupit: ad nostra hæc amœniora studia confugit. Legit / ob⸗seruat / excerpit / componit / quo & animum recreare / & posteris prodesse queat. Quale est opus quod ad te: qui nō solum sacerdotum: sed etiam litteratorum censor es æquissimus inter curas perlegendum in præsentia mittimus. Verum ut intellígeres q̄tum simus hac compositione oblectāti: simul etiam ut tibi / cæterisq; q̄ alijs curis impediti: libri magni⸗tudine fortasse grauabuntur: labor minueretur: indicem: quo singulorum capitū summa perscripta est: unicuiq; libro præposuimus. Vale: & Dulcinum: ut facis tui memorem ama. Mediolani tertio idus Ianuarias. M. CCCCVCII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

DVLCINII BREVIARIVM LIBRI PRIMI.

Primus liber diuiditur in epistolas septem: & capitula sex.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas: ad deum optimum maximum oratio.

Epistola prima. Caroli octaui Francorum Regis: ac Regum antecedentium laudes cõtinet: Galliæ situm: & Gallorum preclarã in rebus gestis famam describit: & quid opti mo principi conueniat ostendit. folio. iiij

Epistola secunda. Guilielmi de Rupeforti equitis: ac iurisconsulti consumatissimi generis nobilitatem cum animi probitate coniunctam laudat: tum operi suo ut faueat: precatur. fo. ix

Epistola tertia. Iacobo Philippo fratri in legum enucleatione alteri Sceuolæ: in moribus Curio respondet: plurimaq; de antiquorum portentis: & miraculis. atq; etiam de dei auxilio implorando disputat. xi

Capitulum primum. Fidei Christianæ excellentiã docet: quã omnibus antiquor; institutis: tum uiuendi sanctitate: tum preceptor; salubritate præponit. xij

Capitulum secundum. Mosis uitam continet: & miracula xiij

Capitulum tertium. Mahometi uitam & sectam detestatur. xv

Epistola quarta. Hiacynthum fratrem militem strenuum admonet: non esse credendum fauori populari: & quanta ex pecuniæ cupiditate mala ꝓueniant multis exemplis docet: sed nec pecunias temere profundendas affirmat. xvi

Capitulum quartum. Pauli apostoli conuersionem ostendit. xvij

Epistola quinta. Ioanni Antonio fratri uiro ornatissimo disputationẽ: quã cum Abbate Comensi in mensa habuerat: rursus recensет quæ triplex fuit. xviij

De ebrietatis causis & uini natura.

De Pauli: & Iudeorum in Christum persecutionibus.

De piscium mirabilibus naturis

Capitulum quintũ De prima Christianor; persecutione agit: quodq; senatus Romanus Tyberij Cæsaris odio Christum pro deo recipere recusarit: demonstrat additis quibusdam denoua religione apud Athenienses: & Scitas prohibita. xix

Epistola sexta. Ad Margaritam sororem uirginem sanctissimam deo dicatam: de antiquis uatibus scribit: docens quanta antiquorum fuerit cura circa uirgines sacras: præsertim uestales xix

Capitulum sextum. Simonis Magi artes deceptorias: & eius cum beato Petro apostolo disputationes continet: quã secundum Christianor; persecutionem appellat. xx

Epistola septima. Aluysium Cistercien sem monachum laudat: Cuius consilio hoc opus se aggressum dicit: Tum Alberti magni: & beatorum Antonij: Thomæ: Benedicti: Bernardi affirmat: dignitates seculi: non esse suffragijs emendas: sed sanctitatis gratia omnino contemnendas. xxi

BONIFACII SYMONETAE DOCTORIS: AC MONASTERII CORNV ABBATIS: IN PERSECVTIONVM CHRISTIANARVM: HISTORIAM PONTIFICVMQVE COMENTARIOS AD OPTIMVM MAXIMVM DEVM ORATIO

Virtus infinita: o sydus pietatis: iusticiæ ineffabilis maiestas: æquitatis: sapientiæ: prophetarum genitor: Bonifacio titubanti annue pro facũdia precanti: ut sapientes auxilio diuinitus effuso queant admirari: tecq; deũ deorum pronius adorent. Tu: qui omne obstrusum: & corda uides: qua cordis sinceritate fidei Christianæ persecutiones edere aggrediar: o sapientiæ inextinguibile iubar propitius precor: aduerte. Puppim hanc reti naticulis egentẽ/fragilem/ exesam/ne naufragijs adacta scopulis illidatur: clauo tuæ benignitatis firma: ut desertos/sospites/ beatos per te reddi suplices agnoscant. Ero cæteris beatior mortalibus: si me in fide anhelantẽ penni gratia liges: & a blaterõibus me eximere digneris: a morsibus quorum suspicor affligi. Tu ergo qui insanos & a dæmone concitos spernis: & in momẽto orbes metiris: hos ne obtrectare: aut mihi aduersari studeãt. Pater alme reprime: quoniã irrídere: aut quibusdã adulari uolentes in me comẽta ꝓculdubio forte component. Si sic superne fuero afflatus: ac diuinis imbribus irrigatus: fidei Christianæ splendorẽ: excellentius semper orientẽ memorare exordiar. Tu itaq; sanctarum rerum omnium mollitor benignius utiq; ad nostra uota intende: a me omne fuligínis Chaos/ pauorem/ exilitatẽ ingenij dimoue: & facundiæ riuos: cunctosq; uirtutis recessus: ne amplius timidus cuncter: & uera sectari queã: ostende. Bonifacio Caroli octauí Galliarũ Regis præstantissimi ut plaudat labori gratiam cõcede: scilicet ne a tali histo ría: ut a temeritate quadam ipse cum natione sua indigneturrudius lacessíri: Guilielmi de Rupeforti præterea consumatissimi: ac æquissimi uiri fœlicia opto auspicia assequi: ut ipse facundissimus fauste ominetur: a cuius cẽsura si cum laude sospes euasero: sertis comptus: hostijs & concentibus tibi sacrificabo. Alme deus iam inchoamus: propitius esto: te rogamus audi nos.

EPISTOLA PRIMA.

Inuictissimo: ac seneríssimo Carolo octauo Galliarum Regi
Bonifacius Symoneta Cornu Abbas fœlicitatem.

Ioannes Galeaz

Ex inclyte: est mihi Dux Ioannes Galeaz: e cuius decoris contemplatione atauorum amplitudinem reminiscí cogor: qui indies expectationem sui nominis fœlicius extẽdit: ideo ꝙ eo demisso hoc opus tibi nouerim: forte miraberis. Non tãtum senui: quin diuinitatis nutu tersius possim: cum Perseí

Hercules

aut Herculis labores sciuerit: annales illi lucubrare: in quibus si (ut iamme ditor) experiar: institutа Herculi operantium obseruabo. Maiores nostri Herculem uiuentem semideum cum censerent: illi defuncto uota/ honores/ sacrificia instituerunt: cui rem diuinam persoluentes/ nullum deum præter Herculem inuocabant. Si fas est: & sine adulatione diuum Lodouicum numen nostrum queo nuncupare: hoc opus ipsius prouidentia me tibi coegit dedicare. Cum deinscriptione anceps diu fluctuassem: ipsi orbis dictatura dignus: me titubantẽ de libri argumento interrogauit. In isto uolumine Christianorum: pontificumq; persecutiones contineri audiens: librum hunc Carolo octauo Galliarũ Regi protinus dicandum fore ratiocinando persuasit. Postea maiestatẽ tuam põnia eius recensendo adeo ad astra usq; extulit: quod astantibus nihil fuit suauius: nihil iocundius. Te nostri principis consanguineum: te Regem integerrimum: magnitudine animí nulli cedentem: & te ambobus æque ac capitis lumina amari nouissime memorauit. Tanti igitur principis iussu necnon auspicijs in acrimoniam (ut ita dicã) afflatus: suffragante deo: cuius benignitatem (ut Auguste annuat) supplex imploro: dicatum tibi opus iamiam exordiar. Insubriũ dictatoris cõsulta sequar: quia Lodouicus prudẽtiæ/ ac

Diuus Lodouicus

clementiæ iubar mei nauigij uela expandere: ac clauo dignatur: ne illider: insidere. Cui rebus gestis & generositate animi/excellentia/ humanitate/ iusticia/ æquitate Italiæ potentatus: qui censuram eius adorant: & deus almus pro me satisfaciant. Hic enim tanti imperij; atq; nepotis pater horas/ dies/ menses/& annos omni fœlicitate augere: ac rectũ suadendo nobis superos conciliare studet. Idemq; pietatis/ cœlestiumq; cultor Augusti pace: illiusq; æquitate agenda maturans nos ciues apricantes: & fœlicitatẽ Ducis in beatitudine fouet. Rex Carole sapientes nostri a Gallis reduces: & una Ioannes Cistercij abbas e senatoribus tuis uir sanctus ab urbe remeans apud me hospitatus patrũ tuorum fulgorem: excellentiamq; in tantum collaudauit: & indolem tuam ab his nihil degenerasse: imo auitam uirtutẽ amplificantem adeo laudibus euexit: ut te regem regum nominare compellar. Genus/bella/ triumphos/ subacta regna hunc titulum adumbrantia in laudes tuas expediret: recẽsere atq; a Carolo magno saltẽ exordiri: successoresq; ad te usq; octauũ nũc regẽ debitis laudibus enumerare: sed arbitror: q; cœlum satius in exiguo globo coarctarẽ. Priscos: ut sit iter cõpendiosius: eximios tuæ gentis heroas omittamus quoniam si effusius liceret euagari/strenuitatẽ/ prudentiam/ bonitatẽ/& mirã nõ sine diuinitate magnanimitatẽ Caroli septimi reponere consultius attentarem. Si quis auctor Auí tui a principio regni bella/anxietates: trophea hincinde emergentia edere conaretur orbem uelle perferre iudicio meo nempe crederet. Ille inuictus per syrtes illisus marte: affabilitate: omni bonitate: prudentia: Cæsarea magnanimitate hostes deleuit: qui ante casum semper miseratus nullum sibi conciliari: confœderariq; precantẽ est aspernatus. Triumphis: & bellica uirtute saciatus. paceq; oblectatus regnũ/ opulentia/ lætitia/ fœlitate refertũ grãæuus reliquit. Lodouicus genitor tuus: ut nitentius in cœlo Sydus/ fortuna: ingenijq; agilitate nemini secundus Dœdalum: Bellerophontem: & Mercurium: Apollinem exingenij excellentia deos nuncupatos: & Herculem hydræ domitorẽ labore superauit: qui amplitudine nominis hostes affligẽs imperij limites nõ tyrãnica insatiabilitate: sed Gallica ꝓbitate ampliauit. Nunc cius es generosa ꝓles Carole serie octauus in adolescentia: ũt Octauius sæpius uictor: cuius indolis uirtutem cœlitus Gallis condonatam. Io. Cistercij Abbas Regius Senator: doctrina ac sanctitate pollens miníme uerbosus: & adulandi ignarus: cum ab urbe remearet mecum hospitari dignatus cũctis Ducibus præposuit te nulla labe infectum: te circũspectũ: te laborũ patientissimũ: si legatorum: si sapientum conciones: si maiorũ gesta audienda sunt: ait: te audita mature & ornate distinguere: cum nihil regio decori delit: elimatissime in corona astantium respondere & tunc inediam: acris intemperiam: & inquietudines mille: ut Regiã maiestatẽ amplifices te memorat perferre. Ioanne uirtutis: ac sanctitatis interpræte tam excelsas animi tui dotes miro pietatis ardore predicante: ergo ueluti afflatus me his temporibus natum gratulor: quia inueni: quem sine adulatione extollere possum cæpi declamare. Nec aliquis mihi exprobet: illum quẽ nullus uituperat: quid opus est laudare? quia tanti regis laudes ut cæteri emendentur: aut glorioſius œmulari studeãt: in amphitheatris sunt precinẽdæ. Beatitudini tuæ Guilielmũ de Rupe forte tuum fidum Achatem legum interpretem genere/ prouidentia/uirtute/facundia/& quacũq; gratia instar astri inter homines scintillantem addamus. De eo ut Pyrrhus de Cinea potes gloriari. Pyrrhus plures populos/ciuitates/& regna Cineæ lepore/& prudentia q̃ armis perdomuisse fertur in excellentiã quoq; tuam solitus est narrare. Vnum solem in Gallia: reliquum in cœlo oriri: audio tuas nationes: te regem regum nominando letari. Tu probitate eximius hoc nomẽ aspernaris: qd' Tygranes Armeniæ rex stolidus/ arrogãs/ præceps/ imperiosus superbe asciuit. Tygranes a ratione deuius Mithridatem Ponti regem: & cæteros: ut cum Lucullo nõ confligeret: dissuadentes fastiditus pronior in expeditionẽ sibiq; nimiũ confisus in caput suũ decertauit. Ipse consilij inops: ac hoim contemptor salutatiõe regũ suæ ditionis superbiẽs nihil magis eos/quã pedissequos/aut satellites est honorare dignat⁹. Reges hi pedestres illi equitãti occurrẽtes: atq; sedenti cõnexis lacertis quasi seruitutis imaginẽ pstarent: regẽ ambibãt. Romanis in eũ infesta signa inferrẽtibus ciuitates: ac principes illi⁹ amicitia arrogantia & seueritate offensi cum Apio Luculli legato de deditione: deq; illius proditione ante exercitus aduentũ tractauere. Tygranes proditionis ignarus cum exercitũ intumescens recenseret apud amicos glorioſius seipsum sublimans ait: utinam non solum Lucullus: uerum Romani imperatores omnes: quos unico labore uno conflictu fugarẽ adessent. Eo dissona iactanti adulatores: qui in regijs: & in unaquaq; sublimi domo scaturiunt: Regis uecordiam: præconia auorũ accumulantes fouere illi sibimet: atq; adulatoribus uacanti Lucullum imínere: cum omni delectu adesse: regnum urere: rapere nunciatur. Qui per speculatores nihil de hoste percunctatus nuncio æque: ac illudenti caput securi præcidi iussit. Heroes ad unum sic temere examinari timentes a milite Romano omnia funestari silere. Tygranes ab hostibus septus turmas expeditius uidit: quam incendijs cladibusq; occurrere posset. Regnum diripi: & acta hostium ignorans Luculo turpiter in primo congressu attonitus succubuit: nomenq; tam illustre: q; rex regum erat: sua mentis crassitudine amisit: ac tandem Pompeio in eo bello successori insignibus regalibus depositis prostratus humi genua flexit. Tu rex nihil effrœnis maturitate clementia/ pietate/ continentia imbutus ineptias qui non loqueris: cõmertio bonorum: moderamine deorum cultu semper usus rex regum es nuncupari dignus. Post Romanam magnanimitatem: si annales debita compensatione interpretari uolumus: nullam nationem: Gallica omnia adulatione remota comperio præstantiorem. Asiani/ Aethiopes/ Indi Aphri/ Aegyptij/qui prælia & ardua relatu uaria fortuna tentarunt: semp Gallis impares fuere. Libycos leues/ infidos/ bilingues/ spondere/ abiurare/ seipsos hominesq; deosq; negligere solitos nihil ratum habentes: sancita abnegare procliues: nimium sagaces abhominamur. Asiani corporis robore infirmi: exiles copias multitudine militum: diuitijsq; terrificant: qui imbelles: effœminati in conflictibus liquescunt: uersutijs numeroq; magis: quam strenuitate militãtes. Agesilaus Sparthanus Asiam incolentes liberos malos at eosdem in seruitute optimos esse memorauit. Per Mithridatẽ Ponti regem Asianũ: qui Romanis per quadraginta annos in acie semper cessit: uersatile & ímane reliquorum ingeniũ experimur. qui: q; totiens cederet: offensus: in tanto Asiæ tractu Italos repente peremit. Asiam tum rerum ubertate: tum mira locorum amœnitate Itali habitare magis: quam in ea mercari consueuerant: quos molita ante proditione eadem die Mithridates trucidatos expilauit. Libycos Asianos in ciuilibus bellis Cæsar præliari expertus: cum eos cedere in fuga morari aciem solutam ab integro restaurare: quãdoq; terrificando urgere: & iterum terga dare: nec nisi cum sequentium clade equos euestigio firmare conspiceret: exclamauit: nouum: & mihi inexpertum est hoc genus pugnæ cum Gallis nunc non congredimur: quia remotis insidijs: aperto pectore propria uirtute non lucta: non cursu: non fuga: sed pede tenaci iaculantur. Gallos numinum cultores & Parthos semper infidos aliqui (iudicio meo) qui delirant: possent inuicem conferre. Parthi multa regna manu aut fraude adepti de imperij magnitudine cum Romanis nisi discordiæ ac ciuilia bella eorum uirtutem antiquassent: profecto contendissent. Qui: & si ad imperandum: bellumq; gerendum perpetuo ualuerint: origine tamẽ obscuri sunt. Ipsi e Dais a Meothide palude remotioribus: & Scytharum exules barbaros: inciuiles: Scythicosq; mores nusq̃ urbanius abdicauere. Vera Parthia tãti nominis quondã exilis nemorosa/ montana ex inopia erat obscura: quam cũ regum minimam partẽ exercitus alere non posset turmæ raptim percurrebãt. Huius regionis prædones finitimis aliquid semper adimendo: ex ipsa ditione Medorum ad Caspias portas usq; Euphratemq; sui imperij limitẽ tyrannica improbitate ascripsere. Ab ijs agrestibus Galli uirtute impares differunt: quos socijs & strenuitati Alexandri probe æquiparamus. Exercitu Alexãdri Persarum multitudinem: ne in cædis hostium lassitudine occumberet: formidante Parmenio: & experti Duces Darium nocte agredi tutius consuluere. Hæc furum sobrietas est Imperator inquit: malo in die: ut rex Alexander cedere: quam in nocte ut fur hostes superare. Romani prædæ/opum/ imperijq; affectu in nationes accerrime cõcertantes: coarctati contra Gallos castramentari in uiros fortissimos pro uxoribus/ liberis / patria / & sua salute dimicare fassi sunt. Quia Gallicum nomen urbem continuo terruerit: hoc pacto conijcimus: Sacerdotes a bellis ubiq; necnon & Romæ: nisi Galli Italiæ iminerent: fuere semper imunes. Cuilibet antistiti in discrimine Gallico pro dijs: & patriæ salute edicto opus erat armari: quoniam ante tale senatusconsultum Galli Romam depopulatam excepto capitolio incenderant. Non sospitis sedibus: sed Perseo/ Dionysio/Herculi/ & uiris fortibus gentem hanc a patrimonijs egredientem æquamus. Seres populi

Ioanne Cistercij Abbas uir sanctus.

Carolus septimus

Lodouicꝰ

Carolus

Io. Abbas

Guilielmꝰ

Pyrrhus Cyneas

Tygranes

Tygranes

Libyci

Asiani

Agesilaus Mithridates

Cæsar

Parthi

Parthia

Alexãder

Romani

Sacerdotes i bello imunes.

Seres

agrestes/ obtusi/ inciuiles/ mortalium uultum: & cõmertia: ut formidantes abhorrent: arbores habent: quorum folia uellera edunt: quam lanuginem a ramis delectam sericũ appellant. Hi ut cuniculi: utq; lepores hominum aspectum euitantes extra suæ gentis limites non egrediuntur. Galli magnanimi talibus impares intestinis dissessionibus olim diu uexati ciuilibus bellis cõtinuo crassari infandũ arbitrãtes euagari: nouas sedes quærere conueniunt. Italiam auspicio deorũ ui armorũ ingressi tuscis a sedibus expulsis Mediolanum insubrium Metropolim/ Comum/ Brixiam/ Bergomum/ Tridentum/ Vicentiam condidere. Solertiores priscæ ueritatis indagatores nõ odia: non ciuiles tumultus causam peregrinationis dedisse: uerum cum patria multitudinem non caperet: senes iuuenibus externos debellandos persuasisse asserunt. Seniores trecentamillia bellatorum ex abundãtia numero ad nouas sedes: ut gloriosius ardentes aduenæ: q̃ torpentes ciues in patria uiuerent: emiserunt. Pars talium post Herculem prærupta iuga alpium frigore/ gelu/ niue inedia anfractibus inaccessibilia ausa est superare: ac Romam arrogantius superbientem a se dirutam ustalare. Hercules Apœninum inuium arduis petris: transeũtibus fatalem ab Hispania remeans ausus est transcendere. Idcirco tantum stuporis sublime facinus scientibus ingessit: quod immortalitatis fidem de se omnino fecit. Pœnus Hannibal per hos auios montium calles igne/ aceto/ ferro/ labore inaudito attritos non infortunij expers: ad planiciem Italiæ exeIus: imbecillis uix peruenit. Multis hominum & iumentorum millibus amissis monti ceu uictor Apœninum (ut fertur) nomen dedit. Scipio consul obuius hosti his malisfretus suos in Hannibalem exhortatus cõtra laruas & tenues umbras alpium dumtaxat reliquias non in homines se decertare prædicabat. Portio altera Gallorum ad Illyricos/ panonios irrumpentes quibusdam regibus cum finitimis liuentibus interfectis fœlicius Græciam/ Macedoniam superantes obuium Ptolemeum agmine incomposito temere irruentem cũ Macedonibus trucidarunt. Tantis uictorijs tantum timoris nomen Gallicum oris adiacentibus auxit: ut reges non lacessiti: & distantes pacem ingenti pecunia ultro mercarentur: Nullus orientalis princeps sine Gallicis auspicijs quiescere: uel cum alio rege bellare sine Gallica strenuitate cẽsuit. Reges iniquo fato/ coniuratione/ uel seditione deturbati errantes: ad Gallicum præsidiũ ut reintegrarentur opibus & regnis semper confugere. Huius nationis fœlicitas in toto orbe sic effluxerat: & nominis terror: ac armorum insuperabilis fortuna ubiq; adeo inoleuit: ut nullus nisi Gallica magnanimitate suis persistere regnis: aut externas ditiones oppugnare: aut se cõmode posse tueri arbitraret. Hannibal amicitia: Gallicaq; strenuitate elatus Italiam quattuor & decem annis instauratis cladibus est nutu suo igni/ ferroq; populatus. Mithridates rex Ponti a Lucullo tum a Pompeio ditione Asiæ expulsus Gallico hospitio Italiam instar Hannibalis erat agressurus: nisi Pharnax ab eo defecisset: ac patrem sua proditione ab omnibus destitutum sibimet inferre manum compulisset. Carole rex celebris gens tua ab origine mundi præconijs clara summis laudibus: fateor: foret euehenda: sed ne inuidi me adulari prædicent: retrahor: & consulte eximia gesta repono: ut de Gallica religione fas sit aliquid licentius libare. Gallos ante Christi aduentũ in illa maiorũ religione principatũ tenuisse Cæsaris testimonio: quod nunc in fide Christi constant: attestamur. Cæsar in suis monumentis eos in duas factiones discretos quosdam Druidas religiosos summi potentatus: reliquos heroes: & nobiles esse ait. Plebẽ ab his factionibus contemni nullo concilio adhiberi: imo ꝓ nihilo esse plebeos: si quando ære alieno: aut tributorum magnitudine: uel si iniuria potentum premuntur se in seruitutem nobilium dicare: qui in eos omnia iura: ut in seruos habent adijcit. Superstitio religionis prisco tempore Gallis nõ poterat profecto esse hac ratione maior: ipsi deis non aliter posse gratificari: deũq; in arduis iratum deliniri non posse: nisi homines immolarentur: rati alius uel seipsos immolandos superis uouere. Aliquis Argutus me scelera laudare his exemplis posset increpare. Busiris homo in humanus homines uinctos prohostijs: cũ nihil esset sibi iocundius: dijs litauit: ut talium cæde Aegyptus a mercatoribus esset inaccessibilis. Thoas rex Tracũ crudus aduenas fortuito ad se applicantes raptim Dianæ immolauit. Hac labe Carthaginenses non fuerunt immunes: ideo canes comedere & homines in sacrificijs mactare a rege Persarũ probibiti destiterunt. Non arguamur: dispari ratione Galli hoies sacrificarũt: ipsi nulla sæuitia acti: sed pietate/ timore/ ac deorũ reuerentia imbuti pro re ardua: & uita hominis: nisi uita hominis superis redderetur: numina nõ posse placari: credebãt. Sacerdotes druide ea tempestate nũcupati: rempublicam mystica/ uictimas/ ritus/ superstitiones in sacris: seriem rerum/ ac religionem/ prodigia/ mentes deorũ interpretari calluere. Veluti parentibus eruditionis gratia adolescẽtes audientes: ut reges delitibus publicis: ac priuatis de quouis facinore cæde/ luctu/ hereditate/ ac finibus pœnas: præmia pro meritis discernentes iudicabant. Qui druidarũ sanctiones neglectu temerassent: ut infames/ proteruiq; cõmertio hominum interdicti mulctis subiacebant. His unus præerat: quo defuncto præstantior suffragijs: uel armis principatũ ascisebat. Ipsis Gallis religio Christi: si a primordijs exordiri uacat fũmore profecto debet. Pontifices: necnon & reliqui cum fide Christi sentientes in tempore Sixti pontificis cum tormenta eiulatus: cædes quotidie crebrius inualescerent: Christi nomen non ausi sunt profiteri. His successibus insectatoribus fidem nostram gaudentibus extingui: Galli in tanto turbine labentia pectora conciliarunt: cũ uellent baptizari: & Christianum sibi præsidem dari poscerent. Ad eos tam in Christũ procliues peregrinus ciuis Romanus profectus fidem apertis fontibus ampliauit. Tali inopinabili accessu hostibus Christi nihil fuit dolentius: qui peregrinũ reuersum excrutiari iussum martyrio necarunt. Inter tam sublimia bona Carolum magnæ fidei confugium: sic opus est: petamus. Deuictos ab ipso populos Saxones: Saracenos omittam: & quomodo Carolus pontifices obsessos a cladibus exemerit: auctores religionis aluerit: insectatores deleuerit: ecclesiam labentem instar Constantini firmauerit: tantũmodo sumotenus recensebo. Adrianus pontifex a Desyderio Lõgobardorũ rege iniurijs/ arrogantia/ rapinis lacessitus: ac in urbe uallo fere septus se: ecclesiãq; amplius non posse tueri: questus: ad Carolum: ut Christo: & eius ministris in omni pernicie laborantibus auxiliari properaret: oratores legauit. Princeps magnanimus nihil cunctatus Desyderio caduceatores misit quorum hortatu ab iniurijs se contineret: oppida ui: uel deditione amissa pontifici restitueret: si æquitatati pareret: Francorum præsidia: amicitiamq; se habiturũ: si contumacius neglexerit: bellum sibi uulgatum haud ignoraret. Legati ipsum in pontificem obstantius moliri: & omnia Gallis esse hostilia referentibus: regis proceres hilarius: nihil quã sibi pro fide Christi pugnandum: mutuo pro religione: & põtificis salute: sed exhortantes dixerunt. Carolus comeatu questoribus imperato agmine expedito: ne ante aduentum pontifex opprimeretur: in Italiam maturat. Itinera alpium tam angusta inuia põsidijs hostium munita principis: ac Francorũ indomita uirtute superantur. Longobardi longe multitudine superiores apud Vercellas castris occurrentes primo cõgressu fugãtur. Desyderius cum in aduerso marte sua hortamina nihil conferrẽt: Papiam regni caput: ubi oppressus est: applicuit. At Carolus oppidis deditione acceptis cum in longum obsidionem trahi conijceret: firmatis munitionibus Petri limina: Adrianumq; pontificem salutare: congratulariq; statuit. Tum expletis multa comitate cerimonijs re uersus absumpta annona obsessa urbe potitus Desyderium/ uxorem/ liberos abduxit: sic Desyderij superbia regnum: & Longobardorũ nomẽ finiuit. Longobardi arrogãtes: superbi per quattuor & ducẽtos annos rapinis: igne cladibus potentatus imminuentes. Italiam euerterant religionis expertes præsules cõtemnentes pontifices obsesserant. Adrianus a tali incendio naufragioq; exemptus urbibus: quæ defecerant receptis: priuilegia Carolo ecclesiæ amorem attestãtia tanto principi multo maiora merenti digna cõcessit: qui per biennium ante cum Saxonibus præliandi auidis bellum preceps & arduum: ut a põtificis naufraganti ceruice Longobardos arceret: deseruerat. Saxones religionem nostram negligentes/ Christum/ templa/ ministros irridentes regem hunc in se illudentes sciere. Qui per tres & trigínta annos a Gallis ante domiti q̃uis parerent: resumptis uiribus obstinatius in uictores: ceu Carolo reseruati forent insurrexere. In ultimo bello multorum hominum internitione triti traditis obsidibus tanto principi in falsis deis nullum præsidium expectantes: quia uictores a uictis adorantur:: mitius subsederũt. Saxonibus igitur debellatis in barbaros coniurantes Hispaniasq; irruptione occupantes expeditionẽ deduxit: quos relictis idolis Christo supplicare cõpulit. Ab his domitis pedem referens inter mõtes pyreneos circũuentus multos illustres: & Arolandum sororis filium maximi roboris uirum: dum cum hostibus manus consereret non inultus amisit: nã reges:

Galli egressi

Ciuitates a Gallis conditæ

Alpes a q̃bus supate sint

Hercules

Hãnibal

Scipio Galli egressi

Portio altera Gallorum

Mithridates

Gallorũ religio

Cæsar

Gallorum diuisio

Busiris

Thoas

Carthaginenses.

Druide Sacerdotes.

Fides christi Gallis debet.

Peregrinus

Carolus magnus

Adrianus

Desyderius rex

Longobardi.

Saxones

Carolus

atq; nationes quæ in imum conuenerant: inter illas montium anguſtiẽs deleuit. Cumq; his Galli certarẽt: Beneuentani præſidijs undiq; coactis in põtificem delectũ agunt: Carolus in Italiam remeans Beneuentanos: & complices põtifici conciliauit. Breui inter cadine poſt Romani rebellantes Leonẽ pontificem nullis in iurijs laceſſiti ab urbe expellunt. Per legatos: ut Leoni occurreret Carolus accitus: oratoribus confirmatis pontificem otius reſtituere pollicetur. Leone quoq; reſtituto pro tot congeſtis beneficijs Carolus Auguſtus omnium ore eſt appellatus: ac imperatoriũ nomẽ/ dignitatẽq; populo Romano applaudente: ac pontifice concionãte pro ſe/ ac ſucceſſoribus ſuis ſuſcepit Robertum magni Vgonis filium Franciæ Regẽ ſanctitatis ſpecimen/ iuſticia/ probitate/ modeſtia/ religione/ cum quouis eximio principe adequãdum/ ut gentis religio illuſtrius excellat: operi noſtro interſerere affectamus Robertus in re militari ſerpente uigilantior per ocium in templis horas canonicas ſacerdotibus inſertus pſallebat & ſancti ſpiritus adſit nobis gratia (ni fallor) canticum inuenit. Oppidum inſigne eo obſidente cũ horas canonicas in exitiali expugnatione nõ intermitteret/ mœnia & hoſtiũ munitiones eo orãte diuinitus corruerunt. Religione/ ac armorũ generoſitate ita Gallorũ magnanimitatem: & uota ad ſe nouus homo traxit: ut illum e Caroli magni progente editũ mirabili uenerationẽ crederent. Francorũ Reges nõ mercenario Duce Hierofolymitana prælia: ſed propijs uiribus/ & ſui corporis inedia diſcrimineq; iniere: regnũ/ coniuges/ liberos/ affines in tantis excidijs a pœnatibus ſemoti: ut cũ externis nationibus confligerent/ relinquentes. Maris procellas/ ſcopulos/ uada in acceſſa p amplitudine fidei in peregrinatione morí/ prælijs confodi neglexerunt. Ipſi Boreales: quos utraq; urſa gelu aduerit: iuxta equinoctialem in Aegypti æſtu: quæ ora (ut Syene ciuitas teſtatur) a cancro non eſt ſemota: quod eſt aquilonalibus inaturale: militarunt. Choreis aut in molitie uerſari balſamaq; gẽmas/ comcatu ut plurimum carentes: nõ poterant mercari: nec alicubi tutæ morari: quibus congredi: uel ab inſidijs & eruptionibus præcauere: aut legiones in procinctu opus erat tenere. Chriſtiani principes/ alij redimiculis crebro compti/ ſi Reges Gallorũ æmulari ſtuduiſſent: itinera tã ancipicia/ famẽ/ peſtẽ/ uulnera algores afferẽtia: ut fides adoleret: ſubijſſent paleſtina tellus: Arabes inacceſſibiles: Parthi: Scythe indomiti: Getæ: Sauromatæ: Indi: & omnis Aſia pontifices Romanos adorarent. Ante horum præſidum ſolamen: aſſidue põtifices uel exilio eiecti: a carnificibus contorti: in carceribus inedia: ſitu extenuati: uel fune ſtrangulati: ut inferius geſta intuentibus liquebit interiere. Qui Romanis ſeditionibus/ defectioni/ conſpirationibus/ ac finitimis tyrannis/ & ciuitatis factionibus cedentes limina petri deſerẽtes: ad Gallos: ut ad ultimũ pietatis honoriſq; leuamẽ crebro fugere coacti ſunt. Itaq; ſicut ab aere/ cibo/ potu/ inanitiõe/ repletione/ ſomno/ uigilia/ motu/ quiete/ & a paſſionibus animæ corpora noſtra nõ queũt amoueri. Sic quoq; noſtra religio/ pictas ueri ſinceritas pontificũ: Chriſti ac deoq; honor nõ poterunt a Gallis p tonitrua quæq; aut per fulmina aboleri: cum ut infra dicemus a deo æque ac filij diligãtur. Clodoneus Franciæ Rex ſeuerus/ primo conamina & incredulus Chriſtũ aſpernari geſtiẽs coniugis precibus: aut rationibus fidei Chriſtianę nõ poterat adherere: in quem Alamani e cõmuni conuentu armari coniurarunt. Clodoneus imperij ac ſalutis anceps ſuperos precatur: & ſi in Chriſti nomine germanos ſolueret: illius fidem ſumere uouit. Fœlici palma hoſtibus attritis baptizari auidus diuum Remigium adijt. Ex inſperato regis aduentu tumultuantes ad fontem baptiſmatis criſma nõ ferunt miniſtris ad alios negligentiam reijcientibus e cœlo columba repente deuolans/ uaſculum criſmate refertũ ad regẽ linendũ obtulit. Quod uas cœlitus donatũ in Remẽſi eccleſia criſmate redũdãs conſpici poteſt: ex quo perenni liquore reges Francoq; in coronatiõe ungunt. Clodonei regis Gallorum dona: atq; patrocinia cœleſtibus tranſmiſſa totius gentis benignitatem munificentiam/ religionem atteſtantur. Clodoneus armis: nec minus ſanctitate prælatus gemmas: uniones ſummi ſtuporis per calidos artifices undiq; mirabili indagatione: impenſaq; correptas: & auri argentiq; pondo ad exornandas numinum baſilicas Romam miſit. Ditare pontifices: tueri ſingulos ſacerdotes: & omni cõmodo eorum excellentiam augere: ſi de ſciſmate inter hæc præſtat recordari: utiq; Galli glorioſius adnixi certe ſunt. Petrus luna ſolers antipapa rerum nouarum affectator imbecilles: ambiguos terrens per ſuſurones machinari/ mentiri/ ac mala congerere malis nuſquam potuit expleri: inter hæc Romani nacta diſſeſſiõibus ſiſmatis occaſiõe libertatẽ Capitoliũ: põtem Aemiliũ: arcẽ Adriani ſibi reſtituit: ſiſma pernitioſi exempli debere tolli/ bella/ ſeditiones extingui: tumultuando a pontifice flagitantes: regis Gallorq; promiſſa pontificẽ arguendo exprobrabãt. Ipſe Rex ad laudem dei/ ad amplitudinẽ reipublicæ Chriſtianę operã ſuã: proximos diadema: uelle regnũ impendere ſæpius erat pollicitus. Idcirco quirites a pontifice reiecti in deſperatione rerũ Ladiſlaum Apuliæ Regẽ ad pontificẽ fugãdum accerſunt. Qui exercitu in feſto patrimoniũ Petri ingreſſus urbi diu imperauit. Eccleſia dei ſic undiq; flagrante Galliæ principes unanimes miſereri ſtudentes Petrũ Lunam antipapã Auinioni morantẽ ſalutãt: religioni ob ſiſma labenti ſuccurrat/ orãt/ atq; ut ſe (ſi expedit) a pontificatu abdicet: quoniã ſic in conclaui: cum pontifex crearetur: iurando promiſerat/ hortantur/ cui q; pontifex/ qui in Italia poſt Innocentiũ acclamaretur: idem faceret/ ſpondent. Hi proceres nõ his laboribus feſſi diſcreta penitus Chriſtianorq; corda inito concilio unire uacarunt. Ob religionem a Gallica cõmendatione digreſſi: nebrijs/ quibus omnia in circuitu rotari uidentur: & remota dinumerare neſciunt: aſſimilemur: per nõ obſcura exempla Galliæ amplitudinẽ reiteremus. Acarnanes ab Aetolijs bellico apparatu laceſſiti: a Romanis fere conſternati auxilia imploraueruñ. Cum caduceatores ab urbibus Acarnaniæ præſidia ducenda: & pacem cũ finitimis inirẽt/ pſuadebant Aetoli legationẽ ſuperbe audientes Romanos aduerſus Gallos nõ queuiſſe urbem ſuã tueri: ac capta mœnia nõ robore: aut ferro: ſed auro redimiſſe obijcientes prius Gallos ab Italia eorq; uirtute incenſa pellendos: quã Aetolis/ qui in Græcia ſemper principes fuere: minarentur/ reſponderũt. Mithridates/ qui Aſiæ Reges maieſtate/ prælijs/ uirtute corporis/ & ingenij feruore/ ac nominis amplitudine ſuperauit: qui etiã cum Romanis pace & quadraginta annos uaria ſorte militauit: ut exercitum ſua cõtione firmaret in laudem Gallorq; ſic perorauit. Tranſalpinæ Galliæ populos audio Italiã ingreſſos/ ac ciuitates q; plures ibidem poſſidere: nedum uictam Romã/ ſed captã eſſe: nec Romanis quicq; niſi cacumen unius mõtis ad ſalutẽ ſuperfuiſſe: eundẽ hoſtẽ ab obſidione Capitolij non bello/ aut corporis uirtute/ uerũ precio remotũ. Gallorq; nomẽ/ quod Romanos ſemper ruit nobis adheret. Gallis/ qui Aſiam incolunt/ ab illis/ qui Italiam occuparũt: tantũ ſedibus diſtare/ genus/ uirtutẽ/ idemq; genus pugnę ſciatis ineſſe. Tantoq; præterea eorq; ingenia eſſe ſagaciora/ quanto difficiliori ſpacio per Illyricum/ Troyamq; ad operioſiora loca ſua uirtute prodiderũt. Strabo quoq; geographus quãdo Italiam deſcribit: ita in tranſcurſu de Gallis interſerit. Vniuerſa/ quã hæc ætas Galliã nominat/ ad Martis ſtudia animorq; ardet impetu. Ad conferẽdum pugnas alacer eſt: & impigra: alioquin ſimplex nulla morq; malignitate notãda. Irritati nihil præmeditati pugnas ineunt/ præter uim & audaciã nullum aliud ad prælia ferẽtes adiumentũ. In cæteris manſueti/ atq; tractabiles perſuaſione adducti utilitati facile cedunt. Qua ratione ad ſtudia/ ad diſciplinas animos habiles cõmodiſſime applicãt. Vis omnis ex uirium multitudine/ corporũq; magnitudine illis ineſt. Ex gẽtium multitudin e in unũ de facili frequẽtes cõueniũt. Simplicitate/ rigoreq; tracti propinquis cõdolẽt: ſi uiolatos aliq̃s p iniuriã uiderint. Plinius Galliarũ excellẽtiam auget: qui ſic inquit. Narbonenſis prouincia appellatur pars Galliarũ quæ interno mari alluitur brachata/ antedicta amne uaro: & Alpibus ab Italia diſcreta urbibus: cultu uirorum: morum dignitate nulli prouinciarum poſtferenda: breuiter Italia verius q̃ prouincia nũcupanda. Nolo ego Bonifacius poſt Strabonem: ac Plinium fœlicitatem planicieí: ac totius Galliarum telluris: ne adulari credar: quia ſitus locorq; et nomina etiam mutantur: recenſere: tum maxime quia fertilitas plagę nota eſt. Fructus omnes quos Italiæ fata nutriunt: ipſa pariter & potiſſimum Narbonenſis ora colligit. Tamen ab hac ubertate montem Cemenum: qui oliuis ficubuſq; caret: excepimus. Agros uino/ frumento/ milio/ glande & omnis generis pecore fœlices/ Rodanus amnis ſua irrigatione fœliciores efficit. Galli licet naturali inclinatione bella magis: q̃ arua appetant: nulla tamen eius pars inculta iacet: niſi paludes: aut ſiluæ culturam prohibeant. Sicut fructibus & conſitis Galliæ uacant: ita hominum multitudine: & humana propagine pollent. Gallicæ mulieres uenuſtate/ decoreq; ut audio/ præſtantes benignitate cœli fecundiſſimæ in ſolertia liberos educandi reliquis mulieribus: ut antiquorum codices inſinuant: præferuntur: & adeo q̃ æque/ ac Gorgo leonide uxor: ſe ex-

Carolus regnũ & imperiũ accepit a Leone.

Robertus rex Miraculũ de oris

Reges frãcorq; in bello Aſiatico.

Nõ mẽtiť omnino.

Quem teipſum facis Galle monache

Clodoneꝰ

Remigius

Criſma cęlitus miſſum.

Petrus luna antipapa.

Galliæ principes.

Ebrij Acarnanes.

Aetoli. Mithridates.

Plinius de Gallia.

Bonifaciꝰ de Gallia

Strabo de Gallia.

Gallicæ mulieres

tollere possunt: peregrina enim ait: solæ uos lacenæ uiris imperatis: nõ indecorum est
quia nos solæ uiros parimus: Gorgo respõdit. Nec fœturæ abundantia etiã in brutis tã
Hermaphroditi tæ patriæ utilitas deficit. Hermaphroditi ante prodigiosi cœperunt in delitijs esse: ne si
ne oblectamine quadrupedum Gallia foret: tempore Neronis natura curauit. A Gallis
æque hermaphrodite Imperatori allate sunt: quas ipse: cum nullum spectaculum esset
gratiosius: ut apertius conspici possent: currui suo adiunxit. Deus: prouidentia cuius
quæq; moderantur: has fœminas: & coniuges: ut fœtura: & opes essent uberiores ab ex
Limites Galliæ. terno milite quietas esse statuit: ex quo rupibus: & ualido præsidio Gallorum regionẽ
cinxit. Ab oriente molibus Alpium ac pene inaccessibilibus præcipitijs: a Septẽtrione
Reno flumine: a meridie mediterraneo mari: ab occidente mari oceano & pyreneis mõ
tibus deus plagam hanc sepsit. Idcirco: ut reor gallorũ legati Alexandro scisciscanti con
cinne sic responderunt: O Rex nos indomiti nihil aliud: q̃ ne cœlum ruat: possumus he
sitare: uerũ tanti principis gratiã pensamus: cui nunc amicari longe optamus Atauos:
ac Carolum septimũ tantæ celsitudinis auum: & diuum Lodouicũ genitorẽ tuum hac
uelitatione sine rerum gestarũ laude præteritos sereniſſime Rex forte miraberis. Horũ
magnitudinẽ uolumina auctorũ expoſcentẽ consulto dimiſſi intactã: ne ego blesus fieri
litate sermonis illorũ excellentiã deturparẽ. Pater tuus ingenio: & in re bellica Traiano
præstantior: si superstes nunc afforet: more Alexandri: nisi a præstãtiſſimis auctoribus
Carolus rex regũ. forte indignaretur decãtari. Carole qui rex regũ uices geris: ne legẽtes quæ de te: & tuis
præmiſimus me tibi adulari uoluiſſe existiment ex hoc tanto quod tibi elt impositũ no
mine quid acturus sis: æqua mẽte precor velis cõtemplari. Poetę originẽ mundi descri
Chaos bentes: ut gentes fabellis allicerẽt: Chaos ĩ primordijs rerum fuiſſe a deo illud in elemẽ
ta: ac in cœlos diuisum: fabulantur. Chaos sic ab illis fictum nihil aliud: q̃ rerum discor
dia erat: tellus: pontus: & aer: humida cum siccis: frigida cum calidis: mollia cum duris:
& sine pondere habentia pondus inuicẽ perpetua lite certabant. Ex huius digniori par
te cœlum syderibus rutilans deus componens hanc discordiã debitis limitibus cõtigua
Luna. pace sedauit. Cœlum perpetuũ solidum: inalterabile: ab intelligẽtijs: irrequieto ambitu
ad uiuentium salutem cernimus moueri. Luna ex sese atra: solis iubar: ut illuminemur:
nõ autem in dispendiũ: ut aduramur reflectit. Cœli pars quælibet: si ut Luna Solis lumẽ
ad nos flecteret: mortalibus nisi una dies immensis laboribus esset: quæ perenni splen
Heroes regis. dore etiam excæcaret. Sic igitur sereniſſime Rex tui heroes uires regni: ut intelligentiæ
cœlos mouẽt: uigor quoq; a principe irradians ne insolentius adurat: debet esse remissi
Hic ad nobiles nr̃os or: scilicet: ut eorũ beneficijs augeri: nõ autẽ enormi eorũ potentia premamur: aut cõtra
reamur. His orbibus contiguus est ignis: qui nõ senescit: nõ putrescit in infinitũ crescẽs
irradiat. si par combustibile illi potest addi circulariter: ut cœlum qui utiq; rotat. Ignis infectos
Ignis. uapores: ne cœlum contingant: adurens: sapientes qui motũ Regis semper comitari de
Sapientes bent: protendit. Ignis sua inclinatione continuo ascendens omnẽ terrę fetulentiã reiicit:
ita sapientes a labe immunes superna cogitãtes: ne iustitia: ne mores Regis inficiat queãt
Impiorum: sacrilegorũ: adulatorũ: lenonum: scurrarũ: delatorum accessum ad latera Re
Aegyptij sacerdotes gis morem ægyptiorũ seruantes prohibere debẽt. In ægypto olim nobilium sacerdotũ
uiginti annorũ filij in omnibus scientijs: & patris legibus celeberrimi obsequijs Regum
die: noctuq; aderant: illius motus ne cum alijs iunctus dehonestaretur: obseruãtes. Ma
ne epistolas Imperijq; querellas legentes sedulo ubi archanis Regni erat satisfactũ: pre
sidem ad sacrificia uestibus preclaris cœtu uirorum illustrium ducebant. Principi iuxta
aram assistenti prosperam ualitudinẽ: quæq; bona iusticiã in subditos colenti in populo
magna uoce soliti erant deprecari. Postmodum regis uirtutes: ut in deos religionem: in
homines pietatẽ: humanitatẽ: continentiã: iusticiã: magnanimitatẽ: liberalitatẽ: ueritatẽ
ad dijs optabant. Ipsum uero cupiditatum frænũ: minores pœnas erratis inferre: gratiã
meritis ampliorem reddere: execrationes in malos regi iniqua persuadentes: uel etiam
in hostes precabantur. Consilia historias: acta claroꝝ uiroꝝ recensendo: ut iuste: pie: in
culpate exemplo taliũ regeret cura erat talibus publicare uictũ etiã pluribus ferculis re
pleri: ne aut potu nimio inebriari posset: aut leges patrias transgredi: obseruãtes. Præ
Aeris beneficium libato igni subsidet aer: spiritus cordis æstuantes ne incendant: ad refrigerãdum udus:
ualde passibilis: & a septem planetis continue alteratus. Magistratus principum edaces:

inexpiabiles rapinis: muneribus alterabiles aeri assimilamus: ipsi quãdo deuij/ ac impij
factionibus: nũmis: pcibus minis: ne etiã rixis: mutuisue collisionibus pdamur nostras
actiones deos si colunt temperare tenentur. Aequor: & aquæ in ordine sequuntur: quæ Aqua
immote: ut in aquis stagnoꝝ uidemus: putrescunt. Ita præsides strenui: & ardentes: po
pulos exemplis illustribus ad actiones uirtutis: ne hebetentur concitent. Secus ignauia:
torporeq; uilescũt: ac tandẽ inedia: segnitie: ut numidæ ante masiniſſæ exercitationẽ: cũ
regno sordide deficiunt. Terra elementoꝝ fex imobilis uegetabilibus: metallis: odore: Terra
regnis: hominibus: feris: agricolis decora: orbis mediũ tenet. Sereniſſime Carole Rex Carolus
regum præmiſſis ambagibus solutis luculentius loquamur: Omne regnũ huius orbis octauus
quid est: nisi Chaos: supbia: instabilitate: arrogantia: prælijs: litibus: ingratitudine: ra
pinis: factionibus: ridiculis: auaricia: coniuratione: maledictis: inuidia: detractione: ca Omne re
lumnijs: murmuratione: insidijs: impudentia: dehonestatione: hypocrisi: simultatibus: gnum cha
& alijs contrarietatibus refertum? Hoc Chaos & iurgia serenitas tua, & ceteri a regẽdo os est
teges uices dei tenentes prudentia: continentia: maturitate: iustitia: religione: munificẽ Epilogus
tia: laborum tolerantia: magnanimitate: omniq; uirtutis candore: nõ autẽ tyrannide: ex pulcher
cidijs: carceribus uel fulmine aliquo sedare debetis. Deus frigida cũ calidis: & humida rimus
siccis deuinxit: uos pariter malos pie emẽdare: eosdẽ cum bonis sociare: stolidos: quã Atq; hæc
tum fas sinit: cũ sapientibus unire: æquis rationibus imperare: cõponere: nõ autẽ ad libi summa li
dinẽ irasci: uel quod est enormius uotis uestris obuiũ quẽq; iterficere debetis. Scipionis bri est
africani Hispaniarum: & Africæ domitoris uolentibus lasciuius insanire temperantia Principes
semper occurrat. Oppido quodam debellato genere: opibus: forma uirginitate præstan quõ regna
tem puellam ipsi milites obtulerunt: vir modestus inquinari renuit: & ait: si priuatus ho re debent
mo forẽ: harũ delitiarũ accessu incontinens efficerer: sed Imperatoriæ maiestatis circon Scipio
spectio a uoluptate deturpari uetat: cũ Scipionis laũde peregrini philosophi: sentẽtiam
amplectere: qui inquit magis amplector uirũ sapientẽ si homines: si dij scelus ignorarẽt Peregrino
non peccantẽ: quoniam nõ metu infamiæ uel pœnæ a delicto: sed iusti: honestiq; amore philoso
abstinẽdum esse censet. Carole te uirginẽ imperatoris filiã adhuc ĩmaturã ad connubia phus
expectantẽ tanta continentia audio polere: ut p tanta regis castitate: dij te orbis dictato
rem accelerent. Cato eũ pessimũ Imperatorẽ esse: qui sibi imperare nõ posset: solitus est Cato
in concionibus prædicare. Agasides Lacedemoniorũ Rex quomodo tute sine custodi Agasides
bus aliqui in Imperio persisterẽt interroganti respondit: sine præsidijs: & quouis pauo
re præsides dominantur: si ita mitiſſime ciuibus suis: sicut patres filijs imperare nituntr.
Persarum regẽ magnũ esse iactante quodã Agesilaus spartanoꝝ rex ipse maior me non Agesilaus
est: nisi subditis beniuolus: iustior: temperantiorq; sit: respondit. Scipionẽ minorẽ me Scipio
mento a foro uoluisse nunq; abire: quin ante aliquẽ ex adeuntibus familiarẽ: aut amicũ minor,
sibi effeciſſet. Titus post patrẽ Vespasianũ Imperator: q̃ plura polliceret: q̃ pstare pos
set: a suis repræhẽsus respõdit: a sermone principis ut aliquis tristis discedat: nõ oportet
Idem post cœnã: q̃ per totã diem nullum beneficiũ alicui præstitiſſet: recordatus excla
mauit dicens: amici diẽ perdidi. Duces: quos pastores nõ autẽ carnifices arbitramur: cõ
uicium in Philippũ Macedoniæ penultimũ regem in se referri nõ patiantur. Hannibale
Italiã funestante: Philippus uictoꝝ insolentiã in se retorqueri ueritus: quibus adhereret Philippus
anceps post romanoꝝ canensem cladem Hannibali per proditionẽ fauit. Quo ab hespe
ria pulso: Africa: Iberia: necnõ Asia pacatis Romani de Philipho ultionẽ sumere nacto
tempore statuerunt. Titum Quintiũ in Macedoniam cum delectu misere: anteq; conſli
gerent: Rex: & Duces in colloquium cõuenere. Acta ut rata forẽt obsides poscentibus
Philippus se solum in Macedonibus uadem ait. Titus Quintius solum te feciſti: quoniã
amicos & cognatos temere occidiſti: respondit. Cyri regis sententia: q̃ nullus imperare Cyrus
debet: si subditis nõ est melior: rationes ante habitas cõfirmat. Darius Xerxis pater po Darius
pulos tributis præſſos ab amicis lamentari audiens: an tributa nationes premerẽt: præ
fectos interrogauit: illis per adulationẽ dicentibus tributa laudabilia esse respondit rex:
se eorũ assentationẽ cognoscere: & raptum neminẽ nisi medietatẽ uectigalium soluere:
iuſſit. Generose rex Carole multotiẽs digrediẽs tecũ satyroꝝ stilum: qui saltãdo poema
ta componunt: operepreciũ arbitror obseruare. Deus quouis motu immunis: ut cœloꝝ
uirtutes moueant: & inferiora illuminent: intelligẽtias orbibus præfecit. Qui: & si nulla

rerum ſerie decipi poſſit: pio tamẽ intuitu volens benignus mederi omnia circonſpicit: & fatorũ iniquitatẽ arcendo fouet: uotis/prece/ ſacris inuocatus benignius ſemp queret lis occurrit. Te quoq; regẽ regũ ut tui magiſtratus/& heroes nihil edaces/nihil arrogan tes/partes regni ſanctæ prouidentiæ habenis diſponant: moueant/illuminẽt/idem deus facit occurrere. Ne prætores odio/amore/ingluuie rapinarũ inexpiabiles errent/ ſed le ges diſcernant: ſimul etiã nõ cõtinuo procari/ludere/iocari/potare/uenari/dormire: quo niam ſua intereſt audiendo oĩa uidere: & æquali cenſura rationi annuere/ præcaueant.

Philippus Philippus Alexandri ſomno præſſus / a recto deuians e ſuo ærario reclamanti ſatiſfecit: ſomnolentus nõ accurate quæ iuris forent/attendens in Machetam cenſuit. Illo interpo ſita appellatione reclamante/iratus Philippus ad quẽ (inquit) appellas ad teipſum rex/ſi

Macheta uigilans/attendenſq; iudicabis/reſpondit. Ad ſe reuerſus iniuria Machetã affectum no ſcens/iudicium nõ reſcindit: ſed extimationẽ litis e ſuo ære perſoluit. Reges laceſſiti ad

Satabar zanes uota poſcentiũ ne ſententiã ferant: ſed Ataxerxis reſponſo recordenẽ. Satabarzanes cu bicularius a ſonte quodã multis millibus nummorũ accæptis pro re iniuſta diſſona pe

Ataxer xes tendo/erat regi importunus. Inquietudinis cauſam iam Ataxerxes accæperat: unde iu xta reorũ ſponſiones tot millia queſtori afferri iuſſit: & cumulũ pecuniarũ allatũ cubicu lario tradens/ait: Satabarzanes tot millia ego tibi tradens non ero pauperior: ſed ſi quæ petis cõceſſero: ero rex infamis/malus/& cunctis iniuſtior. Affines/ꝓximi/moroſi de

ſeruato inſanit. Fit autẽ aliquis amens: quando colera nigra dominat: & ad partẽ ſuperiorem ut ad cerebrũ effumat: partẽ ſic rationalẽ: ceu nebula inter ſolem & terrã media tegit: unde tales reddunt amentes multa extranea imaginantes: & quandoq; exceſſus iſte Mania appellat: & hi ut canes inſaniũt. Qđ huic fatidico potius diuinitus q̃ e præmiſſa ratione contigit. Moſe adulto æthyopibus ad Menphim uſq; Aegyptios debellantibus oracula hebræum Ducẽ habendũ cõſulentibus reſpõdent. Termut regi Moſem ad confligendũ hoſtes petenti de immunitate habito genitoris ſacramẽto: ut ſacerdotũ auctoritatem dictaq; irritaret: Moſem expeditioni aſſenſit præfici. Moſes p ſolitudines reptiliũ multitudine pernicioſas cum delectu magno iturus indemnitati copiarũ ibidibus cauit. Ab Arabia quotannis (ut fertur) ſerpentes alati Aegyptũ uerſus deuolant: qui homines uolatu ſi Ibides nõ eis ueſcerent necarent. Ibides quæ forte alites nuſq; niſi in Aegypto ſunt frequẽtes Moſes coegit: ut earũ paſtione in deſertis uenenoſa perderet: ſicq; exercitum a cladibus eximeret. Aethiopes duci ſtrenuo terga dantes in Sabba Aethiopiæ regia obſidione cingunt. Ciuitas mœnibus: aggere: flumine: foſſis: comeatu munita erat inexpugnabilis. Moſe eruptiones Aethiopũ alacritate ſuorũ arcente: ac attonitas acies reficiente Tarbis filia Regis amore æſtuans eius amore capit: atq; proceritatẽ: decorẽ: agilitatẽ infractum Imperatoris animũ recenſendo cœpit: ut glacies liquefieri: per fidos Interpretes patrẽ & ciuitatẽ prodere: ut illius coniugio potiat paciſcit. Moſem in magicis ac in Aſtronomia peritiſſimũ ad amorẽ augendũ anulũ miſiſſe quidã tradũt. Regiæ ciuitatis uictor celebratis nuptijs Aegyptios in patriã reduxit: alium anulũ æſtuanti ad amoris obliuionem Tarbi: tutius ut remearet donaſſe periti aiunt. Moſes tropheis inclytus ſacerdotibus detrahendi aditũ recluſit: qui nõ probitate: ſed malis moribus ingenia ſeducendo illũ altius euolaſſe dicebant: immo Regi formidandũ ſuſurrantes: atq; etiã ut ab eo ſicut ab hoſte præcaueret: inſinuantes uaria obloquebant. Moſes Sacerdotũ regi aſq; inſidias coniectans obſeſſis itineribus per auia deſerta elapſus inediæ: ac laborũ patiens ad mediã rubri maris ciuitatẽ trãſfuga peragrauit. A Raguele ſacerdote illius prouinciæ primario comite nata: rerum ſuarũ procuratione tradita admittit. In ea regione montẽ Sinam ſacrũ: uenerabilẽ: inacceſſibilẽ e huminis habitatione Moſes audiens: mira cõtemplari auidus: accedẽs ignẽ nihil fruteta inter rubros ardentẽ uidit: illo prodigio ſtupens: & e flammis ſe accirí ad hortamina fœlicitatis audiẽs latat. Qđ inter populos late imperaret: ſi in Aegyptũ ſine metu ad nouos ſucceſſus cõtenderet reuerti: cui illa fœliciſſima tellus colenda traderet: in q̃ monte dũ ſacrificaret: cum gente ſua uocẽ cõtinuo audiuit ut reuerteret admonentẽ. Cui Moſes o domine reſpõdit: Hebræi loca diu cognita a prædeceſſoribus ſuis culta nõ poterũt p incognitis obliuiſci: nec me hortantẽ ſtolide ſequent: q̃ ſi pollicitis illecti annuerẽt: Rex Pharao eorũ laboribus ditatus eos nunq; dimitteret. Sed Deus eũ timere pluraq; cauſari uetuit: iuſſitq; ut ſeniores egredi cõpellerent: quibus ipſe ſua ope intereſſet uerba: gratiã: uirtutẽ: facundiã augeret: illi etiã uirgã mirabiliũ operũ: ac prodigiorũ operatricẽ tradidit. Baculus proiectus in anguẽ: & in mirabiles ſpecies ad Moſis nutũ tranſformabat. Baculo & admonitione fretus: Pharaonẽ regem etiã expiraſſe audiens ſoceri Raguelis gratia cũ Cephorona uxore: ac Gerſam & Dieçer filijs in Aegyptũ Aaron fratre mirabiliũ operũ adiutore occurrente reuerſus eſt. Mandata dei in monte Sina ac uirgæ prodigia fratri & hebræis narrando regẽ cõpellat uictorias: inſidias: ingratitudinẽ: ægyptiorũ fugã: mandata dei quæ mira baculi uirtute poſſit explicat. Rex q̃ ſeditionum fabricator receſſiſſet: q̃ magica arte prodigia excitaret: plura irridendo ſuos magos adeſſe: ac paribus præſtigijs illudere cõuocat. Accerſiti carmine magico portenta inſtar Moſi: & ſi excitarẽt: opẽ dei diuina a talibus cõpoſita irrita erant. Moſes Nilũ cõtactu uirgæ mutauit in ſanguinẽ horribilẽ: amarũ gemitũ: languoremq; Aegyptijs inferentẽ: hebræis ꝺ̃o aqua erat ut ante amœna & potabilis. Ranę eadẽ porẽtia in immenſum multiplicatæ lecticas: edulia: & quæq; deturpantes: ut aquæ fontiũ ex ſcatebris: quibus nihil erat infeſtius emerſere. In interitu quarũ nihil fuit eo fœtore tetrius. Ex intercutaneis uiſceribus uis pediculorũ nullis lauacris: aut unguẽtis extinguibilis orta eſt. Animalia informia fere incognita hortos: ſegetes: gramina: arbores quæq; terrificando euertere. Omne ab his animalibus inexeſum grandine repentina cõtritum eſt: a grandine reſiduũ locuſtarũ aduentus abſumpſit. A tenebris cõſpectum au-

ferentibus Aegyptij timuere: in baratri hiatũ abſorbit: ut unũquodq; oſtentũ Moſes auferret/ Rex blandus eſt importune cũ tota gente precatus: ſed ubi pericula euaſerat/ nihil erat ratum. Cum Regẽ infidũ/ inconſtantẽ Moyſes argueret: ille ſi amplius iudæorũ poſceret remiſſionẽ/ capitis pœnam/ cœpit minari. Moſes numinis offenſus ſeceſſit: ſecq; nõ amplius hominẽ aditurũ proteſtatus. Quamobrẽ truculentius eſt Aegyptus funeſtata Nam eadẽ nocte in unaquaq; ſpecie primogenita a puſillo animali uſq; ad filium Regis interiere. Principes repentina cæde lugubres ut Iudæos dimittat/ ne moriant omnes: Regem cõueniunt: qui principũ rogatu tandẽ hebræos abire permiſit: inde pœnitentia ductus: eoſdemq; reuocans omni delectu eſt inſectatus. Hebræi hoſtes imminere intuẽtes in Moſem ut in proditorẽ infremunt laboribus magis excruciari/ q̃ in ſolitudine a mille necari maluiſſe exprobrantes. Ad mare truculentius minati cõfugerant: quod contactu uirgæ Imperator: ut ſicco ueſtigio trãſirent/ diuiſit. Pharao miraculis nihil attonitus cum copijs æquora ingreſſus. Iudæi em iam euaſerant: mari ad priſtinos limites relabente eſt obruptus. A ſectatoribus quos in littore iactatos ſpoliauerant exempti: aquarũ & uiatici expertes: cum in illis deſertis niſi potus amarus poſſet effodi/ auctorẽ ſalutis damnant: eumq; lapidare coniurant. Moſes aſpectu gratus: ac prudentia tribus ira ſucceſſas demulcet: & iraſci eorũ in ſpem omnino uertit inopiam occurrentẽ: an boni eſſe uelint/ dei eſſet temptamẽ: an eſſent præteritorũ memores: qui ſic eorũ corda experiret. Facundia Ducis rationibuſq; deuicti illũ adorãtes/ ſaxa reponunt. Populo ſpectante ſcopulũ aſcendit: ut populi conqueſtũ auferat/ deum perorat. A rupe uix bene deſcenderat: Coturnices in ſinu arabico fertiles deſuper mare in caſtra hebræorũ uolantes feſſæ in tentoria decidere: q̃s oportune a deo miſſas ederũt. His epulis expletis/ ros manna nũcupatus q̃tidie rorans ad quadraginta annos uſq; populum lamẽtantẽ in illis deſertis aluit. Inter uaſtas harenas aquarũ inopes cũ murmurarent: Moſes iuſſu dei petrã baculo percuſſit: contactu aqua ſcaturiens uotis ſitientiũ ſatiſfecit. In multitudinẽ hanc temere uagantẽ/ quinq; finitimi reges arma ſumpſerunt. Hos inſperatos tumultus hebræos trepidantes beneficia dei recenſendo Ieſum bellatoribus præfecit. Ipſe ante conflictum montẽ aſcendens/ pro uictoria ſemper orauit Aaron: & Vr aſſidua oratione eum laſſari: & hebræos tunc pedem referre aduertẽtes ſenis brachia ſubſtinuere. Talibus auxilijs uictores ſpolijs refertorũ caſtrorũ antea inopes oratione Ducis ditant. Ad montẽ Sinnam multitudo deuenerat: quẽ Moſes ſcandens/ quadraginta dierũ mora a deo qua populũ cõpeſceret/ legem accæpit. Interim Ducem amiſiſſe rati luxere: an a beſtijs conſumptus eſſet: an ad deum tranſlatus eſſet/ incerti. Plæbs in Imperatorẽ ſuũ effrænis/ q̃ eius perſuaſionibus tellurẽ amœnam amiſiſſet: ut inter deſerta rerũ omniũ expertia ſiti & fame: rerumq; omnium inopia afficeret/ concitat: Moſes uulgi cõtumeliã aſpernatus e Coturnicibus epulum amplum ſe daturũ ab audientibus irriſus ſpondet: ut ample ſpopondit: uberius globatim Coturnices ad uictum irridentiũ uenere. Deus illuſores ultus peſtis immanitate cõtumaces exanimauit. Moſes ad loca occupanda exploratores miſit: ſpeculatores regreſſi potentiã incolarũ: ac in Hebron Gigantes uidiſſe dictitant. Stupere audiẽtes cũ filijs/ uxoribus proximis in tabernaculis lugere: crines/ ora/ pectora plangere: Moſem ſeductorẽ certatim memorantes/ eum cũ fratre Aaron pontifice tollere: ac in Aegyptũ remeare cõſtituũt. Moſes deo implorato plæbem blaſphemantẽ blanda oratione præteritorum recordatione ſedauit. Iidem poſtea infrementes ſine principis hortamine & iuſſu incõſulto deo hoſtes aggrediunt: nõ Moſis/ ſed Abrami/ maiorũq; gratia: ac decertãtiũ uirtute deum propiciari memorantes: ſic ſtolide/ ac incõſulte dimicantes ſe inuicem hortando ut pecudes cedunt. Chore ex optimatibus audax nobilitate/ diuitijs/ ſagacitate/ facundia nulli ſecundus cõtra Moſem cũ cõplicibus rebellat. Tale faſtigiũ/ gloriã/ auctoritatem hac calliditate q̃ deum alloquereť/ adeptũ fuiſſe: inhumanũ eſſe: & tanti populi ſocordia/ ut unius tyrannidẽ & delyramenta æqua mente ferrent. Inſolentiam auget: & eo quia ignorante populo ſua temeritate Aaron fratrem ſacerdotẽ conſtituiſſet: & ſi multi in exercitu eo ſint digniores nobilitate/ opibus ac clientellis præſtantiores. Cum Chore & ducentis primatibus Aaron a ſacerdotio exauctorandũ conſpirantibus tribus: & exercitu eorum ſequente auctoritatẽ de Moſis lapidatione pertractatur. Hæc autẽ ante tentorium iactabant: exeat/ exeat Tyrannus iſte: qui hac arte q̃ conſortiũ deorum habeat:

Primogenita

Hebræi in Moſem

Mare diuiſum

Ortigiæ aues

Manna

Moſes orans

Mons Sinna

Lex moyſi

Cotur nices

Explora tores

In moſem cõiuratio

Chore

Chore

In moſem cõſpiratio

uiolenta nimis præcipit/urget/minatur: nunc tempus instat ut eius proteruitas de noxis satisfaciat: interficietur ut populus a turpi seruitute liberetur. Deus si quem q̃ sacerdotẽ uult esse e nobis digniorem: talem statuat (si uult) Aaron præsidere: nobis coram deus mandet: & munus in fratris potestate nõ resideat: Moses ad execrationes intrepidus sue probitatis conscius ad populũ egreditur: errata obicit: admonet/obiurgat. Chore com-
Dathan & Abiron plices ingratos proditores seditionũ capita minitãdo nominat. Dathan & Abiron ad se citatos cum obstinatius resisterent: genibus flexis maledixit. Imprecatione finita hi duo cum proximis satellitibus/domibus/iumẽtis hiatu terræ absorpti euanuere. Aemuli dum centi/quinquaginta primates sacerdotium: quia ab Aaron adimere conati sunt: igne cœlesti aduruntur. Prodigiosa cæde peracta populus lamentari non quieuit: sacerdotium Aaron dolentius exprobrans. Iurgia autem & superstitiones merentium Moses talibus miraculis euulsit: uirgas in quibus nomina tribuum essent inscripta/ad suam stationem intro afferri iussit. Extra illas easdem rite suis notis cognitas cum ad populum referret:
Virga Aaron amigdalas edẽs e tanto numero Aaron uirga amigdalas edens floruit. Ostento admoniti Aaron in sacerdotem admittẽtes quieuere: qui sedato tumultu in summa tranquillitate cum liberis est sacerdotio functus. Externarũ fœminarum coniugia ad illaudabiles mores uel idola ad
Coniugia aliena orare cõsortes ne allicerẽt/uetuit. Edicti præuaricatores uxores abiciant/admonet: uxorum amoribus deuincti sediciose ad arma cõsurgunt. Primis transgressoribus ferro traiectis uiginti millia hominũ illis adhærentia contagione deo sic operante interiere. Præ
Mosis mors lia miraculis/sapientia/sanctitate & uirorum multitudine Moses superior: accessu opulentiarũ semper gessit. Leges almas: quibus nos & Hebræi tenacissime utimur sanciuit. Confectus senio tempora suę mortis: & futura posteris suis multa uaticinatus est. Dum seniores luctu turbatos aliquantulũ delinitos ad tabernacula remitteret: Astante iterum Heleaçaro pontifice (nam Aaron expirauerat) & Iesu militiæ principe dum loqueretur: a nube sublatus usq; ad unam cõuallem delatus est. Centum uiginti annos qui expleuerat: elloquio gratissimus: passionum abstinentissimus: qui prophetia/sapientia cunctos superauit. Miracula Mosis operi nostro superuacua libauim⁹: ut lectam hanc armis/dolis/tumultu/rapinis/seditionibus/insidijs/interitu emersisse: ac Christi fidem sola uirtutis bonitate auctam sciatis. Fides Christi cruores/proditiones/scelera arcere studens sim-
Diabolus alluſit hebræis plicitatem: alieni abstinentiam: dei/proximiq; dilectionẽ persuadere studet. Diabolum sub specie Mosis Iudæis illusisse e quibusdam annalibus excerpsimus. Celestini pontificis tempestate (ut scriptum est) dæmoniũ in Mosem se transformauit: Hebræos e Creta insula in terrã promissionis sicco pede cum omni opulentia deducere pollicitus. Agros irriguos/opes/regna ditiora/magistratus/quam ante dederint: se daturũ ampliores spo-
Moses secundum Strabonẽ pondit. Iudei quidam cõmenta audientes illum præuium insectantes in peregrinatione undis obruti periere: ex illa diabolica illusione illi qui Christum uoluere profiteri: sospites tm̃modo euasere. Hactenus secundũ Iosephum concinne scripsimus ad legentiũ oblectationem. De Mose secundũ Strabonem quædam ratione dissona nõ omnino aspernenda dicemus. Strabo geographus cuius uerba fere recensebimus: quando Mesopotamiam & phœniciã describit: inter has plagas Iudæam sic exordiendo interserit. Aegyptij: Arabes: Phœnices: & mixtæ nationes Gallileam hyericuntem: Philladelphiam: &
Iudæi & eorũ origo Samariam tenent. Cunq; istis mixti sunt qui nunc Iudei appellantur: Aegyptios eorum progenitores fuisse fama tenet. Moses ex Aegyptijs sacerdotibus unus: cum partem regionis haberet: atq; eorum instituta ægre ferret/discessit: & cum eo multi qui diuina cu-
Imagines nec ægyptij nec greci bñ pingunt rabant. Ipse q̃ Aegyptij qui ferarum ac pecorũ imagines deo tribuerent: non recte sentire docebat. Græcos qui deos hominũ figuris insignirent/pariter damnabat: quoniam ille solus deus est: qui homines: terram: mare: cœlum & mundum cõtinet: rerum omniũ naturam quem appellamus: imaginẽ cuius nemo sanus effingere audet. Simulacrorum effigies dimittere præstat: ut deum digno phano sine forma colere oporteat. In quo qui
Imagines dimittẽdæ caste integre & cum iustitia uiuunt: possunt dormire: & donum aut signum tunc a deo expectare. Hæc ille dicẽs hominibus bonis talia persuasit: quos in eum locum ubi nunc
Hierosolyma hierosolyma condita est deduxit. Quem cũ illi non inuiderent aut quisq̃ pro eo contenderet facile obtinuit. Locus est petrosus sterili ac arida regione septus. Deũ ipse cunctis rebus præponebat sedem cuius quærerẽt: & debito cultu illi sacrificarẽt: sicq; & maiora

dicendo imperium non exiguum sibi constituit: quoniam gentes finitimæ talibus ratio- Strabonis
nibus illectæ suis consuetudinibus adhęserunt: successores aliquantulum in isdem insti- uerba de
tutis iusti & religiosi permanserunt: uerum cũ sacerdotio præessent: primo superstitiosi iudaico
deinde etiam Tyranni effecti per superstitionem: circumcisiones: carnium abstinentiã: populo
a quibus etiam abstinent iusserunt. Ex ipsa tyrannide latrocinia emerserunt: nam qui in fortunis deficiebant: eam regionẽ & finitimas uexabant: simulq; qui principibus fauebant: aliena diripiẽtes Syriæ ac Phœniciæ nõ pauca subegerũt. Verum decorẽ quendã circa arcem seruabant: non illã ut sedẽ tyrannorũ exorabant/sed ut templũ uenerabant. Græcis & Barbaris a natura compertum est: ut ciuiles sint: cõmuniq; præcepto ac instituto uiuant: aliter cõmunis uita aut unum multi fieri non possunt. Cum diuinum aut humanum sit omne præceptum ex antiquis multi: cum diuina gentibus præstarent: ut sanctius omne edictum crederetur: ad oracula proficiscebantur. Minos per nouoriũ in an- Nouoriũ
trum Iouis descendens: præcepta (ut ipse asserebat) a deo accepta hominibus præbebat. Lycurgus eiusdem imitator ex Pythia intellexisse: quæ Lacedæmonijs imperabat cau- Lycurgus
sabatur: hæc omnia taliter adumbrata ab hominibus putabantur uera. Idcirco diuinato- unde leges
res adeo in pretio erant: ut Imperio digni esse crederentur: quia diuinam mentem nobis finxit hasua probitate apperirẽt. Inter tales Tyresias: Amphiaraus: Triphonius: Orpheus: Mu buisse
seus & Getarum deus: Alim & As: Amolxis pthagoreus annumerant ætate nostra Di- Magorũ
cineus Birrobistæ respõdit: Apud Bosforanos Achaicharus: apud Indos Gymnosophi nomina
stæ: apud Persas Magi: & qui Licanomantici & Hidromantici appellantur: apud Assy- Necro-
rios Caldei: apud Romanos Ethruriæ Auruspices. Talis erat Moses & successores eius: mantici
qui cum initia mala non habuissent: postea in deterius delapsi sunt. Iam ꝯo aperte Iudea Alexãder
a Tyrannis opprimitur: nam primus e sacerdote se regem constituit. Post Strabonẽ ad- Iustinus
dimus etiam Iustini uerba: ut legentes intellígant in Historijs non esse exactam fidem. de Mose
Fuit namq; Iudæis origo Damascena: quę Syriæ nobilissima ciuitas est: unde & a Syrijs Iudæorũ
regibus genus: & regina Semyramide fuit: nomen urbi a Damasco rege inditũ: in cuius origo
honore Syrij sepulcrũ Ariathis uxoris eius pro templo coluere: deamq; exinde sanctissimæ religionis habent. Post Damascum Abraam: Moses: Israel reges fuere: Israelem fœlix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaq; populũ in decem regna diuisum filijs tradidit: omnesq; ex nomine Iudæ: qui post diuisionem decesserat Iudæos appellauit: colíq; eius memoriam ab omnibus iussit: eius portio omnibus accesserat: minimusq; inter fratres ætate Ioseph fuit: cuius excellens ingeniũ ueriti fratres clam interceptum peregrinis mercatoribus uendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptum cum Magicas ibi artes sollerti ingenio percepisset: breui ipsi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat. & somniorũ primus intelligentiam condidit: nihilq; diuini iuris humaniq; ei incognitum uidebatur. Adeo etiam ut sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: perijsset q; omnis ægyptus fame: nisi monitu eius Rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tantaq; experimenta eius fuerunt: ut non ab homine sed a deo responsa dari uiderentur. Filius eius Moses fuit: quem etiã præter pa- Moses fili
ternæ scientiæ hæreditatem formæ pulchritudo cõmendabat. Sed cum scabiem Aegy- us Iosephi
ptij & priginem paterentur: responso moniti eum cum ægris (ne pestis ad plures serperet) terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacra Aegyptiorũ furto abstulit: quę repetentes armis Aegyptij domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaq; Moses Damascena patria antiqua repetita montẽ Syneum occupat: in quo septem dierum ieiunio per deserta Arabiæ cum populo suo fatigatus: cum tandem uenissent: septimum dierum more gentis Sabbatum appellatum in omne æuum ieiunio sacrauit: quoniam ille dies famem illis erroremq; finierat. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab Aegypto meminerant: ne eadem causa inuisi apud incolas forent cauerũt: ne cum peregrinis cõmunicarent: quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemq; conuertit. Post Mosem etiam eius filius Arnas sacerdos sacris Aegyptijs mox rex creatur. Iudæorũ
Semperq; exinde hic mos apud Iudæos fuit: ut eosdem & reges & sacerdotes haberent: idem est
quorum iustitia religione permixta incredibile quantum coaluere opes genti ex uectigalibus opobalsami creuere: quod in his tantũ regionibus gignitur. rex & sacerdos

MACHOMETI VITA ET LEGIS EIVS QVAEDAM DELYRAMENTA. CAP. III

Machometus

Achometus Arabs: uel ſecundū alios Perſa alto genere natus: Aſiæ: Africæ & Europæ partem armis a Chriſtiana fide euulſam Machometanis principibus ſubiecit. Machometus inter chriſtianos & alias nationes diu comiter uerſatus: atq; ſectarum mores indagatus nouam ſuperſtitionem introduxit. Superſtitionem: leges: uitam hominis exiliter (ut de re inexplorata) dicemus. Machometus ſe ueritatis: ſe dei prophetam: ac in uerū dei ritum gentes uelle reformare aſſerens ingenti arabum exercitu imperij Romani limites inuaſit. Commentis primo ſe extendere auſus armis ac magicis illuſionibus adiutus Aſianos & Afros ſeductionibus exceçauit: ut

Alcoran⁹

ſuam fraudem per radices firmius aſſereret: Volumen Alcoranum multos imitando: ut

Heraclius

Moſem euangelia nonnullos hereticos callide: ne furari argueret edidit. Heraclius con

Imperator

ſtantinopolitanus Imperator e Perſis qui triumphauerat: Machometi truculentia pollicitationibus ad defectionē ſollicitatis repreſſit: qui uoti compos parum uices rerum metitus Saracenos: qui ad eum defecerant: pacta mercede auare malignecq; fraudauit. Sara

Hormiſda

cenī pollicitis illuſione multi abirent cum Arabibus: qui domi quieuerant: Machometi hortamine Syriam: Damaſcum: Phœniciam: Aegyptū machometanæ legi adiecerunt. Succeſſibus ſuis aſpirante fortuna quoad Hormiſdam Perſarum regem extinxere: & illius ditionem ſuæ ſectæ ſuppoſuere: necare: dirruere: & flammis omnia populari nō deſtitere. Machometum his craſſationibus auctum in Mecha compoſita ſuperſtitione exMacho

piraſſe: illicq; in principatu Chalipham ſucceſſiſſe tradunt. Machometi lex ratione diſſo

meti pro

na ad uoluptatem alijciens poſt mortē flumina lactis: uini mellis: fercula lautiſſima uxo

miſſa.

res/concubinas/uirginum uoluptatem: ac angelos in his obſenis obſequia præſtaturos pollicetur. Moſem/chriſtum: quos mirabiliū auctores & prophetas ait/laudat: cuius ſemetipſum ambobus præferat. Huius legis ſectatores nō parcius delyrantes aiunt: q; in paradiſo non eſſet plena fœlicitatis ſeries: ſi ibidē aliquod amœnū: uel aliquod cd' eſſet corporis oblectamentū/deeſſet: in regia dei ſaltare: uenari: piſcari: ludere: lucrari: modulari cibo: potuq; copioſo uti: opus eſſe autumant. Machometus interpres uerſutus/ſi figmenta rationibus non potuit munire: illa tamē ut perſiſterent uoluptatibus ſepſit: qui auditoribus: ac præcipue plæbi amœna præcipiens: nō ut rationem leges quærerēt aut

Fœlicitas

diſputarēt: ſed ſtatutoq; temeratores ferro plecterent mandauit. Noſtræ legis latores cō

animarū

tinentiā ſuadentes: & arguere delicta unanimes: beatitudinē dei uiſionē eſſe: qua nihil

in cœlis

optabilius inueniri poteſt/prædicāt. Dei magnitudinē cōtemplando ſatiat animus ipſe in quo animæ inſunt/affectum explet. In illa perenni manſione a nobis ut ſol effulgentibus fœlicitate ſaciatis ſine diffatigatione excolitur deus. Ibi deificatis corporibus leues in inſtanti infinita ſpacia meabimus: qui a paſſionibus exagitati nihil mali amplius patiemur. Cœlum omne quod delectat/cōtinet: in qua ſede ſine indigentia erimus perpetuo cōcordes. Archana naturæ & deū/qui eſt ſummū bonū a quo omnis fœlicitas fluit/ibi aſpiciemus: ultra ipſum nihil quod ſuauius ſit/quærit: quoniā omne deſideriū in eo complet. Cunctarū rerū iocunditas in perenni libertate eſt & caritate nulla eſt ibi ſimultas: æterna lætitia humanarū diuinarūq; rerū ſcientia: pulchritudine uniformi/pace/pietate inuiolabili/bonitate/ueritate/uirtute/honeſtate/quiete laborū/perenni uita/cū angelis in maximis delitijs ibi pfruemur. Ibi unus ſine diuerſitate linguarū erit affectus: quoniam nihil amplius appetet: accumulata bonorū fœlicitas. Hæc autē libata potius q̄ explicata: quia intellectus noſter de his cœleſtibus apprime remotis ægre diſcernit: aut ſi iudicare temptat nocuis: quæ in die hebetiſſime uident/æquiparat. Omittamus ut Machometi quędā iocoſa inter noſtra ſeria applicemus ſtupra/adulteria: ac omniū libidinū inquinamēta: poſt ieiunia repletiones & obſcœnitates mille cōcedit: adulterari/fornicari/uoluptatibus uti exemplo ſui cęteros exhortat uxores/ancillas: & plurimas a domo diſcretas cōprimere permittit: & inter talia etiā ſequētia fabulat. Ad me poſt ueſperas Ga-

Macho

briel Angelus uenit dicens: O Machomete deus omnipotēs: ut illum adeas iubet: Dixi:

meti fa

ubi deus moretur: & qua arte poſſit adiri ignoro. Angelus inquit: Nō ſolliciteris locum

belle

indicabo: hoc animal ne fatigeris: quoad ſanctā ædem te ſoſpitē ſtatuat/aſcēde. Animal Elberabil uocat aſini magnitudinē ac humanā uocē habens: aſcēdēs horæ unius ſpacio

multorū dierū iter exegit: Iumentū aſcenſioni contumax a ſpiritu morari iuſſus: donec Machometus aſcenderet: Elberabil nō ſtabo: ſi Machometus nō oret pro me: reſpōdit. Orauī deum: ut me modeſte & ſuauī pede ueheret: ad ædem ſanctam angelo cōmitante ueſtigio migrauī. Hieruſalem tenenti deſcendere: & cœlum ſcandere ſpiritus ſuadet: deſcendi: quem ſuis humeris ad cœli portam detulit: ianitore de hoſpite ſciſcitante Gabriel: q; ſit Machometus a deo uocatus: reſpondet. Reſeratis ualuis choros angelorum uidi: genua flectens pro eis orauī. Rurſus Gabriel ad aliud cœlum multorum annorum ſpaciū euolauit: uelut in primo: ita per omnes orbes pulſatur: & ut ī prioribus ſic in omni ueſtibulo eſt ab obſeruatoribus reſponſum. In ultimo orbe multitudinē angelorū: & inter alios unū: qui per infinita capita: & totidem linguas innumerabilibus idiomatibus deum laudabat: conſpexi. Angelum ibidē ob noxam flentē uidiſſe recordor: quē orans deo cōmendaui. Gabriel me alij angelo: & ille per uices me alij cōmendarunt: ſic donec dei trono adheſi: Deus me inter humeros tetigit: cuius manū contactu medullæ dorſi congelauerūt. His fabellis ſtuduit allucinari: cui filateriæ aliā adiungamus. Deus Ara- Alia fabates: & Narrates angelos: ut populos iudicarent/in terras miſit: quibus: ne occiderēt: ſed bella.
iuſte decernerent: nec uinum biberent: mandauit. E toto orbe ad illos cum iudicia confluerent: mulier uenuſta: & elegans cum marito altercans angelos: ut in domo ſua conuiuari uellent: exorauit. In illa ſumptuoſitate: ac ferculoq; uarietate uinum affertur: illud ab angelis diu recuſatū precibus mulieris decoræ adminiſtrantis deguſtatur. Angeli in ebriati hoſpite coitū flagitāt mulier annuit: ſi unus aſcenſum: alter deſcenſum cœli oſtēderent. Mulieris conditionē ratam habentes paciſcuntur. Vbi amboq; ſtudio mulier iter didicit: illos de coitu irridendo nulla ope cœlos poſtea aſcendit: quam deus inter ſydera: quæ modo lucifer uocatur: ſtatuit. Angelos mādata irritātes cathenis ferreis deuinctos in hiatum terræ: quoad dies iudicij aduenerit: præcipitauit.

EPISTOLA QVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri Militum præſidi fœlicitatem.

Oſis: ac Machometi acta compendioſe compacta legiſſe: ac te deinceps in talibus uelle: ſicut in paleſtra: & armis exercere ſcribis. Corporis & animæ magis (cum ſint æterna) laudo exercitia. Mortales qui ſe a repletione abſtinent: bonā ualitudinē exercitio perpetuant. Exercitij negligētia ſuperfluita Exercitij

m

tes conglutinando eſt ægritudinis cauſa. Motu rationali euentatur calor naturalis: uiuifi bonitas.

catq; ſicut ignis per flabellum temperate motū. Corpora ex accidentibus inanita reſtaurationē indigentia: & repleta experiri uariant. Exercitiū carnis foramina aperiēdo mundificat: in ſudores intra aſpirationes inſenſibiles e porris ſuperflua diſſoluit: & ſic: quia calefacit: frigiditati quartanę cōfert. Huius ſcripturæ medullā Hiacynthe noli obliuiſci. quod ſi aliter feceris: te illos: qui hominū: aut fœminarū nitorē per purpuram: gēmaſq; approbant: dicam imitari. Hi enim fucum/ueſtes/magnificentiā ſolummodo intuentes in utroq; ſexu mores: qui tales ſunt: ignorant Maſculinus animus: ut in pluribus eſt ue Maſculus

hemens: ad impetus: facilis odij: liberalis: apertus raro hebetatur: uel circonuenitur: ſtudioſus/ad uirtutē pronus/magnanimus: necnō ſtrenuus. De fœminis oppoſita dicemus Fœmina

ſunt miſericordes/timidæ/paſſionibus facillime cedentes/impatientes laboq;/etiam auaras: ſubdolas eas experimur. Frater in Moſis hiſtoria plebeos animos: qui te: & ſibi credulos abſumūt: potes cognoſcere. Moſes uir almus tot miraculis/& legibus inſignis niſi dei pſidio tutus euaſiſſet: a plebe ingratiſſima lapidibus diſcerptus interijſſet. Machometus rapinis/cœde/uoluptatibus plebeos animos alēs principes ad regna omni oppor Plebs

tunitate cōuertit. Plebs ſemp imbecillis: quæ noſtras fortunas geſtit furari/menſæ penue applaudit: eam in fortunis ancipitē cedere Moſis miracula oſtendunt. Qualis eius ſit imbecillitas: Phalaris ſyculus tyrannus multa expertus ita dicens teſtat. Eius autē beniuolētiæ opinio/exilia/mortes/proſcriptiones/quibus nihil tolerabilius: affert. Per Iouē maximū Egiſippe (ut ſentimus) ſic te allogmur: populus ois temerarius eſt: demēs/deſidioſus/promptiſſimus in quodcūq; cōtigerit mutare ſententiā/pfidus/incertus/uelox/proditor/fraudulētus uoce tantū utilis: ad irā/& ad laudē facilis. Hoc eſt: ut qui in agēda

republica populo placere adnititur: honestis pereat contumelijs: Non Regnorum: aut Romanæ plebis altercationes: & in his cædes/exilia/ tumultus/sed Carthaginensis po-
Senatus Carthagi-nensis puli exitia: ut Phalaridis seruet grauitas: dicemus. Senatu Carthaginensis minis: & ter-roribus uulgi iniqꝫ acta patrũ interpretantis subcũbente: Hannibal cũ cohortibus: ut de-sidentẽ populum frenaret: uel admoneret: accersitur. Hãnibal blandus ut hostẽ propin-quum timerent: nec in temporũ angustijs proteruius loquerẽtur: sed igneos animos ex tinguerent: & euersa cum Romanis fœdera seruarẽt: sponsione: & miris rationibus ple bem hortatus est. Quæ nullis persuasiõibus mollita hominẽ: & consilia aspernatur: imo Hannibalem seductorẽ nuncupat/& qꝫ Hasdrubalẽ & primates imittetur: qꝫ duces pri-uatæ utilitati consulerẽt: ut hoc pacto urbẽ sibi famulari cogerẽt: exprobat. Talibus cõ uicijs uulgus hincinde tumultuando discurrit: & Hasdrubalẽ ducẽ inclytissimũ æque ac patriæ proditorẽ: quẽ trucident: indagatur. Ipse labores: & merita memorãs plebeum furorem præueniens ad patris sepulchrũ cucurrit: ibiqꝫ se ueneno confecit. Defuncti tã-ti uiri cadauer a uulgo est uerberibus (ac si uiueret) affectum: & caput abscissum conto affixum per ciuitatẽ elatis clamoribus: adest proditor: est ignominiose delatũ. Hiacyn-
Scipio minor thæ tu: qui plebẽ colis solertius ad Scipionẽ aures/consulo erigendas. Scipio Africanus minor Carthagine: Numantiaqꝫ euersis populi Romani genuflexionem acclamationes quottidianas laudes: atqꝫ salutationes habuit frequentes. Cum quædã gẽtibus cõtra po puli uoluntatẽ esset pollicitus: in ũa die Romanæ plebis gratiã tot uigilijs/tot uulneri-bus compertã amisit: quo mœrore hominẽ præclarũ repente defunctũ adhuc existima-mus. Plebi sic inuisus concionẽ sciuit neglecta tanti maiestate uiri: cũ cõcionaret: qꝫ ne-mini antea acciderat: populus strepitu increpuit: & tunc primo nõ grate sermocinanti-bus uulgus strepere inchoauit. Si queris istius deserti/atqꝫ contẽpti ducis quale fuerit in genitũ dicã. Populata Carthagine supra reliquos imperatores milites ditauit. E rebus il-lis cũ omnia eo duce diriperentur: neqꝫ seruũ: aut rẽ aliquã emit. Qui tot triumphis poti tus quattuor: & trigínta annis: quibus uixit/nihil emit/uendidit/aut edificauit: qui i for-tunis libras tres: ac trigínta argenti: auri uero duas tantũmodo reliquit. Q ui nusqꝫ e fo-ro egrediebatur: quousqꝫ ex adeuntibus aliquem familiarẽ: aut amicum sibi effecisset.
Gracchi fratres Gracchi fratres plebis æternũ dedecus: illiusqꝫ infirmitatẽ manifestius apperiunt: ipsi le gem agrariã uulgi leuamẽ ampliantes ad nutũ plebis in serenitate tempoꝝ: cũ uina da-rentur: promulgarũt. Vbi ambo a primatibus ad necẽ conquisiti sunt: uulgus fortunas & prandia colens in prima uelitatiõe Gracchos deseruit. Tyberio Graccho grãdiore na tu interfecto ardentius Gaius frater pro lege agraria nobiles adoritur. Prælíari alterna-tim opus erat: ubi consulis nomine preco Gaium Gracchũ deserentibus impunitatẽ con cessit: plebs detestabilis ad primos clangores patronũ deseruit. Gaius desertus illachry-mans templũ Dianæ fugiendo: ut ibi se occultaret/ingreditur/prohibitũ amici adempto gladio in fugã exhortãtur Anteqꝫ pareret ante deã procũbens pro ingratitudine ne po-pulus a seruitute usqꝫ eximi posset: est imprecatus. Per pontẽ fugienti ignobiles: ut pro-peraret: hortantes in anxietate neqꝫ auxilia: nec equũ: quo euaderet: petenti obtulerũt. Idcirco inter plebeos: qui defecerãt: cõprehensus occiditur. His duobus fratribus defun ctis plebs errata uolens emendare/sacellũ/in quo ut numina possent adorari: erexit. Hia-
Heraclij auaritia cynthę Heraclíũ exercitũ Machometi: quẽ pollicitis ad defectionẽ solicitauerat/ob aua ritiam amississe: ideoqꝫ Asiã/Africã Machometanæ legi subiectas fuisse: recordare. Chri stianos Hierosolymã/ut redimerent/impẽsas/cædes/ naufragia/proditiões/inedíã: pestẽ Nili restagnationes ob auariciam Heraclij tulisse memento. Aetate nostra Machometa-ni príncipes imperatorem in frustra absisso Constãtinopolim: & omnẽ eius ditionẽ ad-
Ptholo-meus. epti sunt. Istam æris auiditatẽ: quã sit detestabilis: sequẽtibus exemplis clarius agnoscés Ptholomeus Rex Aegypti homo mitis ab Alexãdro Balans genere suo insidias passus affinitatem soluit: filiam Demetrio a regno Asiæ: nõ quia peccasset: sed paterna duritie
Deme-trius eiecto locat regnum eidem restituere promittens. Ptholomeus Antiochenis: ut Deme-trium in regnum susciperent: a patre eius Demetrio se affectos recordantibus non ua-lens persuadere: in Antiochia sibi illis sic uolentibus Asiæ diadema imposuit. His per-actis Ptholomæus Rex iustus Antiochenos comiter in concionem conuocauit: regnum Aegypti sibi sufficere narrat: qꝫ populis ꝓcurator: & patronꝰ semp afforet: ꝓmittit tã pie

perorando populis Demetrio conciliatis pactũ regnũ (quod raro est auditũ) genero tra didit. A Ptholomeo: qui cũ genero exercitus adiunxerat: Alexãder expellitur: sed Pto lomeus in acie traiectus obijt. Alexander conflictũ declinãs ab hospite Arabico occisus est. Demetrius uictoriæ beneficijs abusus Aegyptijs ingratus studuit iniuriari: unde am missis Elephãtibus/ Alexandriã uersus exercitus fugit. Demetrius pace adepta ab aua-ricia passus se expugnari milites ab alijs regibus solitos ali exauctorauit. Triphõ Alexã dri defuncti Dux odia militũ cõcitata gnarus cũ eius filio Anthiocho ab Arabia educto transfugis militibus regnũ nutans inuasit. Demetrius deficiẽte milite/gratia/atqꝫ acie in ferior: cũ nihil esset eo infortunatius: fugat: quẽ insup rebus nouis intentũ parthi occide runt. Scylla tyrannus ciuiliũ bellorꝫ uictor cũ: & proscriptorꝫ ciuiũ bonis quasi ex iusto Scylla
bello adeptis meliora hastæ subijceret: Crassus qꝫ largitionis/uel emptionis nomine acci-Crassi aua peret: nusqꝫ bona reijecit: & sic antea inops diuitijs Romanos superauit. Romæ tribus ritia. factionibus Cesaris/Pompei/ac Crassi existẽtibus. Crassus neqꝫ firmũ amicũ: neqꝫ aspe rũ inimicũ se prębuit: sed anceps ad quoscũqꝫ in republica (ut ditaretur) sentẽtiã leui mo mento in amorẽ/& odiũ permutauit. Patronus: & lucri causa accusator/suasor/dissuasor eodẽ tempore legũ (ut lucraretur) erat. Q ui ad orientale bellum excecrationibus tribu-ni infœlicibus auspicijs destinatus: auarissime semp a natiõibus: ac si de bello nõ curaret:
pecunias exegit. Pompeius bello/sapiẽtia/ ac uirtute inclytus in Hierosolymã expugna-Põpeius tã: tum in templũ nullo bellico iure rapiendo usus. At Crassus per Iudeã profectus tem-pli excellentiã/opulentiãqꝫ admiratus a custode apparatuũ templi trabem aureã decora continentẽ præstito iuramẽto qꝫ aliud aurũ nõ tangeret: obtinuit. Trabe aurea potitus æque ac nõ iurasset: reliquũ aurũ expilauit: quod scelus haud sua clade fuit inultũ. Nam parthiam Romano milite temere ingressus a Surrena regis primario paucis supstitibus cũ filio & nobilitate Romana est simili piurio discerptus. Surrenas uictor Crassi caput/
& brachiũ Gyrodi regi Parthorꝫ i signũ trophei misit. Hyrodes/& Artuasdes armenio-Surrenas rũ rex affinitate per pacẽ contracta: cũ Crassi caput afferreretur/ cõuenerãt inuicẽ epula Hyrodes ri. Vterqꝫ rex litteris grecis eruditus capiti deiecto/ac per pauimentũ rotato carminibus tragicis per lasciuiã illusere. Amotis mensis histriones caput cedendo tragedias imitan tes petulantius conuicia exprobrauere. Hellius amota cæcitatis auaricia homo probus: Helíus inuitus imperiũ qui susceperit: & si in príncipe tenacitate nihil sit turpius: animo tali mor auarus bo languente inurbanus/illiberalis/sordidus a cunctis habebatur: ideo a militibus de sti pendio tumultuantibus interloquendũ: cum nullus auxiliaris reclamaret: iaculis cõfos-sus interijt. Q ui orbis imperator partẽ leporis uel alterius obsonij seruari iussit: qui her bis quãdoqꝫ prandere contẽtus dimidias lactucas: aut cardos: & si quid est parcius: prin cipibus una discũbentibus apposuit. Tu Hiacyntæ frater ab his auarissimis ingenio: uir-tute dissimilis in munificẽtia quandoqꝫ nimis effundis. Comites cæteriue te salutãtes: &
in castris militũ comertia sumptus: fateor: nõ tenues exposcũt: sed memẽto ex intempe-ramẽto fratres certe fraudati: primæ etiã medietatis anni lasciuius consumptæ scito reli-quã exesam: sterilemqꝫ supesse: ideo cũ toto anno uelis reddítus impartiri: in reliquo tur piter precari/ac per fœnus mutua accipiendo cogeris nõ sine calumnijs mẽdicare. Tu in armis strenuus Achilles: uel Hector esto pariter in censu fratrum: non mercenarius: uel prędo: sed potius dominus: uel pater: quia (si mihi credes) Collígulæ: aut Neronis pro-
digalitatis iacturam non sentíes. Tyberius Octaui adoptiuus nummorum auidus the-Tyberius sauros successori Callígulæ immensos reliquit. Callígula impossibiliũ affectator anno Callígula nondum exacto ærarium orbis stolide exhausit: factus inops: qꝫ stulte opes consumptæ essent recordatus ut filiæ dotem gentes componerent: non puduit rogare. Ad uota con-tractos aceruos auri osculatus: sæpe contemplari/uidere/contrectare/desuper se imitere ac per nummos uolutari nõ poterat expleri. Nero imperij labes cito prodigalitate æge-nus pdarí: late crassari æqua euertere: iura confundere per inopiam solitus magistratus uendere se pauperẽ palã fassus sic occurrere inediæ singulis memorauit: qui tamẽ in ulti
ma pompa tot odores/quot Arabia in anno fœtificat: consumpsit. Perditissimihoĩes ab Magistra-ipso præfecturas ære nõ probitate mercati ad diripiendũ/non ad prouinciarum mode-tus pfectu ramen quæqꝫ funestantes properabãt. Tempestate nostra simili lege utimur: nã esse an ras emen-tiquã contagionem obseruauit: ut qui præfecturas precio conducunt: nulla ratione: aut tes.

æquitate urbibus præesse uolunt/qui more luporum insatiabiles plura offerentibus/ ac si auctioni legum maiestatem subiecissent: iudicia infecta grandioribus rapinis expo-
nunt. Principes/qui uolunt non nomine: uel umbra: sed cū gloria & eorum gratia præ-
esse: arbitros iusticiam colentes: a populis malos arcendo: si uolunt celebrari: destinēt.
Claudius Claudius princeps Romanus cū amicis: q egeret sepe cōquestus: ut cū libertis suis: qui
ob stulticiam domini populos prędæ subīcerent: si cuperet ditari: studeret associari: est
Olympias admonitus. Olympias Alexandri genetrix filium prodigum his uerbis solita est argue-
re. O fili regū/ac nationū summa cū liberalitate gratiā quęris: sed in dando tantū es incō
tinens/atq profusus: q cum alīj ditētur: te auctore semp eris egenus/ atq mēdicus. Im-
pensas uires excedentes. O Hiacynthe ego ab æphebis liberalitati procliuis nō damna-
rem: nisi prodigos prædones/insidiatores/tyrannos/infames/effelatos maloq moq: ma
li exitus essem expertus. Catillinā similimosq seductores ære alieno a grauatos ī patriā
Herodes cōspirātes: ut de Herode dicamus: omitto. Herodes Antonio: Octauio: senatuq uolen-
tibus cōtra iura Hierosolymitanus rex hedificijs: impensis: largitionibus effusissimus
insidiari/rapere opulentias alioq uexare: & regū sepulcra apperire est coactus. Sic effre
nis ciuium: affinīū odia contraxit: idcirco in senectute circa filios: & alius infortunatissi-
mus languoribus: & diris execrationibus mulctatus/semetipsum pfodere telo conatus
est. Quē puerū a stirpe regia uacantē Manaenus iudeus uates ad doctorē proficiscentē
in regem hebreoq salutauit. Illi auguria nō credenti Manaenus ait: tu regnabis: & fœli-
citer iusticiā/pietatem/modestiam circa ciues memento obseruare: sed quia infœlicitate
æquitatē obliuiscēris: deū in fine uitæ in te cōtumacē cōmouebis. Nec irrita fatidicus p̄-
cinit. Marianē uxorē pulcherrimā/uenustā/castā/ a qua abesse nō poterat suspitione ad-
ulterij interfecit: quā defunctā postea quasi insanus luxit. Alexandrū quoq & Haristo-
bolum filios facundissimos/quos Octauis aluerat: Patris insidiatores Antipatris fratris
dolo suspendit: ægritudine confectus ipsum Antipatrē primogenitū uenena patri præ-
perantē septē diebus anteq expiaret: ī carcere interfici iussit. Cūq dirissima lue langue
ret: cūctosq lętari cerneret: ut oēs ī eius obitu deflerēt: sic excogitauit. Principes e iudea
accersitos in oppido Hippodromio clausos militibus sepsit. Quos solome sorori eo de-
functo: ut tota regio illachrymaret: interfici mandauit. Soror mortuo Herode militibus
obtemperare adnitentibus: ipsum pœnituisse commenta: incarceratus dimisit intemera
tos. Hiacynthe auaritia/quā præmisimus: deos sua turpitudine etiā a nobis alienat: libe
Lycurgus ralitas uero placabilis reddit. Lycurgus legifer colloquia Apollinis se habuisse ificiatus
homo sæuerus/atq bonus ī multis/rudis/agrestis/auarus Sparthanis parsimoniā: & te-
nuissima sacrificia dijs offerre persuasit. Alexāder munificētissimus in puericia aris thu
ra sine parsimonia ingessit: pedagogo leonide reclamante: ut cum thuriferas gentes de-
uicisset: sic effusissime suplicaret. Q̄ primū Arabię finitima expugnauit: thure illi nauē
onustā misit: largeq deos sine reprehensione adorare: est exhortatus. Regio nulla: nisi
Thus Arabia: nec ea omnis Thus præbet: arboris facies qualis sit: aut cui assimilari possit: nō
dum constat. Aegre ad nos uehitur: a decimis sacerdotū uectigalibus: scribis regū: a cu
stodibus/satellitibus/ministris depopulatur delatū. Aresina apud nos adulterari potest:
quā fallaciā: si dentibus cedit: anteq in micas frangatur: experimur.

INNOMINATA SVB PONTIFICE IVDEORVM CHRISTIANORVM PERSECVTIO.

Sauli origo Aulum existentibus prioribus in nullo persecutionis ordine ponemus: quē sapientē/magnanimū Christianis pernicioſum hostē: deus sui ī gregis pasto
rem concilīauit. Saulus e tribus Beniamin in oppido giscaris est ortus: sed eo
a Romanis debellato cū proximis Tarsum Ciliciæ migrauit. Quē parētes īdole iuuenis
moti Hierosolymā ad legū disciplinas destinarūt. Vbi adoleuit/a pōtifice Hierosolymi
tani tēpli colatis singraphis: qbus eos/q Christū uerū deū p̄fiterent/uinculis: & cruciati
Helius bus torqueret mittit. Et his initijs Stephanū p̄thomartyrē: necasse/Damascūq: ut trucu
auarus lētius sæuiret: p̄fectū scriptores tradūt: Intereundū a diuinitate accitus inter ap̄los cōnu-
merari: & uas electiōis meruit appellari. Qui Paulo Cipri p̄cōsule baptiçato Saulus an
tea: postea Paulus a p̄cōsule est denoīatus: quē Hierosolymā reuersum Petr⁹: Ioānes &

socij in apostolū admiserūt. Cestius cū floro tyrāni in p̄curatione Iudeæ fœlici p̄sidi suc- Cestius
cedentes Paulum se ciuem Romanū profitentem: ut Romanū ciuem Romā deuictū mi- Florus
sere. Post biennīū a carcere demissus ouile dei dilatare: fidei Christianæ rudimēta p pul- Fœlix
pita in sublimi disseminare tentauit. Nero quoslibet deos fastiditus Petro. ac Paulo po-
pularibus: cum dij crederentur: cœpit æmulari: quos eadē die supplicio martyrij affecit
Paulo mereri: deoq se gratificari credente mādato pontificū Damascū profectū iterū ex
ordiar: A Iudeoq pontifice Damascum: ut Christi sectatores incarceratos cruce: alijsq
cruciatibus interficerer: missus: dum suburbia pœne tenente a cœlo repente rutilante flā
ma semiuiuus obstupuit: quī uocē Saule Saule cur me persequeris? cōminantem audie-
rat. Aeris fragore: prodigijsq attonitus: quis es o domine? respondit. Iesus nazarenus
ego sum: quē tu persequeris: durū est tibi cōtra stimulū calcitrare: eadē uox inquit. Pau-
lo: domine quid uis me facere? Christū interpellante: ciuitatē ingredere: uox est blandi-
us affata. Comites miraculis hebetati Paulū labētem subito luminibus captū Damascū
uix pensilē introducunt. Triduo cæcitate: & inedia affectū deus Ananiæ Damasci mo-
ranti: ut Paulum solaretur/præcepit. Ananias autē ait: domine uirū hūc in sanctos tuos
sæuissimū tortorē Damascū: nunc ut omnes: qui nomen tuū inuocant: carceribus astrin
gat: audio. p̄fectum. Deus inquit: uir iste: ad quē accedere horrescis: aliqn uas erit mihi
electionis: & qui a te hodie uisum: uitæq fomenta recipiet. Apud Iudeos nationes: tyrā
nos reges: nomen meū amplificabit: & pro me mala: interitūq patietur. Ananias limen
ingressus Saule frater (inquit) ille deus: qui te Damascū proficiscentē terruit: ut uideas:
spiritūq sancto replearis: me ad te misit. In ea salutatione uir iā sanctus cōualuit: a cuius
oculis squamæ cecidere: & cibo robustior se fecit in noīe Christi baptizari.

EPISTOLA QVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas. Io. Antonio fratri fœlicitatē.

a Bbate comensi una discūbente mira: sic ut tu prædicas) narrauit: quę scripta
ut tibi tradantur: sæpe rogasti. Ebrios cū capitis grauedine quandoq algere Ebrij
in circuitu illis omnia ferri: audaces: maniacos: lachrymātes e potu sæpe fie-
ri: quoq lingua: totūq corpus peccat. Scythas uero uiros fortes appetere uī-
nū & oēs defectus istos nō animæ esse: quæ nec iebriari: nec pati potest: dixi. Anima im Anima an
materialis: ī corporea a uino: uel ab aliquo materiali corporeo nō ledīt: si deus potentia possit pati
sua naturas nō pmutat. Materiale nunq agit in materialē: quia agentia & patiētia cōmu
nicare debēt in materia. Animā igit nō p se: sed p accidens dicimus pati: quia cū organa
sint indisposita: nō potest intellectus in actū ppriū: & ad opationes se extēdere. Præmis
sa liquēt: nā si senex oculū iuuenis acciperet: æque bene: ac iuuenis uideret: qa neq ani-
ma: neq eius potētiæ senescunt: aut corrūpi possunt. Vinū uirtute calidū ex accessu: & Vinum
superabundantia tremorē & frigiditatē inducit: & ratio est: quia sui quantitate calidum
innatum suffocat: ueluti ignis omni tectura contectus extinguitur. Exuberantia uini
humidū innatū tanq senium: quod est sicut consumptio olei in lucerna: destruit: & memē-
to: q senectus nihil aliud est: quā iter ad mortē. Consumptiue ægritudines cronicæ: ut Senectus
quartanæ/febres/cthicæ/ ptyses/ hydropyses/labor/ coitus/humidum naturale destruē- Aegritudi
do: quia etiam calidum innatū una destruunt: similia operantur. Inter multa oblectami- nes chro
na externas historias: & seria Abbas commensis: quare uidelicet Paulus: & Iudei Chri- nicæ.
stum mirabilium auctorem seuissent: percuntatus est. Deum: ut Paulus esset uas electio
nis: & per altercationes iudeorum fides eluceſceret: ita uoluisse operari: q̄uis Tyresias
Amphiaraus: aut hebreus propheta non sim respondi: q si ad uota euagari: aut quicq̄
per historias persuadere liceret: quæ in procintu forent: coniecturas audiret respondi.
Parentes Sauli Hamilcharis exemplo: ut hostilem animū in Christianos susciperet: hor Hamil-
tamine: execrationibusq forte natū compulerunt. Hamilchar Hannibalis pater in Hi- char Han
spaniæ expugnationem profecturus Hannibalem septennē in sacrificijs: q q̄primum li nibalis
ceret: populo Romano bella inferret: iureiurando astrinxit. Hannibal promissa: iura-
mentumq nunq oblitus quarto & decimo anno Italiam igni/ ferro/populationibus ab- Qñ iura-
sumpsit. Si Saulus adhuc puer ita iurauit: nec ipse: reliqui maiores ita execrantes ex sto- mentū nō
lido contra bonos mores iuramenta: quod ut plurimū retorquetur in auctores: c ō pelli debet fer-
queūt. Hannibal animosus iurator supplicīū suę temeritatis luit. Ab Italia: ab Africa: ab uari.

Antiocho infœlici certamine pulsus a Bitiniæ rege proditus: ũt a Romanis euaderet: se ipsum ueneno peremit. Saul hebreorũ rex filium uictorẽ sic stolide interficere: ut dicemus iurauit. Ipse in regno nouus ante bellicosus: sed postea neglectus: ac in desperatione rerum hostibus ingruentibus a plurimis suoꝝ desertus parua manu collis fastigium
Ionathas ascendens: bonaq; suoꝝ diripi cernẽs illachrymauit. Ionathas natoꝝ primus uno armigero comitatus per scabra saxa semitarũ inaccessibilium ad hostiũ tentoria repsit: ingressus uigiles numero uiginti primo necat: tumultu hebreoꝝ acies: munitiões tenere existimans palestinoꝝ exercitus e diuersis nationibus coactus fugit: quorum linguas ignorabat hostes esse ratus. Milites linguarũ errore decepti ab hostibus perimi credẽtes mutuis uulneribus cadebant. Saul conquestu necatoꝝ palestinos perturbari audiẽs cohortibus inherendum indulsit: utq; cedentes in fuga ad unum tolli possent: ante solis occasum ne quis comederet imprecationibus uetuit. Ionathas edictum ignorans hostium cæde fessus aluearibus sorte compertis fauum gustando adhesit: qui edicti cõscius mella reiecit. Pater audito epulo filium necare iurauit. Ionathas iuuenis acer animã ingenue componens nullis lachrymis: aut squalore perfusus ait: mortem nõ uereor subire: qui nec ꝓ uita supplico: quoniam hebreos mea probitate uictores relinquo: ideo si in tãtis preconijs extinguar: lætus & uictor hostiũ cruore adhuc udus: ac saciatus obruar. Ionathas uictoriæ princeps temerario patris: iuramento nõ teneri a populo reclamante a genitoris manibus eripitur. Ante hunc Lepte temere iurans nõ parcius insaniuit. Hebrei incursionibus finitimoꝝ affecti Lepte imperiũ recusantem præponunt. Lepte sacrificans: se primũ: cui obuiaret: deo immolatum: uictor si reuerteretur: uouit. Reuertenti filia unigenita & uirgo occurrit: quæ uota patris audiens sine eiulatu duoꝝ mensiũ spaciũ: ut cũ æqualibus lamentaretur petijt. Indutijs expletis filiam minime extingui recusantẽ Lepte immolauit. Deus iuramenta: & amentiũ pernitiosa uota ut argueret: Lepte filiã elegantissimã inconsulto patri obiecit. Hæc primo Antoni frater: tum de piscibus: ut inchoabo: de
Pisces inceps narrauimus. Pisces sine pulmone nõ respirare: cũ sine collo sint: inter alia animalia esse imperfectos: uaccã marinã: Cætũ: Balenam: Delphinũ: cum respirent: non uere esse pisces secundũ philosophoꝝ auctoritatem diximus. Vacca maris nõ parit oua: sed unũ: duosue pullos parit: quos mãmis: ut Balena alit: Delphinus: & Cætus uelocis coitus sunt: quia testes: & inguem ad intra: ne aquæ frigiditas obesse possit: occultant. Fœ
mirantibus iurauit: equeſtrem initū ſibi iocundiorē eſſe. Androclidas Sparthanus cū quis cytharedum: eiuſq; uim laudando miraretur: ait. O uir optime/ quis honor abs te probis uiris retribuetur: quando cytharedum ita laudibus effers? Ruffine fœminę imbelles/ infirmæ fucis choreis uoluptatibus deditæ nobiſcū leuitatem/ muſicā/ ſaltationes in principibus arguunt. Dauid hębreorū regem organorū muſicæ auctorē ante dei archā fœderis: ut iuuen-

Dauid rex

culum hymnos deo præcinendo Micol præteriti regis nata uidit chorizantem: in rege de-

Micol

honeſtamentū: hoc etiam in diuinis fore rata coniugem: q; tam puerīliter concentibus intē tus deliraſſet: ſeueriſſime obiurgauit. Ea tempeſtate: qua tu Ruffinus ut Abbatiā tibi aſcriptam a lupis exeſam redintegrares: Romam deuolaueras: ego fere eodem ſydere Abbas in gymnaſio Papienſi ſcientijs uacaui: tum prothonotarios duos ſtuprorum: cōmeſſationum acchorearū altores: ſuis prophanationibus Nerone nō meliores audiui gymnaſiū inceſtaſſe. Hæc duo mōſtra q̄tannis poſt Chriſti natale: ne quis laruari poſſet: diui Galeatij edicta

Cincedula.

irridentes: inſtar meretricū: ipſis ſic uolentibus noti: laruati per urbem curſitabant: cenſus eccleſiaſticos ad pios uſus deſtinatus leonibus/ ſcurris/ ſaltatoribus/ ſortilegis geſtiētes impartiri. A ciuitatibus ſemotis ut perſonas exorarent: uel hincinde mercarentur: famulos in procinctu ſemper habuere. Cœlum/ diuinitatē/ & orare obliti/ mechari/ inquinari inſidiari conſpirare/ bonos negligere/ iura abolere/ furta laudare/ pro ſacrilegis certare ſtudentes: ut exules tandem ac inglorij: nō ambo diu uixere. Qui maioris nominis ipſi ſic laſciuentes: q̄

Mas lōgius uiuit q̄ fœmina

cincedula: quæ tantū in cauda lucet: nō extiterūt. Ruffine uir celebs: ſciētias qui ſemp indagaris: quilibet ut fœmina eſt: aquea pinguedine ſaginatus: q̄ primū ex adipis liquefactione per ſuffocationē: ut imbecillis mulier certe morietur. In unaquaq; ſpecie mas: ſi multo non utatur coitu: eſt q̄ fœmina longioris uitę. Maſculus nutrimenta ſane melius digerit: ac etiā ſuperfluitates uigoroſius expellit: cuius humidum præterea eſt minus aquaticum: & cū calido eſt plus: q̄ in fœmina commenſuratum.

QVARTA CHRISTIANORVM SVB DOMICIANO PERSECVTIO. CAP. II.

d

Omicianus pro deo uenerari geſtiēs proſcriptionibus/ probris/ morte/ exilio nobili

Domitianus.

tatem: necnon Chriſtianos: & Iudeos ſtipendijs exhauſtos non uno genere mortis excruciauit: cuius ſeuiciā: ut apertius ſcribamus: a patre eius Veſpaſiano exordiemur. Veſpaſianus Neronē ac regios delatores timēs amicis nō ignorātibus ſe ad fœliciora

Veſpaſianus.

tempora ſeruandũ ab urbe latitans ſubmouit. Prouinciarũ præſidibus rapinis magis q̃ iuſticiæ uacãtibus Iudea deſciuit: Defectionis ultorẽ Veſpaſianũ latitantẽ decernũt. extincto Nerone bellum biennio protractũ: Veſpaſianus filio Tito bellis ciuilibus intentus cõmendauit: quoniã exercitus orientalis contra uitellũ illũ elegerat. Debellata a Tito Iudea Hieroſolyma ferro: flãmiſq; diruta undecies centena millia Iudeorũ inedia: & ferro necata: & centena millia publice: aut in ſpectaculis diſtracta ſunt: nõnullis etiã in obprobriũ ſubhaſtatis.

Ioſephus

Ioſephus ſacerdos Hieroſolymitanus uates: & hiſtoricus ſublimis gratus imperatoribus: & honoratus a ſupplicijs: ignominiaq; quoniã Neronis interitũ: & Veſpaſiani: filiorũq; imperiũ uaticinatus erat: euaſit. A Tito Romam ductus de bello Iudaico: Iudeorũq; antiquitate uolumina ueritate referta edidit. Veſpaſianus: & Titus Ioſephũ: & familiã Dauid in parte aliqua ſuperſtitem omni habilitate honorarunt. Quã progeniem Dauid ex cruciatibus: & præmijs conquiſitã una cum Chriſtianis Domicianus perdidit. Chriſtiani inſontes: ſi in imperium nihil cõmiſiſſet: ubiq; tamen tormentis acti corruerunt: Domicianus in libidinem: deſidiam: iracundiã: crudelitatẽ deinceps prolapſus patris: fratriſue illuſtre nomen: quia tale monſtrũ aluerant: ut exoſum & obſcurũ antiquauit. Ipſe deſidioſus in ſeceſſu recluſus muſcas acuto pugione per ocium tranſfigebat. Sic exoſus: ſic intollerabilis conſpiratione: ut fertur cubicularioꝝ in palatio occiditur. Chriſtianos infodi nõ paſſus ſine funeris pompa: ſine regio apparatu per ueſpilones ignominioſe eſt ſepultus.

Domitiani mors

EPISTOLA SECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Ioanni Franciſco Comiti Anguiſolæ / fœlicitatem.

Chyromãtia an uera ſit.

Ir celeberrime annaliũ: & bonorũ morũ interpres: an per chyromantiam liceat prognoſticari: & an laudabilius ſecundũ antiquoꝝ ritum ſit mori: an meliores euentus puſillanimitate debeamus expectare requiris. Chyromantia philoſophię ſubijcitur cui experimento magis q̃ ratione fulcti inhęremus. Lineæ uolæ quotiens extenſæ: & apte diſponuntur materiã: e qua manus: & corpus totũ generatũ eſt: digeſtam: temperatã uniformiter a uirtute informatiua extenſam ſignificãt. Quæ uirtus ſi partes a corde diſtantes informare / dearticulare / diſtinguere potuit: maiorẽ potentiã ſuper cor / & membra principalia in uitã influentia habuiſſe arbitramur. Liniamẽta manus ita optime dimenſa cõpoſitionẽ animi / uitæ prolixitatẽ: ac morũ elegantiã portendunt. Si huiuſmodi inſectiones paucæ breues / diffractæ in liniatione palmæ præuaricant: materiã generationis ex humore indigeſto / interminato conſtare portẽdunt: quæ uirtuti informatiuæ reſiſtit: ideo nõ potuit lineas dearticulare: ex qua in diſpoſitione totius compoſiti inducitur morũ ruſticitas: & abreuiatio uitæ: quia ante fatale tempus ĩordinatus indeterminatus humor putreſcit. Cũ fatis nihil ſit incertius: uices rerũ ipſis pmutantibus: in turbine ꝓcellarũ nõ ſe tẽporibus fœlicioribus ſeruare: nõ magnanimitatẽ: ſed cordis imbecillitatẽ: ꝓfecto exiſtimamus. Senatu cõiuratos Catilinæ ultimo ſupplicio plecti ſtatuẽte Cæſar renuit: ſed ut publicatis bonis municipatim diuiderentur: cenſuit: eo ſententias aliorũ ĩmoderatius oppugnante milites præſidij gratia acciti exertis gladijs eo impetu in eum proſilierũt: ut a circũſtantibus fuerit defertus ac cõplexu / & proiectione togæ paucoꝝ ſoſpes uix euaſerit. Cæſar territus nõ effœminate in ſe ſeuit: ſed reliquum anni tempus agenda maturans a curia ſe abſtinuit: id circo fatis rerum uices permutantibus in patria fuit: quia res interim ita coaugmentauit: e tribus unus: tandemq; hoſtibus interfectis ſolus Romano imperio præfuit. Cato Vticenſis pro obſeruatione tumultuoſæ legis potiuſq; iuraret: occumbere deſtinauit: ſed a Tullio futura præmeditante: quoniam iurãdo amicorum cædes / & exilia extingueret: lepide admonitus homo durus: inflexibilis tempori ſe ſeruans iurauit. Antonius lepidus: Octauius triumuiri multos proſcripſerant: multi ciues temporum immutationem expectantes longius ceſſere. Sed cum hi triumuiri inuicem certaſſent: q̃plures uariata ſorte Octauio conciliati in ſummis magiſtratibus opulenti effulxere. Veſpaſianus ratus ſic turpe mori: ut tranſfuga remotius abijt: qui abſens Neroni per amicos conciliatus Iudeæ expeditione / ab imperatore data potitus: cum fortuna pro ipſo decertaret: Imperium Romanum ſibi / filijſq; adeptus eſt. Cum ipſemet fuga delitеſcens / commodiori tempori ſe ſeruaſſet: fortuna eundem inde Titum natum / ab armis hoſtium ſeptos: ut nunc aperiam / pariter ſeruauit.

Catilina ultimo ſupplitio decretus

Cæſar

Cato

Triũuiri

Veſpaſianus.

Non inglorius eſt / ſi eius geſta diſcutimus: ante ſepe uictor in diuerſo ſydere dimicauerat: Iotapatam iudææ ciuitatẽ illuſtrem Ioſepho hebræorũ Imperatore tutam diſiecit: inde Gamale opidũ nõ obſcurius arietibus: & machinis gloriоſius euertit. In eo prælio iudæi uictoribus impares celſarũ rupiũ aſcenſu romanos cedendo ſternebant: ſuperioribus domicilijs euulſis moles in caput inſtantiũ deturbantes. Fragoribus ruinarũ / uulneribuſq; milites attoniti extra opidũ currentes inter uias hincinde impliciti an hoſtes an amici ſequerentẽ / ignari: inter illas caligines innumerabiles cecidere. Veſpaſianus inter cõfertiſſimas cohortes: cũ ſupra uictores ciuitatẽ ruere inſpiceret / anxius: ſalutiſq; immemor cũ paucis deſtitutus opidi ſuperiora clam inuaſit: illoq; tenui comitatu decertauit: cũ terga dare nõ tutum: nõ laudabile foret: olim partis uictorijs occurrentibus. Eum obſtinatius certare iudæi cernentes: & tanq̃ pro eo dij prælіarentẽ ſtupefacti / impetũ remiſerũt. Remiſſis iaculis cũ laude iam euadere poſſe cõtemplatus per tot amfractus elapſus eſt / quoad muros ciuitatis eſt egreſſus: pedem referẽdo nuſq̃ faciẽ ab hoſte declinauit: minuſq; hoſtib⁹ terga uertit. Mox uictores in opina cæde merẽtes facunda cõtione ſpe præmiorũ firmauit. Tito ſuperueniẽti illaq; fune ſta rupe petito ſuperſtites ut milites demulceret / iugulari indulſit. Titus patris ſucceſſor ageres / mœnia / & hieroſolymã obſeſſam ambiens a iudęo irrumpente equitatu undiq; ferie batur. A turmis euulſus foſſis aut diſiecto exercitu ſeptus ſalutis incertus hoſte premẽte in ter tot miſſilia inermis: ſocios fidere: pugnare: ducis ueſtigia inſequẽda exhortatus eſt. Sic dicens per cuneos hoſtiũ per tot ſpicula in unum obſidionis principẽ cõtorta: obuios equo cõculcans hoſtilius pugnante ad ſua tentoria ſoſpes non ſine numinis cura euaſit. Cumq; tela Veſpaſianũ ac Titum ex induſtria uereri crederentẽ: Ioſephus inquit: Deum principes a periculis eximere nullo modo heſitandũ eſſe. Diuus Franciſcus Sfortiæ gentis: & ſtrenui tatis auctor in caſtris: & magnanimitate Marte præſtantior: in pace cunctis ſua ꝓbitate gratus prudentiæ ac pietatis numen: cũ Placentiã debellaret: illo inſidente ac illeſo tormentũ a mœnibus emiſſum equũ interemit. Aſtantes ratus illũ a tali fulmine diffractũ ac effœmina tius lugẽtes: ac ſi a cõuiuio roſis & lilijs pleno egrederetẽ / arguit. Titũ & Principes a deo diligi infra non ignobili præſagio dicemus. Hieroſolymitanis ante romanæ oppugnationis aduentũ uarijs prodigijs interitũ apertius coniectari poſſe / deus indulxit. Ante Titi emi cõ greſſum fontes circa urbem præter cõſuetudinem aruerant: aquas impenſa conducere: aut conductas opus erat mercari. Omnis ariditas & laticũ ſterilitas Tito caſtra metãte in ubertatem conuerſa ſcaturigine: hominibus & iumẽtis & irrigationibus ſatiſfecit. Ante Titi de populationẽ oſtentũ tale hieroſolymitanos affecit. Fontibus arentibus rex Babyloniæ cum exercitu ſuperueniens hieroſolymã / & templũ incendit. Fontes in æſtu arentes cantu puellarum uirginũ reſtituunt: circa labia cum tripudijs ritimos cõcinentiũ. Idem de putheis & alijs hiatibus auguror dicendum: ꝙ experimentum ſi auctores non mentiuntur / eſt magnũ uirginitatis præconium.

Fontes

Virgines

QVINTA SVB TRAIANO CHRISTIANORVM PERSECVTIO CAP. III

Traianus

Rincipibus gloriæ ac perennitati uacãtibus Traiani geſta / cõſulo ſtudeãt æmulari: cuius benignitatẽ populi illuſtrantes ad Iuſtinianũ principẽ uſq; in coronatione: ſit Imperator iſte fœlicior Auguſto / melior Traiano ſemper acclamarunt. Ardui nihil niſi ad gentiũ utilitatem mollitus eſt Traianus: ideo Tarquinius ſacrorum princeps: & Mamercus urbis præfectus mite Ducis ingeniũ eſſe ſcientes: Traianũ in chriſtianos ſuorũ numinũ euerſores concitarunt: a quibus perſuaſus: ne chriſtianorũ incrementis quicq̃ detrimẽti romanũ Imperiũ admitteret: edictis ultimo ſupplicio eos excruciari iuſſit. Clæmens in pontificatu ordine quartus: quem Petrus in ſucceſſorẽ ſibi elegerat tantæ mollis pondera aſpernatus: Linũ & Cletum ne hereditario iure eccleſia tranſiret / ſibi præpoſuit: qui in inſulam deportatus cũ ſeruis: & duobus millibus chriſtianis ibidem marmora effodientibus quæq; ardua pro Chriſto pati perſuaderet: eos longius aquari miſeratus fontẽ propinquũ fodinis eduxit. Cum emi pro reis aquas oraret / agnũ ſub dextro pede fontẽ tenentẽ aſpiciens eſtuantibus foſſoribus ſcatebras indicauit. Cum ex inſperato potu refecti miniſtro Chriſti p baptiſma adhærerẽt: Traianus Clæmentẽ anchoræ alligatũ ponto iuſſit demergi: Traianũ tot ſacrificulorũ / auruſpicũ / ſacerdotũ / præſidum importunitate /

Clæmens pontifex

Traianꝰ

Plinij epistola

appetitu/& erroribus deductũ: ad quẽ Plinius prouinciæ præses pro Christianorũ leuamine ita scripsit/nõ iudicemus mitem: Quotidie hominũ millia scelere immunia p uicos eque ac pecudes cedunt: Hi homines mites faciles q̃ sunt: in nullo honeste uiuentium ritu alieni nec in romanas leges cõtumaces: tantũ in diluculo Christo cuidam deo inclinant: cui etiam hymnos deuote præcinunt: adulterari autẽ uim inferre/furari/fœnerari/crimina & cæteras hominũ fallacias ignorant. Traianus a Plinio de bonitate fidei nostræ monitus christianos nõ esse inquirendos: oblatos ꝙo ne cultus eorũ per quẽ nationes Imperio romano famulari & iurare solent/deficeret: plecti oportere respõdit. Romanũ imperium ciuilibus bellis labens & exesum: prouincias quoq; quæ desciuerant: nouas etiã addendo Traianus reintegrauit. Parthos imperij amplitudine effrenos q̃uis sint indomiti/ciuitatibus expugnatis affixit. Non his laudibus cõtentus ad margines Indiæ penetrauit: ad quas sine fatalibus auspicijs nõ est tranandũ. Bacchum ac Perseum sic fabulant a deo genitos: & quosdã Aegyptios reges fabellis forte magis q̃ uirtute illustres: nõ autẽ Semiramidẽ & Alexandrũ prætereamus. Semiramis quæ cũ apparatu multorũ annorũ in Indiam traiecerat: saucia & uario discrimine sui corporis effussissimo suorũ interitu cõsternata/uix aufugit. Alexandrum Gangem immensæ magnitudinis amnem trajicere cupientẽ: ac ut se sequerẽt cõcionantẽ/ exercitus neglexit: ideo ad occeanũ uidendũ cohortes deduxit: Phalanges tantarũ nationũ cõsternatrices ad ulteriores Indos: ut ad uinctos Elephantibus refertos ducem sequi exhoruerunt. Traianus ꝙo ad extremos Indiæ limites classe in mari rubro (quę Indos turbaret) cõstituta progressus est. Qui genere hispanus a Nerua effetæ senectutis uiro reipublicæ ut cõferret: in filiũ adoptatus gloria rei militaris urbanitate/moderatione exactis principibus par: aut superior fines imperij longe lateq; mirabili strenuitate dilatauit: in iusticia æqualis ægrotos amicos solitus est salutare. In conuiuijs/solennitatibus & festis inuitatus adeo fuit comis: ut tãta benignitas in tali inuictissimo principe emergẽte puerbio solita sit exprobari. Propicius Impator tã hilariter erga priuatos debet cõsuescere/ q̃les faciles priuatos optat habere. Honores/diuitias/præmia benemerentibus æque distribuens nulla tyrannide erarium suum studuit locupletari. Inopibus ciuitatibus cõtinuo misertus flumina ad tranandũ ac itinera peregrinantibus fatalia composuit. Hac sublimi gloria Princeps sydereus in Seleucia hisauriæ uiscerum lassitudine languens expirauit.

Traiani probitas

Semiramis Alexãder

EPISTOLA TERTIA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Carolo bagnacauallo Comiti & armorũ Præsidi fœlicitatem.

Diuus Lodouicus

Fr̃aciscus Sfortia

Alexãder

Traianj excellentiã (una pensantes multos cõferre) & diui Lodouici Sfortiæ laudes qui delatores ejecit: nec ullum sibi adulari pmittit: patrẽ eius adiungendo relinquimus. Diuum Lodouicũ nostri Imperij dictatorẽ morũ elegantia/humanitate/maiestate/religione/ æquitate/ rerũ præuidentia/ pace/& armis circũspectũ: quietis/fœlicitatis datorẽ: cũ inter nationes ad amorẽ/ad odiũ tam crebro uacillantes annumerari laudari/nostris annalibus euehemus. Belliger Franciscus templorũ Iani ędituus a Thracia Martẽ accitũ inter thracas eundẽ: tanta erat uiri expectatio: & inter nationes uirtutis auctoritas relegabat. In pace blandus pœtas: Apollinẽ musas a fontibus sacris deducens inter mortales (ut deus) honoratus instar Traiani populos moderamine donis/beneficijs/humanitate/pietate sibi semper astrinxit: strenuitate/magnanimitate/liberalitate Alexandro solitus præponi: q̃uis anteq̃ rates in Persas solueret/diuitias regias amicis fuerit ipartitus. Qui busam em̃ opida/agros/uillas alijs/alijs prouentus/portoria/uectigalia largitus est. Alexander regijs opibus hac magnanimitate cõsumptis quid tibi supereſt: Perdicas ait: cui eueſtigio Alexander spes mihi supereſt/respondit. Hoc pacto cunctis æquus Franciscus amicis/ aduenis/hospitibus ære alieno pressis cõdonans: spe/magnanimitate/munificentia solitus erat ali. Alexander imperiũ extendendo sic liberalitatẽ liberalius prorogauit: cũ illi omnis alacritas i dando esset: nec maius illi q gẽtib⁹ gratificari studẽt/habere possunt. Cui Olimpias mr̃ miserta sic scripsit: In presentia uniuersos tibi pares Regis efficis: ut amicitias compares teipsum regno: teipsum opibus destitutũ reddis. Ita diuus Franciscus iusticia diuina/ humanitate/clæmẽtia polens/gloria cõtentus/bello inuictus: & fortuna Cyro beatior nihil sibi reseruauit: cum ciues/populi/pedites/cõmilitones/spectati duces illius opibus gratiusq̃ suis uterent. Nero ampli Imperij fortunis: in quinationibus cõsumptis ad iniusticiam: ad rapinas cõuersus orbem exesum temerarius absorbuit. Franciscj excellentia ærario exhausto nulli fuit uiolenta: sed ipse ut numẽ propicius populorũ fœlicitates ad summũ auxit: un

Anesilaus Sicilię rex

desine metu ciuilis belli (ut Anesilaus) potuit mori. Anesilaus siculoꝝ præses: cum eo nihil moderatius excogitari posset: ingenia iniurijs lacessita cõponẽs odijs cumulo beneficiorũ obliteratis corda populorũ exactorũ regũ turpitudinẽ ac impietatẽ extinguendo: sic ad sua uota traxit: ut sine metu decedens puerulorũ suorũ spectatę fidei Metalo seruo tutelam cõmiserit. Subditorum ꝙo tantus effulxit amor / ut principes superbi maiestate sui imperij neglecta potius seruo parere/q̃ tanti regis filios uoluerint deserere. Diuus Franciscus se a cunctis suis meritis diligi gnarus more Philippi Alexandri patris maledico miserti donis non

Philippus

supplicijs uoluit ciuiũ amorẽ assequi. Suadentibus em̃ Philippo amicis bonũ: & pium esse maledicũ cædi atq; magis cruce affigi: illũ minime mulctandũ affirmauit: cum illi plures essent inimici/sed calliditate occulti: de quibus erat cauendũ. Hunc cõuiciatorẽ nõ mentis cõpotem quale uirus dissemineť: & quæ tela gerat/omnibus ut caueant ostendere atq; inficiatorem quærere. Tum delyrũ illũ ample donauit. Qui mutato sermone antea improbatũ regem per fora numinibus equabat. Illum immutasse sententiã Philippus audiens ait: iusticia & bonitate bonis: at stolidis auro posse gratificari/nobis superi cõcedunt. Carole hos reges benigni syderis optimos esse alumnos: alios ꝙo cęde madentes a nemoribus Indię credimus eductos. In India maiori ita siluestres homines ut equi/boues/ canes/ pecudes nasci dicunt. Animalia In septentrione & in parte opposita meridiei homines turpiũ facierũ alios comedẽtes oriuntur. Præmissa monstra tamẽ animalia magis q̃ homines ratione expertia dicunt. Homo est Anthropos animal mansuetũ/ciuile ratione utens: cũ quo boues/equi/canes a natura mansueti degunt. pophagi Hæc leuiter domant: cũ equi/catti/canes in diuersorijs nobiscum nascant. Leones grauiter Hõ quid domari leporem: & inter aues bubonem raro mansuefieri experimur: hyrundinem & murem: q̃uis opposita sint uisa/addunt nonnulli.

SEXTA SVB ELIO ADRIANO CHRISTIANORVM SOPITA PERSECVTIO CAP. IIII

Adrianus

a Drianus cõsobrinę Traiani filius ad Imperij succession̄ adoptatus Christianos maleficos esse ratus circa coronationis initia Euaristũ pontificẽ: & illi adhærẽtes martyrio excruciauit. Deinde pietatem/religionẽ colere: uera obseruare: scelera autẽ detestari christianos agnoscẽs edicto Traiani offensus: cũ per hyemẽ Athenis morareť: quadrati Aristidis philosophi de sinceritate/ pietate/ integritate christianorũ libellos edictos miseratus legit: quib⁹ & alijs rationibus mollitus Minutio fundano in Asia procõsuli neminẽ christianũ occidendum: nisi prius de accusatione crimineq; liqueret/scripsit. Populus romanus ingentibus beneficijs auctus uxorẽ eius Augustã: Adrianũ ꝙo patrem patriæ eruditũ Bibliothecis legibus: sapientũ comertijs oblectatũ nuncupauit. Athenensibus donis nõ ingratus Cœsili fluminis aluuione exesa refabricauit. Romæ pontẽ/ sepulchrumq; sui nominis quod adhuc arduũ extat/cõstruxit: structuraq; iuxta Tyberim est quondã sepulchrũ Adriani dicta: qua summi pontifices modo ꝑarce utunt̄. Ad sequestrandos in Britannia barbaros muro deducto: ac iudæis ultimo supplicio affectis: ne qs Iudæus Hierosolymã ingredereť prohibens: eam christianis traditã: & edificijs restauratam Eliam denomine suo appellauit. Adrianus liberalibus disciplinis eruditus: inter æquos Imperatores summus: liberalis: splendidus: magnificus & adeo clæmens: ꝙ stultũ in se gladio concitatum a medicis curandũ præcæperit: ægros bis terue in die mira comitate solitus est consolari. Alexandriæ a romanis euersæ: & Pantheonis Romę sublimibus edificijs instauratis post secundum & uigesimum Imperij annum morbo intercutaneo expirauit.

EPISTOLA QVARTA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Riçardo cusano iuris aurato interpreti fœlicitatem.

Mice Traiani atq; Adriani annales ab aliquo auctore tibi optas amborum præ-

a stantia: cũ nihil sit regalius illectus componi: ac Traiano ꝙ sibi tam egregiũ succesſorem statuerit: necnõ & cæteris illũ imitantibus scribis debere. Horũ principum historiæ eorũ magnanimitate cõtemplata: & si tenues sterilesq; sint: tamen extant si qui nunc ardeliones illas inter priscas sane habendas iterũ ederentur: circa huius-

modi temptamina ariolantibus nõ esset exacta fides. Imperatoribus castigatos hæredes sibi inscribentibus: cũ nobis uiros nõ autẽ monstra nõ furias cõdonẽt recte scribis obligari. Vobis ergo hæredes nõ degenerare: sed iustitiæ: pietati: munificentiæ: splendori: magis q̃ fortunis succedere cura sit: ut Riçardo censori integerrimo: & grauibus elatiq; animi uiris: Heres ac superis uirtute & generositate morũq; excellentia gratificari queatis. Heres quẽ præuiũ in sanctitate habuerit/docte in tanta mole maturet: ut errata emendando in bono: & laude eos studeat superare: cũ his rectas leges/humanitatẽ/beneficia/largitiones augeat: tyrannides mala documenta/factiones/stupra/rapinas/odia extingui: uectigalia metas excedentia cõsulo leniri: ut hominẽ homini/& deũ deo: nõ prodigiũ numini successisse dicamus. Riçar de respublicas ubi est multitudo principũ: semp mala/cædes/exilia/& perpetuo ciuilia bella uexant: nihil est beatius/q̃ æquo & experto principi fauere: sicut nihil est calamitosius/q̃ iniquo subesse. Exemplis e quibus aliquã uliginẽ attingamus: ut in stupore dentium in hac Dentium stupor descriptione qui quibusdam medelis leuiter auferẽ/agamus. Dentiũ stupor portulaca/salep nucibus/auelana/amigdolis/bacchis lauri/olea/masticatione ceræ & iure calido: ut etiã æstui labores ac anxietates: balneis: at hyemales unctionibus remouenẽ. Nos quoq; per Micerinum Aegypti regem: & Numam romanũ dictatorẽ instituta religione: pietate: æquitate agenda docentes uirtutẽ augere: peccata imminuere intendimus. Regnũ ęgypti multis añ Cheopes malus sæculis bonitate principũ fœlicissimũ ad Cheopem oñi labe infamẽ deuenit. Cheopes fla Pyramides quid sint gitiosus rex templa (ne Aegyptij sacrificarent) ut populos suis operibus obnoxios teneret/ clausit. Vltra decẽ annos in cõdendo sibi Pyramidẽ gentẽ alternis attriuit. Pyramides ostẽtationis gratia in acutũ protensæ regũ sepulchra erãt: & si nullus princeps a plębe ꝓpter scelera discerptus in ea molle infossus sit. Cheopes structurarũ inops ærario inanito filiã instituta mercede iussit meretricari. Nata a cõpressoribus pręter questum paterna lege impositũ Chebrones tantũ exegit: ut & ipsa i sui memoriã Pyramidẽ cõdidit. Cheope defuncto Chebrones frater in templa/in sacerdotes & cultũ deorũ tanta scelera cõmisit: ꝙ eos reges fuisse Aegyptij Micerinꝰ optimus nominare abhorrerent. Micerinus Cleopis filius homo sanctus his duobus extinctis imperex rauit. Hic splendidus in cunctis: & dijs gratus acta atq; errata superiorũ detestatus omne facinus aboleuit: tum templa recludi: cœlestibus sacrificari: sacerdotes uenerari: labores/ uectigalia/exactiones imminui mandauit. Qui iustus in clæmẽtia: largus: modo donans cautiones: ac debita remittens: erumnas in gaudiũ: & opulentias cõuertens: an longæuus uiuret percuntatus est: huic nisi ad septimũ usq; annũ uitã supersse oracula prædixere. Patrẽ & patruũ hominũ: prouinciarũ: templorũq; & superũ cõtemptores tanto tempore uixisse: seipsum autẽ omniũ bonorũ auctorẽ tam cito expiraturũ oraculis obiecit. Per centũ eñ & quinquaginta annos Aegyptũ fato sine respiratione debere affligi: patrẽ & patruũ satisNuma cisse fatis ipsum sortibus tergiuersantẽ omnino morituũ reiterarũt. Numa Romulo tyrannidis principi ciuium prece numinũ ausꝑicio flexus successit belli: & rapinarũ auiditatẽ in cultũ deorũ cõuertens: quæq; sordide deprauata: sanctitate: iusticia: religione expurgauit. Romulus Romulus robustus arrogans præliorũ funestatione: Numa religione: æquitate Romam ditarunt. Nullis Romulus uolens nisi plębeis amicari a patribus est calidissima coniuratione occisus. Occisum (ne plębs ulciscereẽ) turbine raptũ: atq; inter deos relatũ subornato teste Numę instituta cõmenti sunt. Numa efferati Imperij successor comitate: ocio: pace: religione: consilio: sanctionibus exesa cõsolidauit. Ideo nulli iniurius intus foriscq; ab hoste: & ciue tutus insidiarq; immunis nulla cohorte nullo satellite stipatus quoad uixit: sacrificijs intentus Romam Italiamq; almis institutis exornauit: cũ in religione pontifices: magistratus: uestales diuinum Fæciales ignẽ perpetuo seruãtes: salios: fæciales: & alios ritus cõstituisset. Fæciales auctoritate sumsacerdotes mi tumultuantes: ne quid iniuste attemptarẽt/progressi amicitias nõ cõfundi: deos in ultionem accitos uenerari: ablata restituenda rogabant. Si cõtumaces erant: inexorabiles in patriam reuersi Romanos limites tangentes dira imprecatione deuouebant. Nullus magistratus aut Imperator pro iniurijs arma in externos fæcialibus abnuentibus intulisset. Riçarde exempla saluti cõferẽtia: & (ni fallor) frustra apud indispositos narrauimus: mihi ut odoriOdorabilia ubi uigent bus qui nõ ubiq; uigent/profecto continget. Odorabilia circa septentrionẽ e gelu: & meridiem intenso æstu nõ æque ut temperatis locis essumant. In Aquilone cũ nimis sit de humido aquoso: & calor ibi digerẽs deficiat: redditur omne uegetatiuũ: indigestũ: & a superfluo humido suffocatũ. Neq; oportet ut omnino odorabile sit in locis meridiei humido priuatũ.

Ibidem uapor qui est odoris materia nõ est saporosum. Vnde in talibus humidum sufficiẽs esse debet: & calidum dominans ut de oriente liquet. Odora caliditate cõtemperata causaẽ ibi omnia cõmensurate calida delectabiliter odorifera uidemus: quia odor in quadam effumatione existit. Calidum quia leue est: sursum petens est quod effumat. Et ideo iuuenes flores cõtractantes aduertant: quia quotiens terreste subtili permiscetur odor amittitur: quod in floribus cõfricatis nihil olentibus patet. Nam tunc crassum subtili permiscetur: & odor dissoluitur fetorem acquirẽs. Illi qui in natiuitate Saturnũ aut Martem cœli infortunia fortes habuerunt: rebus insipidis: horribilibus amari: fetidiq; saporis gaudent. Temporibus meis Papiæ quidã erat meretricũ obscena lingens: & de talibus martialis petulantius euagaẽ. Cõmentator ait: ꝙ cũ qdã cũ bñ olẽtibus mulieribꝰ esset effœminatus: cũ fetidis gaudebat meretricari. Nouí ego nõnullos miro affectu in scabras & rugosas uetulas exarsisse. Natiuitas Saturni

SEPTIMA SVB MARCO ANTONIO ET LVCIO AVRELIO CHRISTIANORVM SOPITA PERSECVTIO CAP. V

Arco Antonio Philosopho imperante pijssimi Antonij successoris benignitate principum in Christianos persecutio: cum ministris sacrorũ (ne respublica caderet) instarent: minus cruenta fuit. Hi ne quicq̃ detrimenti respublica sumeret: ministris sacrorum inficiantibus habenas sęuiendi prudentius remisere. Antonius pius nihil ambitiosus potius imperiũ defendere/q̃ populos funestare Scipionis auctoritate uoluit. Scipio & principes æqui se male unum ciuem seruare: q̃ mille hostes perire dixerũt. Scipio Domicianus imperator ab istis alienus multitudinẽ formidans: exercitũ cedendũ hostibus Domitiasæpe obiecit: ut cum raro milite reuersus insolentius mœchari atq; insanire posset. Pij Antonus tonini iusticia adeo reges freti sunt: ut depositis armis illiꝰ arbitrio lites sedarẽt: cũ publice Pius Anaut priuatim in exigendis tributis neminẽ exacerbaret: & sępe incensis cautionibus debita toninus remitteret. Pater Pius Antoninus patriæ est nuncupatus: præter religionẽ/pietatẽ/ gratiã/ humanitatẽ: ædificia quoq; Romæ publica & priuata quouis casu euulsa suis impensis refecit. Marcus Antonius philosophus huic succedens Luceio Aurelio Imperij ditionem est Marcus impartitus: Lucius procellis Christianorum gestiens crassari apoplesiæ morbo intabuit: & Antonius Antonius solus imperans ab infantia per omnes ætates ad extremũ uitæ in quacunq; fortuna eundem uultũ & animi uigorẽ seruauit. Ipse inter philosophos habitus summus: cũ sententiam hanc crebro dictitaret: tunc ciuitates regnaq; florerent: quando philosophi imperarent: aut qui pręsunt/philosophari uellent. Magistros quos audiuerat ueneratus Frontonis præceptoris sui statuam honoris gratia in senatu statuit: cũ etiã in bellis philosophiæ rudimenta nusq̃ remitteret. Ad germanos Marcomanos/squados/sarmatas fœlicissime deuictos exhausto ęrario iturus impatoriã suppellectilẽ: & uxoris ornatũ in foro Traiani hastæ subiecit: cũ militibus aliter satisfacere non posset: leges sæueras moderatus nomen dei adeo cõsecutus est: ut ille in urbe sacrilegus cẽsereẽ: q eius imaginẽ domi inhonoratã haberet.

EPISTOLA QVINTA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Iasoni mayno iuris aurato interpreti fœlicitatẽ.

Triq; Antonio quæ complexio fuerit/sciscitaris: & an temperatissima reperiaẽ
u australibus borealibus interseritis respondeo. In regionibus temperatæ calidis ui Cõplexiouentes temperatiores/sapientioresq; esse debent/q̃ in gelidis: & in extraneis locis ortis qui non boni sensus aut cõplexionis sunt. Primi & secundi clymatis excedentem caliditatem: ingenij exilitatem: ac siluestres mores præstantẽ nõ laudamus: quia loca temperate calida habitantes: in potibus cibisq; cõtinentes in suis actibus cõmensurati sapientes/prudentes/præsentia rite disponẽtes: præteritorũ recordatione futura pręuidentes redduntur: nec temerarij/feroces de se cõfidentes sunt. Ex loci caliditate naturalis calor exalat: ideo spiritus in feruore accuuntur: idcirco timidi exitum rerum indagantes astuti/sapientes longæui: & inuentores scientiarũ efficiuntur: & tales sunt Asiani fere omnes. Frigidarum plagarum incolæ ut septentrionales: & remotius sub polo habitãtes: quo ad mores Asiani Septentrionales modica ratione utentes siluestres dicimus. Remotius degentes facies brutales & turpes habent: ac (ut quidam aiunt) homines comedunt. In fine septentrionis & meridiei spiritus ma nes gentiũ

Homines frígidarũ regionũ

lignos/beſtiaſq; adeuntibus perniciosas ſcriptum eſt inueniri. In oris gelidis conſiſtentes a frigiditate cõtinentis aeris qua uirtutẽ unit: & ad extra calorem naturalem exalare nõ permittit: ideo interius calidi magna digerunt. Tales e multa digeſtionis fumoſitate ad caput aſcendente: quo ad rationis perturbationem ebrijs uel pueris æquamus. Ipſi ſic impediti ratione qua homo differt a brutis/non utuntur. Q̃uis breuis uitæ ſint: tamen uiriles audaces de ſeipſis cõfidentes robore cunctos ſuperare arbitrantes. Quomodo indigeant/quę diſcrimina immineant: nõ ſoliti ratiocinari: & cũ meditatio ſit clauis uirtutũ/nõ admirantẽ: de cõtingentibus nõ meditantes temeritate pollent. Marcus Antonius uir temperatus ſub quinto clymate ortus a ſeptimi aut primi clymatis barbarie immunis ĩmo philoſophus/ priſcos

Aegyptij reges

reges Aegypti Perſarũq; eſt imitatus. Aegyptij reges a ſacerdotibus eruditi: a ſcurris uel adulatoribus ſtuduere nõ inquinari: ſane recordati q̃ apud Aegyptios quando ritus funeris cõponuntur/de præteritis reatibus cadauera accuſari. Mos fuit ægyptijs defunctos reges & inferiorũ cadauera tunc cũ deberent/ante tumulationẽ a ſacerdotibus laudari: accuſare: & malos Preſides ex capulis euulſos fruſtatim laniare: ideo hunc horribilem euentum

Perſarũ reges

reges formidantes uirtuti magis q̃ uitio inhærebant. In regnũ Perſarũ niſi magus quondã poterat admitti. Magi ſacerdotio morũ maieſtate uenerabiles: iuris/augurij interpretes/ac placatione deorum/uotis hominũ pro noxis ſatiſfacientes: placatis dijs philoſophantes: ritus orbis: patrię leges: gentium mores: generationes rerum: prodigijs: ac pernicięi futuræ:

Perſæ

qua prouidentia obuiari poſſet/edocentes: de iuſticia/pietate/humanitate/ æquitate ſemper diſſerebant. Perſæ e tantis uirtutibus regem adorant quẽ nunq̃ proderent: nec niſi fato illũ permutarent. Xerxes a græcis nauali bello ſuperatus in Aſiam trajciens a tenui cimba uerſus demergi ait: Viri Perſę animã regis uobis comendo: heroes adorato rege in mari moriturí proſiliere. Pueros a cœtu fœminarum quinquennio abductos equitare: ſagittare: nõ mentiri: deos uenerari: iuſticiã & regem colere/Perſæ docent. Orientales ratione præmiſſa

Hirodes Artuaſdes

etſi timidi imbelleſq; ſint/egregie tamẽ facundia pollent. Craſſi caput ad Hirodẽ Parthorũ regem in nuptijs Pacori filij cũ Artuaſde armeniorũ rege conuiuantẽ allatũ eſt. Hirodes in græcis litteris Artuaſdi tragediarũ ſcriptori nihil in elegantia conceſſit. Artuaſdes Armeniæ princeps tragedias/orationes/hiſtorias: quę adhuc forte extant/cõpoſuit. Hi reges epu

Agrippa

lis functi capiti obuoluto illudentes tragediam Euripidis de furijs Agaues recitari manda runt. Agrippæ regis iudæi oratio ad Hieroſolymitanos ne ab Imperio romano deſciſcerẽt/ ſi enucleetur tullianis ſane ut aurum ferro preſtare uidebitur. Quorundã eloquentiã minime approbamus: quã cymbalo thympanoq; ſimillimã: cum ſit teſta uento referta: nuclei & amœnitatis expers/garrulitate appello. Agrippæ contio e totius orbis hiſtorijs uda argu

Ioſephus

to ſermone hebræos ne deficerent/ demulxit. Hieroſolymitani luculentia orationis mollíti tributum perſoluere: & Agrippę monitis inhęrere adnixi a perpetuis factionibus & a fatis prohibiti interiere. Ioſephus hiſtoricus & armis expertus: Iudæorũ imperator: calidarũ regionum ſapientia quanta ſit/ſuis codicibus ſignificat. Titi mandato Hieroſolymitanos ad deditionem hortatus annales ſuæ gentis miraculaq; ab origine mundi ut illos flecteret/ repente exciuit. Sed nõ tam enixe Aſianos tertij quartiue clymatis populos laudemꝰ: ut quín

Fœminæ romanæ

ti clymatis fœminas romanas illaudatas prætereamus. Illæ priſcę uiragines græcis latiniſq; litteris imbutæ: hiſtorias/orbis ſitus/mathematicas artes tenebant. Iuuenalis ſatyrus eximius/fœminas romanas doctas fuiſſe docet. Ego ẏo illas tm̃ cum deis probitate cõmunicaſſe miror: quam admirationem multæ ſed imprimis filia Hortenſij: quę ante triumuiros de reformatione reipublicæ concionata eſt/auget.

FIDEI CHRISTIANAE AVGMENTVM CAP. VI

f Ides chriſtiana in naufragijs exeſa Comodi tempore: q̃uis ipſe flagitioſus ac incomodus diceretur reſpirauit. Comodus germanicũ bellum aggreſſus oratione chriſtianorũ ſe fortunatum fuiſſe ad ſenatum ſcribens faſſus eſt. Expeditio enim aquari prohibita cum ſiti deficeret/ chriſtianorum genuflexione imbres habuit.

Imbres ex oratione chriſtianorum

Comodus ſegnis/ſordidus/impos animi/inquinamentis deditus/ immanis Chriſtianos miraculis potẽtes dilexit. Ipſe nulla uirtute memorabilis Imperij maieſtate reiecta Neronis inſaniam imitatus gladiatoris armis ſe in Amphytheatro feris obijciẽs pugnauit. Senatores Primateſq; eorũ uirtute territus plures ſuſtulit. Tpibus ſuis fulmen capitolij: Bibliothecã refertã cũ ædibus adiacẽtibus aduſit. Aliud incendiũ inde ortũ: q̃ urbis pars & templa ſolo

æquata ſunt propter Comodi delicta eueniſſe plebs effrenis per tabernas: & compita acſtra exprobrauit. Comodus in domo ueſtalium ſtrangulatus generis humani hoſtis iudicatus eſt. Romæ palam multis proceribus cũ proximis: & cõiugibus ſe baptizantibus nomẽ Chriſtianũ ubiq; in ſublime euectũ eſt. Nam eo tempore Lucius Rex Britãniæ a Leuterio Pontifice p caduceatores cũ tota inſula baptizari: quod factũ eſt popoſcit.

Lucius Britãniæ Rex

EPISTOLA SEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Petro Craſſo aurato interpreti/ fœlicitatem.

Etre ſordida Comodi: & inquinatorũ hominũ geſta percurrens: ut ignorantes: quí

p legunt/ſomno uideor implicari: ſed tamẽ medullã lectionis rite haurientes ad uigilias magis excitantur. Hij em̃ librorũ apprehenſione rudes illico triſtãtur: ideo a calore ad intra ſe trudente infrigidati ocius quieſcunt. Concinne uero intelligentibus euenit: ut lectione oblectentur: ideo calido corroborato intellectus uigoratur: & ob id eruditi legẽtes uigilant: quí talibus continuo caliditas adminiculatur. Plebei fulmina/ terremotus/ templorũ incendia/ruinas urbis e Comodi delictis accidiſſe rati: tanq̃ ſi ſic fas eſſet ulciſci: cõplodentes/ſubplodẽteſq; acclamauere. Herodes rex Hieroſolymitanus taliũ ingenia/& infamiã ueritus: ut cõſcius populi cordis archana teneret: noctu mutata ueſte per angiportus & uicos querulus conuicia regis recenſendo ſolitus eſt uagari. Duces ne inſtar Comodi infames humani generis hoſtes acclamentur: Aegyptioꝝ duas leges obſeruent: quarum una quomodo nationes uiuerent ſingulis annis rationẽ exigi Amaſi auctore præcipit. Amaſis a principe ſuo deficiens Aegypto imperauit: qũi e ſordida familia plebeius in initio regni infirmus contemptui ſuo ſic occurrit. Peluim aureã uentrẽ: & pedes regũ ſolitam expurgare in idolum honoratũ conflauit. quod cũ in edito loco expoſitũ eſſet: a cunctis adoraretur: cõcionari Amaſis cœpit. Peluis ſtercore: & regũ iluuie ante ab hominabilis imaginẽ nacta ſicut cernitis ueneratur/me quoq; degenerem quondam & plebeiũ maieſtate regali in altiſſimũ culmen tranſmutatum colere: & obſeruare debetis: quia ſic imperij decus & ordo expoſcunt: & uoſmet ſic honorabitis. Hæc & plura prudenter affatus: ſibi Aegyptios magis conciliare cupiens: ut populis quomodo uiuerent prouinciarũ præſides: quotãnis rationes redderentur/ac ſi qui in cenſura deficerent: morte plecterentur: ſanciuit. Solon legifer apud

Solon Cenſores Romani

Athenienſes hanc ſententiã iuſſit eſſe ratam, Romani morũ/ac militiæ cenſores ad idẽ ſæueriſſimos habuere: & priſci Catonis tempore/multum ualuit cenſoꝝ animaduerſio. Cato antiquus curiã maculis expiauit: & Lucíũ conſularis dignitatis uirum Titi Flaminij fratrẽ e ſenatorio loco ignominioſe mouit. Lucius Flaminius: cum meretrix: uel (ut quidã uolũt) cinedus: cuius amore tenebatur: in conuiuio: quomodo lictores reos interficerent ſe intueri optare dixiſſet: e dãatis unũ adduci iuſſum in conſpectu ſcorti necari iuſſit. Cato poſtea cenſor Lucium a ſenatu tali leuitate exauctorauit. Manilium uirum clariſſimum conſularem: quoniam aſtante filia matrem diſſuauiaſſet: a ſenatu quoq; abdicauit. Militiæ cenſores ſegnes equites non parcius poterant mulctare. Milites emeritæ militiæ ab imperatore ſuo: ut eos a iuramento abſoluerent: petebant: ut ſic præconia recenſentes dona/ laudes/ immunitates/ iura militaria a cenſoribus militiæ conſequerentur. Equeſtres ubi per legitimũ tempus militauerant: per mediũ forum equum manu ducentes imperatores ſuos: geſtaq; narrantes laudati/ donati/ aut infames/inopes ab his mulctati remeabant. Pompeius

Militæ cẽſores

Põpeius

totiens hoſtiũ uictor amotis lictoribus cum inſignibus ſui magiſtratus equũ manu ducens omniũ lætitia cẽſores ſalutauit: ad quem ſenior ait: interrogo te Pompei magne: ſi militias omnes iuxta diſciplinam militarem abſoluiſti.: Pompeius magna uoce omnes iuxta diſciplinam militarẽ ſub meipſo imperatore abſolutæ ſunt reſpondit. Primæ legi ſumotenus ſatiſſecimus: aliã legem de corporibus ſubijciamus. Q uibuſdam ritibus in funeſtatione expletis cadauera anteq̃ conderẽtur: illatis probris poterãt accuſari: & in cõtumeliam filioꝝ creditoribus dari. Comprobatis obiectis defunctũ ſepulchro indignũ ad ſtercora/ad rudera ejciendum iudices: quod erat exprobratio dira: poterat conteſtari. Domos decoras/ac amplas: quia hominum uita breuis eſt: neglexere Aegyptij: cum corpora diu in ſepulchris

Lex de cadaueri

quieſcerent: ea mirabili artificio: quod buſta: & pyramidũ ſtructura ſignificat: compoſuere. Q̃uis regibus ſuis: perinde ac ſi numina forent inclinarentur: nec niſi nutu dei eos tantum imperium aſſecutos exiſtimarent: quos rebus geſtis diuinæ naturæ participes arbitrabantur. Attamen ſi rex fuiſſet delirus: cũ a ſacerdotibus libelli laudũ ſuarũ legerentẽ: plebs

falsis laudibus reclamans: insurgendo regẽ frustatim discerptũ hinc inde spargebat. Petre his pusillibus exemplis esto contentus: ut Dœdalus euolare nõ doctus: instar musicæ apud amicos his breuibus utor. Musica/ quæ non omnia potest excitat animas/ mouet affectus/ silueſtres animos/ & furiam in mansuetudinem uersam placat. Exercitus etiã lassati in melodia erecti: & si exigua sit: laboriosius persistunt. Musica ergo amænitatem naturalẽ habet: cuius usus omnibus ætatibus & moribus est amicus. Nutrices etiam cantu infantibus somnũ inducunt: & mãmæ ori admotæ: necnon & motus in pueris idẽ operatur.

Musicæ effectus

OCTAVA FIDEI CHRISTIANAE SVB SAEVERO PERSECVTIO. CAP. VII.

f Aeuerus pertinax semper auarus sacrificulis: & delatoribus credulus: cũ Christia nos excruciari permitteret socioꝝ defectione/ ac prælijs emergentibus nusq̃ tute respirauit. Ex opido Lepti ortus antea fisci procurator inde militũ tribunus p illustres magistratus ascendens calide imperio est potitus. Christianos fastidiens: & deo ultore bello undiq; lacessitus se laboriose dominari palã est conquestus. Nullo bello ꝝ põdere pressus philosophari destitit: philosophis septus contra Parthos/ Arabes/ & hostes cõflixit & urbem: si quãdoq; quieuit edificijs ornauit. Cum Syria & Galliæ in eũ conspirassent; in Britanniã proficiscens mentis languore tabuit.

EPISTOLA SEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ardicino portæ Iuris aurato interpreti Alerien si episcopo fœlicitatem.

m Arcũ Antonij principẽ Romanũ: q; ciuitates bene se haberẽt: si a philosophis: aut ab his/ qui philosophãtur/ regerentur/ dicentẽ laudamus. Sed fabellã hanc propter Sæueri imanitatẽ desinamus approbare. Sæuerus in prælijs etiã philosophari solitus auaricia: crudelitatẽ: malis animi passiones nusq̃ omisit. Tyberiũ facundũ: Calligulã adeo crudiũ. ut Tullij garulũ: Virgilij rudem assereret Neronem græcis/ latinisq; litteris imbutũ. Tullij/ ac cæteros in scientia celeberrimus nulla magistratuũ reuerentia imutatos comperio. Non omnino a Philosophia: sed ab ipsa radice natiuitatis: & a cœli benignitate pietatem/ æquitatẽ/ mores pudicos/ cultus deoꝝ/ & animæ beatitudines assequimur. Noui multos in philosophia elatoꝝ spirituũ una mecũ conuiuari solitos cũ a me: tũ ab amicis interseria modestius admonitos nunq̃ auaritiam uel salaces appetitus oblitterasse. Tullius Cæsare defũcto alijs maturius futura dimetiẽtibus Antonij: & illius sequaces ab urbe expellendo rempublicã perturbauit. A philosophia: ab amicis caueret: admonitus nõ destitit donec a fortuna: a proximis neglectus in triumuiratu ab Antonio proscriptus/ ac ide cesus suæ temeritatis pœnas luit. Demosthenes ante q̃ttidianã in specu subterraneãq; exercitatiõ timidus/ rudis/ ĩexpertus a populo ꝓpter cõfusum sermonẽ cõtemptus fuit: uerũ postea elimatus ex tempore nunq̃ ob id strepẽte populo dicere est ausus. A Mimo circa motus: & pronũciationẽ ac epilogationẽ rite dispositus oẽs oratores p̃ter Demadẽ superauit. Sua ingenij agresti ĩ ciuilitate carcere: & exilio q̃nq; mulctatus cõiuratiões: factionesq; in Philippũ & in Alexandrũ minime oblitus est: quibus extinctus a successoribus Macedonibus in tẽplo Neptuni compræhensus semetipsum ueneno confecit. Plato quẽ sæpe rhetores philosophis præponunt: Athenien se gymnasiũ relinquens Dionysioꝝ tyrannidis se dissuasorẽ cõmentans: ut eos proderet: assidue in Scycilia traiecit. Ab utroq; tyranno comiter bis admissus: cum in hospites coniurare tentaret: uictus/ ac externis uenditus: ut seruus: ne ex lege insulanoꝝ necaretur: ægre euasit. Defuncto Dionysio patre in Scycilam reuersus filio Dionysio conciliatus est: in quẽ cum iterum cõspiraret: in carcere est strangulari iussus. Et totiens mulctatus uix amicorũ precibus a cauea exemptus in patriam remeauit. Aristoteles omniũ philosophorũ præconio summus discipulum: ut traditur ueneno peremit: cuius elegans ingenium a capari fructice apprime fuit dissimile. Caparis frutex agrestis non indiget: ut adolescat cultu: cuius semina in pingui: & effosso sato raro nascuntur: & radices transportate in benigna tellure deficiunt. Illius sublimis scientia ita stolidorũ ingenia uexit sicut cœpe cum humidum/ uaporosum/ calidum subtile mordicatiuum/ atq; uiscosum habeat: illud in aere dimittit: oculos in contactu cogit illachrymare. Aristoteles quinquennio Alexandri præceptor: cum simultates contraxisset Calistenem sibi proximum

Tullius

Demosthenes.

Plato

Aristoteles

Caparis

Cœpe

Alexandrum ad externos uoluit comitari. Calistenes Persas reges suos adorantes irridens/ ac in principem coniurasse conuictus abscisso naso: & auribus mentotenus est infossus: quem per litteras de proditione cũ Aristotele cõmunicasse ferunt. Alexander Græcię primatibus: philosophisq; ab oriente: ingentia munera solitus elargiri: præceptorẽ suũ de se: deoq; dijs male sentientem: quasi illi minaretur prætermisit: ideo ueneno ab Aristotele nacto expirasse: annales quorundam aiunt. Antipater Grætię præfectus cum Olympiade solitus quandoq; iniurijs altercari: in societatẽ militiæ accitus: necari isto uelamine expauit. Parmenionẽ/ principes/ præsides/ amicos in spectaculis conquerentiũ cæsos gnarus. Ideo Aristotelis consilio: Casandro & Iole filijs poculũ Regi administrantibus uenena Babyloniam transmisit. Philosophis antiquis nunc reiectis nostrorũ temporꝝ affectus & deliramenta paululum tangamus. Oratores/ Poetas/ Iuris peritos/ Medicos/ Theologos/ Mathematicos/ Virgines uestales/ Sacerdotes/ Pontifices/ cũ agit̃ de imperio/ de auro/ magistratu philosophari nõ reminiscuntur: sic testor deos obseruaui. Hi tamen quandoq; hypocrisi & simulatione uelati delicta minoꝝ rigidissime arguũt: & maiestate quadã sua errata Phalaridem imitantes occultare callent: sed auariciam/ ambitũ/ & alterius fœlicitatis inuidiam extinguere nesciũt. Phalaris siculus tyrannus fuit ĩmanis: disertus tamen: qui epistolas domini ingenium/ & mores cõmendantes composuit. Si quis garulitati credulus illas tã scitis rationibus fultas legeret: Phalaridem se uerbis tegentem æquissimũ censeret. Philosophi glorioſius: quã alij (fateor) imperarent/ si rationũ/ si iusticiã colendo se auariciam/ factiones odia/ & alterius fœlicitatis liuorem protinus abdicare possent. Ineffrenis alieni auiditas sic populos infecit: ut opes etiam scelere cõquisitas hominibus/ proximis/ deisq; præferamus. Marci Curij/ & Fabricij continentia/ bonos philosophari allicit. Cum Samnites atriti: belloq; impares Curio rapas in fictilibus elisare comperto per legatos aurum offerrẽt: abnuit ille sic turpiter ditari: malle habentibus aurũ imperare/ q̃ ipsum habere atte status: cui sine alio sumptu talis cœna sufficeret. Vt captiuos redimerent: Romanorũ legati: & Fabricius una ad Pyrrhum uenerant: Fabricium inopem/ uerũ uirum bonũ: & bello ægregiũ apud Romanos magnam expectationem habere: Cineas admonuerat: cui pyrrhus seorsum blãditus/ ut gratia hospitalitatis: & amicitiæ: & non ob turpem causam pecuniã caperet persuadere conatus est: quem etiã: ut acta pace primũ amicorũ: & ducũ secum esse uellet: rogauit. Precanti submissa uoce Fabricius inquit: non hæc tibi res conduceret. Nam illi: qui te admirantur/ coluntq;/ si me experirentur: a me potius q̃ a te regi optarent. Fabricium postea consulem medicus per epistolam monuit: quod præmio oblato Pyrrhum belli in Romanos fomentum in ueneno tolleret. Fabricius proditionẽ detestatus collega in eadem sententia adducto Pyrrhum: ut medici insidias caueret: his uerbis monuit: Gayus Fabricius: Quintus Aemilius Consules Pyrrho Regi salutem. Neq; amicorũ/ neq; hostiũ fortunatus existimator esse uideris: cognosces enim cũ hanc epistolam ad nos transmissam perlegeris: te bonis quidẽ/ ac iustis uiris bellũ inferre: malis uero: & iniustis confidere. Hæc autẽ nõ tui gratia nota facimus tibi: sed ne mors tua nobis calumniã afferat quasi uirtute nequiremus te superare dolo contẽdisse. Pyrrhus medico suspenso in retributionẽ beneficij gratis captiuos remisit. Romã parẽ Tarentinoꝝ: & Samnitũ numerũ: ne impares munificentia crederentur Pyrrho cõcessere. Viriacus in Hispania nec minus philosophatus est. Hispani bellũ magis quã ociũ appetunt: idcirco si hostis externus abest: domi conquirũt ducẽ magnũ: qui nunq̃ nisi Viriacũ habuere. Ipse annos decẽ Romanos uaria uictoria fatigauit. Nõ iudicio populorũ electus est: sed ut bonũ/ & scientẽ: & pericula euitare peritũ secuti sunt: ipse Viriacus: & si consulares exercitus frequenter euicerit: tantis rebus gestis nõ tamen arma: nõ ueſtiũ cultũ: non uictum immutauit: eo habitu: quo primo præliatum est: sic perseuerauit: ut quiuis gregarius miles ipso imperatore opulentior uideretur. Accidit de philosophis: sicut de littoribus maris: quæ calida cum per se non sint: illa tamen sic esse putamus. Solaribus radijs super aquam maris latam/ & expansam reuerberatis ex reflexione frigiditatis aquæ multiplicatur calor: qui superius ad latera montiũ expansus calefacit: & littus calidum fertileq; reddit. Verum montes excelsi frigiditatem aeris tangentes Septemtrionali uento patentius expansi: Meridionalem flatum arcentes non sic calefieri possunt: imo cum montes: ut ego sæpe conspexi uaporosi sint: eorum rores: & pluuiæ in niues: & glaciem conuerti solent.

Calistenes

Antipater

Fabricij epła ad Pyrrhũ

Viriacus hispanus dux.

Littora maris.

SECVNDA SVB ALEXANDRO MAMEAE CHRISTIANORVM RESPIRATIO. CAP. VIII.

lucis bñficio tantarũ nationũ potiret imperio: optimos tñ amicos cũ inopia regni amisisse: Athenienses loca Ducũ imperata corporibus aduersus uulnera texisse recordatus nõ solita sacra: non ue cõmunia: nõ ludos ea die fecit, neq; unguẽta: uel coronas sumpsit: quasi mi litõ opũq; consumptione se uictorẽ nõ sentiret inter talia: q; cũ Byzãcium terra mariq; ob sideret: lõga obsidione theusauris: comeatuq; exhaustus: ut copijs satisfaceret: pyraticã ex ercere sic coactus meminisse dicitur. Inclyte dux: rex tãti regni futurus in pluribus prælijs cum hostibus conflixisti: nõ autẽ choreas: cõuiuia: ludos: aut oblectãtes apparatus uidisti: horũ principum uictorię: sæueritas: sententiæ digerendæ occurrãt: tu qui sapientũ iudicio Mercurio: & Apolline ingeniosior futura metiris: tu q; plura opida expugnasti: q̃ dies: ho ras: & noctes egeris: quibus periculis: & anxietatibus principes etiã uictores sepiãtur: ue lis meditari. Grauissimos uiros: ad tentoria tua cũ magistratu qui accedũt: patrẽ tuũ Ferdi nandum Scipioni: Cæsariq; in beneficijs: fortunæ & palmis æquiparandũ: superatis hosti bus strenuissimos milites amisisse: secq; ex tot conflictibus inopem esse: infremuisse: narras se: reminiscor. Pyrrhus Epirotharũ rex orbis imperio illectus a tuis Tarẽtinis Samnitibus Pyrrhus in Romanos auxiliaris accitus annuit: nouitate elephãtoq; quos primus in Italiam deduxit Rex Romanos disiecit. Quiritũ corpora torua in suis ordinibus in faciẽ occubuisse: ac suos ami cos: & milites potiores traiectos uidens: pluraq; naufragia tulisse recordatus ait: si hostes pertinacius certaturos superabo: milite destitutus ab Italia emigrabo. Bis qui secundissime Romanũ attriuit: semper per Cineam legatũ maxima Romanorũ accessiõe illis cõfœdera ri optauit. Atq; ut fuerat ꝓnosticaꝰ attritis amicis: & delectu: iops ad suos reuersus Argis certando a fœmina lapide attritus est. Carthaginẽses q; Hãnibale duce ultra quartũ & deci Carthagi mũ annũ Italiã flãmis/ferro/rapinis ꝓphanauerãt: cũ nihil facilius quã Romę impare existi nenses marent: quia ærariũ: & imperij uires uincendo iminuerãt: uictoribus ægestate urgente Ro manis uectigalia cesserũt. Postmodum in quiete cũ respirare uellent: æmulatiõe imperij ne instaurati acrius consurgerẽt: euersis mœnibus pauci obsidioni: & populationi supstites p triginta miliaria a pristino situ exulare iussi sunt. Mithridates qui maiestate/ingenio/belli Mithri ca uirtute/quibusuis orientalibus p̃ferri: aut assimilari potest: in Romanos tergiuersantes dates. succensus Tygranẽ Armeniæ regẽ regũ nuncupatũ Cymbros: Gallogrecos: Sarmathas: Rex Bastarnas: multasq; nationes beneficijs illectas Scythas: & orientẽ in Romanos cõcitauit: his p̃fidijs acer p sex & quadraginta annos cum Sylla: Luculo: Pompeioq; dimicauit: qui bus si quãdoq; succubuit: restauratus clarior insurgẽs se hosti offerebat. Excellẽtiã Mithri datis stupẽdus cometes ostẽdit: qui eo anno: quo genitus est: & inde imperauit: per septua ginta dies: ut cœlum flagrare uulgus existimaret: emicuit: cũ quartã cœli partẽ magnitudi ne/ac nitorem solis occuparet. Mithridates: qui oriẽtis & suas opulentias in Romanos ab sumpsit/regnis/opibus/amicisq; consumptis/uxoribus necatis/ac pluribus e filijs proditori bus interfectis: cũ a Pharnace filio se prodi intelligeret: quẽ accepta uenena nõ tulerãt ferro seipsum cõfodit: sæpe qui uicerat: tandẽ regni thesauros regnũ uitãq; amisit. Facundissime Dux Italiæ decus: Italiæ p̃fidiũ: cõtra quẽ nulli barbari conatus resistũt: si ad hoiem hirsu tũ scripsissem undiq; exẽpla accumulassem: te eruditissimũ experiẽtia/historiaq; cultũ gna rus: ne strepẽdo diuũ caput obtũdã: cõpendio contentus finẽ his modicis adiectis imponã. Diue Alfonse tecũ: quẽ iure originis dñm arbitror: possum: aduerte: comiter loqui. Cæsar Cæsar sæpe horrẽdis tẽpestatibus: tum cũ segnes etiã pisces: & bruta ĩ lustris quiescere putarent: expeditionẽ incautos debellãs mouit. Cum sic fortunæ beneficijs assidue uicisset ĩ extremo factus contatior noluit amplius casus ĩ certos experiri: ratus q; plura posset auferre calami tas: q̃ ante inopinata acquisiuisset uictoria. Octauius cũ collegis quinq; bellis ciuilibus ex Octauius pietis in Dalmatico solus magister: in dextro genu certamine primo: altero ĩ crure & utroq; brachio ruina põtis saucius uulnera excepit: talia/grauioraq; pericula passus p legatos alia plia gessit. Se tamẽ ad illa bella iturũ fingẽs Rauẽnã Mediolanũ/ Aquileiãq;/nunq̃ ultra est ꝓgressus. Qui tañ nunq̃ nisi iustis: necessarijs ue causis cuiq̃ bellũ intulit: q̃ uirtute & mode ratione usus Indos tm̃ fama notos Scythas & Parthos ĩdomitos ĩ populi Romani amicitiã: cũ legatos ultro mitterẽt: pellexit. Parthi signa militaria Crasso: Antonio adẽpta traditis ob sidibꝰ reddiderũt: & cũ quidã ex eis de regno cõcertarẽt: nisi p ipm electũ cõprobarũt. Qđ si diue Alfonse lacessitus cũ ratione uolueris pugnare: dij etiã Scythas/ Parthos/& Arabes nationes indomitas tibi subijciant: ac uirtuti tuæ Antipodes adijciãt: quos esse rex celeber Antipo

rime nō amplius dubitas. Apud nos Boreales quosdam polo artico subiici/ac polo opposito antartico alios subesse sapientes ratione augurantur. Etsi terra sua magnitudine plana credatur: secundū philosophos: & eorū rationes rotunda est. His ergo gētibus polis plagis subiectas colentibus pedes pedibus ita sicut orientalibus/ & occidentalibus opponuntur: idem est in oppositū pedum nostrorū habitantibus: quibus quando nobis sol occidit: illis oritur. Plebeis/ qui rationes/ & oīa vera/ nisi seditiones: & uētris uoluptates ignorant: talia non possunt persuaderi. Fallitur vulgus scilicet/ cp si tales essent: uersus cœlum ruerēt: quoniam/ cum cœlum sursum sit/ uersus cœlum eleuari/ uel moueri est nō ruere: īmo est (ut experimur) ascendere. Grauia ad cētrum terrę nō autem in cœlum nisi prodigiose/ ut diuina ope mouētur. Si Antipodes nō forent/ nō motus & tempora deus cōpensasset/ si solum ultra equinoctialem in illis duabus quartis: ubi facit æstatem: dierum prolixitatem uoluisset inaniter uagari: nos autē frigoribus/ & brumali sterilitate nccare: ad quid astra/ sol/ & tanta molles cœli uagarentur: quando nobis occidunt: si alios nō illuminarēt: & continuo quibusdam ortus/ alijs occasus facerent.

PETRI PRIMI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. II.

a Nnteq̄ in pentecostes die afflati omnibus linguis discipuli loquerentur: a Christo dictum est: Tu es petrus/ & super hanc petrā edificabo ecclesiā meā: & tibi dabo claues regni cœlestis: ligandi & absoluendi postetatē. Petrus Galileus ex Betsaide ci- Petrus
uitate natus: Ioannis filius/ ac Andreæ apostoli frater: ubi Christus astra conscendit: disci- pontifex
pulis: & Ioanni adiunctus pecudibus Christi ouile: & pascua ampliando occurrit. Hi apo- Apostoli
stoli nihil prorsus habentes pro cōmuni bono inuicem concurrentes: elargita ad naturæ cō moditatē pariter impartiti: superflua pauperibus dedere. Prouincias regna inter se sortiri in parthos Aethiopes/ Indos/ in Scythas/ Asiamq̄ profecti mirabilia ediderunt. Pontū/ Gallaciam/ Bitiniam/ Capadociam sibi Petrus ascissens ante pontificatus sui magnitudinem per septē annos primus Antiochiæ episcopus præfuit: demum Romā caput orbis officio suo condecentē: cum Simonis magi præstrigijs gentes allucinarentur: applicuit. Simonem hunc uenefícum precibus Petri præcipitatū supra in secunda Christianorum persecutione diximus. Petrus Romæ cum orationi/ prædicationiq̄ a pluribus distractus uacare nō posset: Linum & Cletum episcopos instituit: qui nomine suo sacerdotale ministerium Romano populo & aduenis exhiberent. Orationi ac prædicationi: solum intentus tale nomen: ut pro deo coleretur: consecutus est. Nero insequentiū multitudine offensus insidiari homini cœpit. Monētibus amicis: ut inuidiā principis declinaret: pusillum ab urbe Petrus secessit: fugiens: Christum obuium: domine quo uadis? interrogat: Romā iterū crucifigi respondit. Petrus/ cp fugeret se reprehendi/ & martyriū ineundum cōiectans Romā confestim re- Clęmens
uersus Clementē episcopū consecrat: eidem cathedram/ ecclesiamq̄ his uerbis cōmendat: eandem tibi potestatē ligandi & absoluendi trado/ quā mihi Christus reliquit: corporis & animæ blandimenta contemne: orationi ac prædicationi uacabis: salutem hominum: ut optimus pastor: exquire. His expletis eū cū Paulo eadē die Nero necari iussit. Petrus mortē saluatoris capite leuato imitari se indignū asserēs crucis capite deorsum affigit.

EPISTOLA TERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Innocētio octauo summo pontifici fœlicitatē.

b Onifacius Symoneta Abbas: quē tu ante pontificatum cum Cardinalibus in clade domus Symonetarū in proprio ouili seruasti: ille qui naufragus/ & absens procuratores Romanos magistratus quondā obibat: nūc ut querimoniæ suæ causam aperiat. Romā licet sero accessit: ad te qui pietatis: & iusticię confugiū esse debes: petitq̄ aditū: ut de infortunijs naufragus queat etiam parcius lamentari. Philaterias Nini: aut Troiana bella nolo inchoare/ uulnera/ lachrymas/ pericula/ direptiones/ hominū mendacia: quæ effe rata pectora lachrymare cogerent: compēdiose enitar recensere. In exitio domus Symonetarum nisi tu nunc pater orbis & mundi cardines: patrociniū meū ultro admisissent. Sixtus pontifex a nōnullis stimulatus de meo ouili me forte abdicasset. Quia me insontē ab æquo & a tot illustribus uiris protectū perdere nō potuit uulnere: tetraq̄ cicatrice: sic Hieronymo dicebatur: uolente affecit. Sixtus: ut suis litteris fatet pro bono pacis: ut exul remearum ducentorum aureorum me pensionem luere iussit. Pater Innocenti: si gentibus: superisq̄

gratificari studes: me Bonifacium ab huiusmodi onere pensionis exime: quoniam tali oportunitate: & fraternis opibus adiutus: quod Padus amnis aluuionibus abrasit: Cœnobiū conspectius erigam. Vt benignius supplicanti faueas Padū amnem monasteriū sancti Stephani de cornu/ rus/ consita/ uineas adeo/ ut nullum extet uestigium/ euertit/ maximosq̄ Abbatiæ ritus absorbuerit: te ignorare nolo. Et nisi opibus paternis Abbatiā ampliassem: situs iste inops nullius nominis obscurus incognitus foret. Si homo torpens: agrestis huic oræ præfuisset: finitimæ gentes: quæ nomē uenerantur: aut formidant: omne exesum certe diripuissent. Molles ob restagnationes aquarum consumptæ non cerataneorū insinuatione: cp mallem mori: sed veris Abbatiæ censibus: aut fratrū meorq̄ opulentia: quod uereor: restaurandæ sunt. Iam iam si nos a pensione solueris: templa nullis spectaculis cedentia tuis auspicijs erigemus. A clade domus Symonetarū pene elapsus sublimia edificia quorū expensæ sunt quasi ad decē milia aureorū: pro hospitibus/ atq̄ pro Abbatiæ prouentibus seruandis: quod omnes ꝑculdubio mirantur: cōstruxi. Si hospites/ ac Abbatia altilia in tam exiguo tempore: cum sim adhuc e ꝑcellis udus: sic amplas structuras habuere: nō ut ipsi ministri/ ac ipse deus decentiori culmine effulgere debent. Pater Innocenti ego Bonifacius: qui obscurā: & nullius nominis Abbatiā e stercore cū paternis fortunis: & sedulitate extruxi/ in retribulatione labor/ ac patrimonij proximis adempti ꝑ pensiones distractus rapior. Reditus in pauperes: & inusus deorum impartiendi per huiusmodi pensionem: quod lachrymabile est: rapiuntur. Itaq̄ si mihi: si religioni: si diuinitati pensionē remittendo satisfeceris: sacerdotibus diuinitati perenne opus futurisq̄ seculis specimē: quod tibi dicabo: cōstruā. Si uero aduersarijs (quod nō auguror) uolueris gratificari: fateor cp inopi fas erit torpere. Nescio: & abhominor more cerataneor adulari: mallem in culpate mori q̄ pro structuris agēdis quēq̄ rogare: uel quod est enormius: ꝑ pulpita mendicare: itaq̄ sanctissime pater siue virtus sit ultimū potentiæ/ siue sit habitus electiuus/ ac potētia benefactiua/ & acquisitiua bonor has partes habet: scilicet iusticiā/ temperantiā/ magnificentiā/ magnanimitatē/ liberalitatē mansuetudinē/ prudentiā/ ut ego te uirtutē cū partibus suis fouere testari queā: mihi precāti deor interpreti uelis: quo nihil erit æquius annuere. Si fueris ciuiliter annuere dignatus: multos ꝑ Italiā laudū tuarū p̄cones cū Bonifacio astringes. Ex his accessibus nolo unguenta mercari: aut (ut stomacho conferā) more Ottonis/ atq̄ Neronis uestigia liquoribus inungere. Cū priuati nōnulli unguētis balneor parietes aspergerēt: Gaius princeps in balneis his consueuit lauari. Ego has opes sic proueniētes nō in scurrilitatibus aut in eo: quod sit lasciuius: sed eo gaudio: quo mors nō inducitur: scilicet machinas laudatissimas absoluā. Pusillanimes timore gaudio: nō autē uiri fortes moriunt. Magnanimi cū talia: nec etiā grandiora extiment: nō expirant: cū iniuriari: quod non interfecit: irascantur. Egaudio mori: nō ex ira quēq̄ obijsse legim? ī ira calor q nūq̄ sine humido est: ad appetitū uindictæ hesit. Verū caloris partē potiorē cū humido circa cor retinet. Natura exterius rebellionē & impedimēta esse sit: ideo circa cor caloris: & humidi unione iratos facit fortes & audaces in timore calor naturalis/ atq̄ sanguis nō ad cor: sed ad inferiora uentr ē soluētes refugiūt. In gaudio nō intus sed foris: cū nō sentiant repugnationē: in totū se uirtus epādit. Ideo pusillanimes coarctati timore/ & gaudio expansi: nō uero uiri fortes exanimantur.

Timor gaudium ira.

LINI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. III.

p Etrus a Nerone se passurum gnarus Clementem quasi testatus successorē reliquit: qui modestia & nō ambitione usus Linū ad Cletū sibi in magistratu p̄misit. Linus natione tuscus mulieres nisi velato capite templum ingredi posse prohibuit: cumq̄ ipse pontifex sanctissimus languores/ dęmones fantasmata/ uexatiōesq̄ arceret: defunctos resuscitaret: a Saturno consule: filiam cuius a uexatione dęmonis absoluerat: capitali supplicio peremptus est.

Lex

EPISTOLA QVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Hermodoro uati hetori Mathematico fœlicitatē.

h Ermodore ergo in homines: deosq̄ insons: regios honores/ magistratus/ legationes uirtutis diuerticula semper aspernatus plures persecutiones: ut in fortunis rapiaris q̄ agitatus horestes: q̄ naufragi Vlixes: & Aeneas ppessus: uictor omnino euadere tenta. Nihil enim (si patribus nostris credimus: est utilius/ q̄ ratione cunctari: secq̄ ad

Cato

fœliciores flatus: ad temporum oportunitatem indemnem ſeruare. Nam Cato fæuerus: cum mallet mori: q̃ Clodio premente contra omne fas iurare: a Cicerone: ut nō perſiſteret: pie admonitus: ſed ut ſe cōmodius tempori ſeruaret: iurauit. Ciceroni & amicis obtemperans ab interdicto exilio/a pertinacia/cōminationibus Clodij euaſit: & demū: ut antea reipublicæ conſuluit celeberrimi viri plures a triumuiris proſcripti: ne caderent: ſine unguẽtis abire: at ſtolidi unguentati in cauernis cū interitu deprehenſi ſunt. Vnguenta: & ſi quid eſt mollius: niſi Antiocho Aſiano rege deuicto Itali ſciuere. Vna cum ſpolijs militibus unguenta Romam ferentibus Licinius: Craſſus cenſores unguenta exotica ſic nominata non uendi edicto cauerunt. Inualuit libido: & liquorum abuſus: ſcilicet ut homines ſe/ ac quidam parietes etiam illinirent. Nullus magis quam Lucius Plocius e mollicie proditus luit: is a triumuiris proſcriptus: in ſalernitana ſpelunca cum lateret: unguenti odore ad necem compertus eſt. Fortuna uices rerū permutante triumuiri Auguſto fœliciori ceſſere. Nōnullos heroes: uix qui tute latuerant: ad munera reipublice Octauius ampliſſimis magiſtratibus acciuit. Eam tpis obſeruationẽ Veſpaſiano cōtuliſſe: clare uir haud ignoras. Hic enim Neronẽ: & delatores ueritus ſeceſſu remotiori tutus dilituit. Imperio elabẽte ab amicis cōmẽdatus: cōquiſituſq; Hieroſolymitano bello impator decernit. Nerone defuncto ab exercitu prīceps electus cū filijs orbis habenas tenuit. Sic tu: cū nubilā hāc fortunā ſupaueris: ſereno cœlo trāquillū portū tandẽ accipies. Sententiā Hermodore noſtrā annales p̄miſi: & omiſi cū philoſophicis documẽtis cōprobāt. Mutationes pedentim fieri ſuadẽt: experimento multa qui norūt: quoniā a mutatiōibus: quæ cōfeſtim fiunt: q̃uis ad melius ſint: corpora leduntur. Conſuetudines prauas nō feſtine: ſed mature reliquendas p̄ſuademur: quia ueterem uſum ocius permutare eſt admodum mortiferum: atq; nociuum.

Vnguẽtorum exordia.

Veſpaſianus.

Mutationes.

CLETI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. IIII.

Lucas

c Letus Aemilij Romanus moribus/integritate/doctrina eximius Clæmẽtis hortamine pontificatū inuitus ſuſcepit. Continẽs crapulæ/exemplis/admonitionibus ſatiſfaciẽs/ p̄ ſalute gentiū quottidie orās nullū officiū: e q̃ eccleſia dei augeri poſſet omiſit. Lucas medicus Atheniẽſis in omni energia longe eruditus: Paulū ap̄lm in quacūq; peregrinatiõe comitatus euāgelia: cui oẽs aſſenſere & apoſtolorū geſta lucubrauit. Cletus clā palam inumerabiles p̄ſecutiões paſſus eo nō aſpernãte eſt martyrio coronatus.

EPISTOLA QVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Cardinalibus fœlicitatem.

m Vlti Romanorū excellẽtiã legẽtes/& antiqtatis amore illecti ad urbẽ: ut ſpectacula p̄pius mirẽtur accedūt. Mea peregrinatio diſpar nō priſca miracula: nō tãtę ciuitatis illecebras mirari: verū cōtumelias i omne piū accumulatas apud æquiſſimos uiros: quæ iter hyemali gelu perſuaſere: cupit recenſere. Homines qui ad beniuolos/ & ad magiſtratus ſcribunt: genus/ ſtemmata: patrias uirtutes: ut beniuolos/attentos/ dociles/ gentes habeant: euehunt: diſerte etiam loqui: rhetoricaq; inſinuatione exordiri etiã ſtudẽt. Ars talis p̄uida ac ingenioſa a me non ſolet improbari: agreſtes quoniã ab ipſa ſolū natura edocti anteq̃ precentur: nitūtur utiq; blandiri. Temporis inquitas: & p̄cellæ recordatio facundiã abſorbẽtes elimate: cōcinne p̄fecto inchoare uetant. Et ſi os (ne effœminatus ingeneroſusue dicar) rideat: nihilominus dolor interiora uexando rationẽ prorſus caligat: ſcio fata tergiuerſari: ideo p̄ riſu lepores aſpernatus in naufragijs lachrymas ciere: dijs procũbere decẽtius: quã lætari opinor. Nã cū penſionẽ ſoluere coactus fuiſſem: Cardines mundi p̄ iuſticia animo infracto figmẽtis reiectis p̄ me ſponte patrocinīū iniere/horridū abhominabile/& turpe rudimentū milites Chriſti nutu fortunę ſic debere ſpoliari aſſerentes. Cōpetitor pontificẽ Sixtū per quoſdã Italiæ primates circūuentū ad ſua mendacia inclinaſſet: niſi ipſi uirtute/ religione/ſanctitate ſummi tantis ambagibus palã obiurgãdo obſtitiſſent. Ego tot præſidijs munitus: ut ouis ſepta lupis ſine uelleris iactura euadere nō potui. Sixtus illis tonitribus quottidie laceſſitus: & primatū Italiæ precibus implicitus me ducentorū aureorum penſionarium quotannis inſtituit. Me ſic effracta puppe ſperantem: & ad littora nantem: ut Velini Palinurū oppreſſere: iterū inter p̄cellas p penſionẽ: dū uelle miſereri: aſſiduus p̄ſiteretur: detorſit. Aduerſarius autẽ cuius ſtudio tot bona amiſit: qui me incarcerauit/ eq̃s indumẽta/ſuppellectilẽ/ pateras/aurū/ nūmos/ & armillas habuit: qui temere in Abbatiam

ſe imiſit meos procuratores: & famulatū qui expulit/ uina/frumẽta/ac multa uictui idonea ex auro argentoq; ridimicula: per miniſtros aſportauit: nunc cōtra omne ius ducentorū aureorum penſonarius eſt. Frugi eſt uiolare leges: fulminari nullus uereatur/iniuriari/cedere proximos/inurere templa/myſtica p̄phanare/deos irridere: nullus ammodo heſitet/ex īmani ſcelere: ut de me præſtat exemplificari: uidi ſacrilegos ditari: in quibus eſt religio/ uirtus & e naturali inclinatione numina luſtris præponunt: uideo mẽdicari. Decennio tantū infamia: deteſtatioq; vagãtur: deinceps oīa miteſcũt: quottidie minus furta: rapineq; exprobrãtur. Iura æquitatẽ qui confundunt: honorãtur: & ſic ditati beati uulgantur/ nec ſol/ uel aſtra eos parcius illuminãt: quoq; arua effuſo imbre luxuriãt. Abſit tm̄ nūc reuerẽtia deorū: ſtultū eſt orare/inediã pati/ac p̄ uirtute cōtinẽtes eſſe: atq; p̄ abſtinẽtia uoluptatū liuere.

CLEMENTIS PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. V.

Ioannes Zebedei

c Lemens fauſti a Petro ſecūdus accitus Linū & Cletū: ne iure hereditario ſacerdotij maieſtas deuolui poſſe uideretur: minores ſibi p̄poſuit. Ioannes Zebedei filius Iacobi frater apoſtolorū nouiſſimus ad tpa Clęmentis uſq; uiuẽs euāgelium ſcribens Matthei/Marci/Luce ſcripta: ut diuina affirmauit. Ioannes a Domiciano ad inſulā Pathmõ relegatus Appocalypſim digeſſit: qui imperatoris nece Epheſum eccleſijs Aſiæ ſatiſfaciẽs redijt octauo & ſexageſimo anno poſt paſſionẽ Chriſti obijt. Eodẽ tpe Ebionetarū dogma Chriſtum ante Mariã nō fuiſſe uulgans Ioannes rationibus aboleuit. Rebus ita tumultuantibus doctrina: moderatiõe fidẽ Chriſti amplians: cū idolorū cultus deficeret multos e iactura æmulari ſibi Clemẽs coegit. Tarquinus ſacrorū p̄nceps: ac Mamertinus urbis p̄fectus cum Traiano de iactura imperij: ſi Chriſtiana religio inualeſceret: mẽtiti Chriſtianos funditus delere cōiurant. Traiani edicto ne Romanū imperiū patereẽ: Clęmens in inſulam cū iuratio. duobus millibus Chriſtianorū marmora fodientibus deportatur. Sexto milliario a fodinis cū latices abeſſent: Clęmens: ut infœlicitati æſtuantiū occurreret: deū exorat: cū adhuc orã do collẽ aſcẽderet: fontẽ ſub pede agni ſcaturientẽ uidit. Indicato fonte rei miraculo attoniti baptizari: deoq; famulari/cū nihil eſſet deuotius/cœpe. Delatores miraculo offẽſi Traianum in interitum pontificis irritant. Satellitibus: ut Clementis collo anchoram alligarent: illumq; mari obruerent: iuſſit. Cuius corpus ad litus non humana ope delatum tumulo eſt conditum: in loco fontis templo extructo.

Ioannes Zebedei

In chriſtia nos conditus

Diuinus fons.

EPISTOLA SEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hermodoro uati rhetori Mathematico fœlicitatẽ.

o Rtus Chriſti tpe in trāſtiberina regione ui magna olei: e terra p̄ totā diem ſine interuallo in taberna quadā Romæ effluente: p̄ fontẽ: Chriſti magnitudinẽ: indicari augures cōiectauere. Moſes ſupſtitione ſæuitia ægyptiorū offenſus hebreos a ſeruitute Pharaonis exemit. Ipſo tot hoīm milia cū liberis coniugibus iumentis per ſolitudines trahente: inedia ariditate laſſati ducẽ æque ac ſeductorẽ lapidare refremũt. Moſes coniurãtes ad aduerſa tolerãda an fortes eſſent: ſic deus eos experiri: q̄ ubertate ſterilitati occurreret: labẽtes hortatus eſt. His adhortatiõibus ad oras penitus inaquoſas remotius deducti: cū iumẽta: cōiuges liberos ſiti/æſtuq; deficere aſpicerẽt: cōſpirati in impatorẽ cōueniũt: Moſes a tumultu recedens deū: ſiti ſatiſfaceret/orauit: ad tumultuantes reuerſus ſolitæ uirgæ contactu petrã in aridiſſimo loco ſcidit: & protinus e rima fons ingens erupit: a quo omne animal potū ſumpſit. Sarra Abrami coniunx Hiſmaelẽ Abrami ex ancilla ortū: ut a ſeipſa natum diligẽs: illum heredẽ fore: ſolita eſt iactare. Abramus poſt centum Sarræ & nonaginta annos: vt ſcripta aiunt: conuenere Iſaac concipientes. Sarra priuigno: cū filio alludenti ſuccenſa Hiſmaelem Ephebum reiecit: quẽ Abramus uxorius ad illius conqueſtū filiū nothū cū matre elimināuit. Agar cōſumpto uiatico deſertis laſſata diuinitatẽ: ſibi uellet miſereri: p̄cibus ciens: infantẽ ſiti cōtractū ſub arbore exponit: ne ue illū mori aſpiceret: tantillulū ſeceſſit. Angelus lugentẽ ſolatus fontẽ iuxta e liquore cuius ambo refecti uixerūt: oſtendit. Fons Hiſmael: qui diuinitus uixit/longe/ late adultus imperauit: cuius poſteritas ad mare rubrū uſq; ditione coercuit. Arabes talium imperio expugnati ab Agar Abrami ancilla Agareni ſunt denominati. Bacchus bellator inſignis ea tempeſtate religionis compertor India deuicta per Lybiã remeans ſiti cum expeditione arebat: qui geniculatus ſuſpiciens ſic orauit: O clęmens/ o ſumme deorum/ qui omnia potes/ in ſolitudine morimur: magnitudine tuæ

Chriſti ortus

Fontes rete orti.

Moſes

Sarra

Hiſmael

Bacchus

Fons potentiæ miſerere: præcor. Aries precãti apparuit: cuius ueſtigia ſecutus ad uberrimũ foñ
tẽ peruenit: cũ exercitu refectus ſumptuoſum Ammonis templum in tãta ſterilitate locoꝝ
Fons mi⸗ erexit. Fontẽ hunc: uel aliũ nõ diſtantẽ a media nocte uſq; ad mediũ diẽ frigere: poſt meri⸗
rabilis diẽ tepefieri: & in medio noctis feruere: quidã: quod eſt mirabilius: tradunt. Alexãder nu⸗
Alexãder mina nõ recordatus precari loca aquarũ expertia percurrens cũ milite pene aruit. Comper⸗
ſitiens. tam aquã quidã ferẽs uxoriꝫ filijs morientibus: aquã Alexandro ut offerret: neglexit occur
rere. Aquã intuens ait: ſi bibero: quid ad alios? nõne cæteri æque ſitient? aquã hãc ad tuos
(ut uiuant) ferto: eadẽ clade cũ eis malo mori/q̃ ſolus bene potus uiuere. Hac animi magni⸗
tudine comitatui ſitim fugauit: alienatos ſic tenacius cõcilians. Inuẽto flumine nihil fuit mi
litibus pernicioſius: licet Alexander cuſtodibus admonentibus: ne intemperate biberent:
exitiũ præuiderit: ex habũdanti potu: cũ caſtigationes nihil ꝓficerẽt: plures q̃ in aliquo bel
lo amiſit. Hermodore in potu aquæ ſemp p̃ſtat animaduertere: ita hauſtus aquæ ſtomacho
Aqua lo⸗ inanito: ſicut uinũ potens: eſt loco ueneni. Fontes in tractu orbis pmulti uulgo nõ autẽ phi
co ueneni loſophis miraculoſi ſunt. Fontes calidi p mineras ſulfuris: uel naptæ accenſas decurrẽtes: ut
Fontes per ignẽ aquæ apud nos feruẽtes excoriant. Fontes accetoſi p alluminis meatus: ſalſi uero
diuerſi per ſalis amfractus: amari latices: & fetulenti per æris minerã decurrũt. Talis fons fœtidus
e Tarento Brunduſiũ uerſus quõdã (ut fertur) erat. Albertus magnitudine ſciẽtiæ magnus
inquit. Fons quidã omnia imerſa lapide ſcit: unde imperator fama pmotus pellẽ ſuo ſigillo
impreſſam: ac ſuo nomine imerſam ſibi afferri iuſſit: medietas ſigillicum pelle obruta lapis
Fons hie⸗ relíqua uero: ut ante mollis erat. Anteq̃ Titus Hieroſolymitanos expugnaret: fontes extra
roſolymi⸗ ciuitatẽ aruiſſe: ideo precio aquas opus erat mercari: Ioſephus eoꝝ princeps teſtat. Admo
tanus. tis urbi machinis fontes adeo uberrime effluxerunt: ut iumentis: ac etiã hortis ſatiffacerẽt.
Prodigio tali Ioſephus permotus obſtinationem ciuium e caſtris Romanorũ exprobrans:
quare non ſe dederent: arguebat.

ANACLETI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. VI.

Lex a Nacletus Antiochi Athenienſis e ſanctitate mira Clæmẽti ſuffectus clericos matu
re incedere: nimio ornatu/prolixo & compto crine nõ luxuriare: p̃ſulesa pauciori
bus. q̃ a tribus epiſcopis nõ ordinari inſtituit: peracta cõſecratione fideles cõmuni
cari: cõtumaces a ſacris ædibus eliminari iubẽs. Anacleto morũ itegritate: & elegãtia ſemi
tos ut pœniteret: aſſciſcente: Traianus excanduit/ac rempublicã Romanoꝝ detrimentũ ca
peret: ueritus in pontificẽ: Chriſtianoſq; iterato p̃ſecutionẽ induxit. Anacletus ante interi⸗
Simon tum martyres conſulens uenerari: cũ plebe nõ amplius tumulari: cauit. Simon domini cõ⸗
ſobrinus Cleophe filius: Hieroſolymitanus epiſcopus: cruci impoſitus: centum & uiginti
annos robuſtus adhuc impleuerat.

EPISTOLA SEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Cardinalibus fœlicitatem.

Go Bonifacius Symoneta ad unicã ſponſam: fortunaſq; (ut iura pie ſuadent) reuer⸗
e ſurus: ne inſtar tranſfuge: uel bleſus agricola a tã illuſtri urbe ſeceda: cũctos heroes
iterũ litteris ſalutare compellor: ne arrogantiã quorundã uidear inſectari: qui hoies
deoſq; ſibi debere cenſentes quacũq; leui inſania furẽtes: magiſtratus execrãdo ſtolidiores
remeant. Si in hac peregrinatione nõ fui ære: tamẽ in ſalutatione clæmẽtia: affabilitate Car
dinaliũ longe magis: q̃ merear: fui uotoꝝ cõpos: quoꝝ ꝓmiſſa ſic præſtat morari: expecta
bo: ſicq; tempora maturando aucupibus: qui ſitum/areas/retia/uiſcũ/menſes/ut dit̃etur/ob
ſeruãt aſſimilabor. Et ſi ſumptus: uerba/preces/& amicos cõſumpſiſſe uidear: nolo tamen
ex arrogantia ſtulte contra primates: deoſq; quo nihil eſſet inhumanius indignari: quoniã
ſane theſauri nõ aſſumuntur: qui in ærario: ſcriniſq; conduntur. Exemplis maioꝝ deli⸗
Orpheus nitus iam poſſe pati: & aliis idem perſuadere didici. Orpheus carmine/hymnis/religione mi⸗
rabilis corda hoim/ſaxa/ornoſq; nõ ſemp ad uota traxit. Vix ſemel p tot monſtra elapſus la
chrymis: & lira manibus potuit blandiri. Non Acheloũ Antheum: ydrã primo congreſſu
Hercules proſtrauit: q tardius uictor ad ſydera glorioſius noie uolauit. Ego quoq; prudẽ
tia/maturitate: ac cardinaliũ comitate blande: & pie exceptus: poſt has uelitationes ceu Her
cules ad uictorię metã laudabilius enabo. Cardinibus mũdi ſane debeo: ſi æquũ: ſi iura ſo⸗
uent: qui ſic facũde ex imis penetralibus cõcurrũt pollíceri. Si fata: ſi diluuia hoies: ac cum

eis urbanitatẽ/clæmentiã/ciuilitatẽ/præuidentiam antiquarent: nulla eſſet iactura in domi⸗
bus Cardinaliũ: omnes hæ uirtutes (teſtor deos) cõperiri poſſent. Si quis mentis inops: in⸗
uerecundus & excors de regia Romana: deq; cultis/ celeberrimiſq; uiris audet obtrectare:
a tali monſtro eumenidũ alumno effugiant audiẽtes: ilico ſe expient: audiẽtibus illa eſt ma
li hominis atq; nefaſta dies. Talis eſt ſpiritu diabolico afflatus a Thyſiphone/ceteriſq; furijs
cõpoſitus & educatus: lapidibus uel præcipitio eſt raptim tollendus. In obtrectatores iure
tantillulũ euagatus ad ſemitam reuertor: ut Prometheus cauca ſo reuinctus: omne quod ſit
clæmentius/affore iamiam ſperabo. Prometheus rupe imerito ligatus fœliciores exitus ſpe Prome⸗
rans excruciari ſpreuit. A numine ſolutus cum nihil eſſet iocundius ſibi/ aſſiſtentẽ non diu theus
pauit auem. Iaſon monſtris primo territus hæſit: ſed quid gloria poſſet recordatus mõſtra Iaſon
necnõ obſcenas a phineo Harpias ſubmouit. Bellerophon a fatis diſtractus: & ſibi inſonti Bellero⸗
gentes inſidiari cõſpicatus inquit: ut timiditas imis & obſcuris cõtenta ſemper gloriã arcet phon
ſicinfractus animus triũphos ſperantibus aſſciſcit audiendũ eſt: diſ pietate inſignes aderũt
comites: ita orſus iuſſit præcedere ſigna: & ignẽ euomentẽ aſcendit: expurgauitq; Chimæ
ram. Ego Bonifacius his maiorũ exẽplis admonitus in omnes cõiurationes audacior: quo
nihil erit fœlicius/uictor euadam. Herculẽ laboribus ſuccumbere homines attoniti crebro Hercules
credebant: quẽ inde ſoſpitẽ & hoſtiũ ſpoliis ac triumphis elatum deificabant. Exempla hęc
quæ ego præmiſi: pluſq̃ lirę tripudiantes me in luce demulcẽt. Vbi nox inſomnis curas ac⸗
cumulat: ſum pluſq̃ Achelous. Vertummis ac Protheus ambiguus. Quando reditus abba
tiæ per fures penſionarios: ſcortaq; illorũ diſtrahat recordor: tunc anxius ſqualeo: rigeo: &
reiterato rumpor. In die exemplis priſcorũ: comertioq; ſapientiũ a curis diſtracti letamur:
at in ſilentio noctis quando ſtructuræ erigendæ occurrunt/expedit: quia nõ ſum ferreus tri
ſtari: & tanq̃ nauis que a procellis inter fluctus contrarios huc illuc impellit̃/ curis diuellor.
Fœlices Troiani fœlicioreſq; Thebani ꝓfunda mœnia qui modulis & fidibus potiuſq̃ im⸗
penſa poterant erigere. Ego populationibus exeſus: & naufragus nõ cithara: nõ cantu: nõ
theſauris per iniqua arbitria & penſiones e abſumptis queo animo: & familiæ decẽtia deis
templa imponere. Speremus (fuit enim mihi deus uſq; propicius) ſicut auguror: ſi heroum
promiſſa rata erunt delubra: & quæq; alluuionibus abſorpta eminentius conſtruemus: fra⸗
trum bonis nulla labe congeſtis: ut iam cõſueuimus pro noſtro cenſu ad has moles erigen⸗
das utemur. Dedecus eſt cõſternari: nil eſt turpius q̃ animo frangi: molliterq; laboribus ce⸗
dere: & in arduis rebus effœminari ſpectandũ eſt gratia: & pollicitis Cardinaliũ freti ſum⸗
mo omniũ bonorũ auctori inſtauratis ſacrificijs gratias agamus. Ne per inertiã laſciuius in
terotia ſeneſcamus/ab ortu ipſo flentes fato exagitamur. Omnes hoies qui per uarios am⸗
fractus imperijs & rebus magnis præfuere: non ꝙo illos qui in delitijs elanguere/ cernimus
adorari. Iouis regnũ: Titanos: Troiani belli: Aeneam: Numitorẽ regum Romanorũ tacea
mus auctores: Camillum: Coriolanũ: Mariũ: Lucullũ: Pompeiũ ob dictaturã omnia inter⸗
turbantẽ: & totius orbis Imperatores legi a fortuna nõ ſecus q̃ maria uentis quotidie quaſ⸗
ſari. Alexandrũ: Pyrrhum: Hannibalẽ: Mithridatem ſemideos: ac inuictos nuncupatos: ſi
uolumus eoꝝ geſta ſcrutari: inueniemus nuſq̃ a turbine immunes: & in cũrarũ labyrintho
truculentius q̃ inopes implicitos. Diceret aliquis quid uiolentos hoies quid ſontes: & omni
in parte prophanos nominas? ſatis eſt ꝙ boni & quí dijs amicanẽ ſunt anxietatũ immunes.
Fallimur ut rudes ita nobis perſuadentes. Abramus uirtuti & altiſſimo ſubmiſſus urgente Abramus
ſterilitate in Aegyptũ peregrinatus: ut euenit ꝙ ægyptiorũ libido ab uxore ſua penſionẽ
exigeret/ratus: ut tutius ab inſidijs euaderet: coniugem eſſe ſororẽ prędicauit. Rex hoſpite
audita uenuſtate atq; decore incaluit: coniugẽq; Abrami ſibi penſionẽ ſoluturã accerſi iu⸗
bet: quã deus repentina lue & per ſomnia minatus uetuit ſtuprari. Pœnitentia ducto rege:
acreſtituta ſine pollutione Abrami coniuge: ipſe gentibus gratus Aegyptios in Aſtrono⸗
mia & mathematicis diſciplinis primus erudiuit. Abramí: Iſaac: Ioſeph: & cæteros deſcen⸗
dentes ſanctitatis noſtrę rudimenta deum familiariſſime ſæpe alloquentes nõ legi fœlicius
uixiſſe. Moſes horũ nouiſſimus coniurationẽ ſacrorũ ſcribarũ ope dei euadens: ante impe⸗ Moſes
rium paruulus parentes/fulmina: adultus ꝙo inſidias/bella/exilia eſt perpeſſus: deinceps li
cet tot miraculis eluceſceret: a rixis/inſidijs/cõiurationibus/tumultu nullibi fuit exemptus.
Dauid ante paſtor ꝙ rex foret a fatidicis decantatus: quas ante regnũ & in imperio inſidias Dauid
tulerit: uxor cuius dum exularet: penſionẽ alij perſoluit: diſpẽdioſum ac inextricabile ſane

foret eloqui. Salomonẽ natorũ ſapientiſſimũ regno: quo nihil eo tẽpore beatius ſplenduit/ præfecit. Salomone defuncto tam nobile regnũ tribuum defectione hæreſibus idolatria factione obſtinatius inualeſcentibus: ac Aegyptijs: Aethiopibus: Chaldeis cũ finitimis inſurgentibus in peius ſemper eſt præcipitatũ: quoad Hieroſolyma a Tito uſta: ac ſolo eſt fundi
Roma tus equata. Roma quondã aurea & orbis iubar: ſimul ac Europam: Africã: Aſiam: & Indiã per Traianũ domuit: ab aſſiduis ciuilibus bellis quæ nondum ceſſant/attrita ſpectaculis uetuſtate odijſq; conſumptis eo infortunio elanguit: ꝙ ante pontificẽ Sixtum nihil tanta urbe
Chriſtus ruderibus obducta extitit turpius. Chriſtus ſanctarũ rerum fabricator: ſi fas eſt de eo in hac rudi charta ſubmiſſe loqui: ſuo cruciatu diſcipulorũ ac martyrũ cruore: fœlicitas humana q̃ ſectilis tortiliſq; ſit/ſignificari nõ neglexit. Nõ ſuos ꝓbitatis magiſtros parcius q̃ feras exagitari ac necari: ne fortunæ incertitudinẽ uices rerũ permutaret/uetuit. Ego Bonifacius ſupplicando poſſem ſuperis ſic intendendo dijs gratias referre: quia & ſi in opibus & populatione ſim exhauſtus: nulla ſum tamẽ corporis nota aut martyrio: blaſphemijſq; inter tot clades affectus. Si de cœleſtibus audendũ eſt: decq; eis nobis ſi uacat augurari: ut fides chriſtiana: ut pij ſacerdotes inſidias patianr̃: nõ ut fortunis cõteanr̃ deſuper datum eſt: ſic enim ꝙ uirtus nõ otio: nõ mollitie: ſed in infirmitatibus perficiat̃/præſtat teſtari. Inclyta Chriſti fides a perſecutionibus ſemper exeſa fuit: cuius radices & ramos ſæpe areſcentes: ſi deus ſuo benignitatis fonte nõ irrigaſſet: tantũ decus acerbius q̃ per penſiones defeciſſet. Quæ cum per efferatos Imperatores nõ corrueret: eam dæmones calidius uaria rotatione diuerterũt.
Hactenus nulli pontifices: nulli Cardinales noſtræ fidei munimẽ: ut ego annales lucubrando comperij/ſine inſectatoribus tuti uixere. Si in his erumnis longius licet euagari: ut offen-
Elementa ſis aliquod ſolamen afferamus: nec elemẽta nec aſtra ab ipſis infortunijs: ſic uices rerũ alter
& aſtra cantur/eximunt̃. Si aſtrorũ periti abſtinent nugari: ſydera ipſa quæ hominibus aſpirant: ab infortunijs in ſuo poſſe hebetant̃. Lunæ cõiunctiones uel ſolis oppoſitiones ab experimento languentiũ: tunc qui torqueri dicunt̃: damnamus Planetas: quos fortunas nuncupamus retrogrados inter radios Solis hebetes: aut inter duos malos obſeſſos: ſimiliter ab angulis cadentes nil boni tunc poſſe operari præmiſſa ratione narramus. Qualiter unũquodq; elementum ab oppoſitis patiatur: qualiter ſydera/ſtellæq; erraticę uarient uirtutes elementaq; corpora modo per illuuiem & generis humani iacturã: ac ꝑ fatũ deturbent̃: & ueluti quæq; infirma ſint: & terra & montes mutẽt ſitũ: philoſophorũ eſt potius q̃ meum diſputare.

EVARISTI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. VII

Lex Variſtus Iudæi filius in Græcia ortus ante martyrij coronationẽ in urbe titulos pre
e ſbyteris diuidens epiſcopo prædicanti ſeptẽ diaconos ſocios/ cuſtodeſq; operũ adeſſe: & plębis in epiſcopum accuſationẽ nõ ignauiter admitti ſanciuit. His & pluribus officijs ad ampliandam eccleſiam functus Traiani: ſiue (ut quidã exiſtimant) Adriani
Adrianus iuſſu necat̃. Adrianus exemplis & hereditario iure efferatus/exeſas Chriſtianorũ reliquias immanius antiquaſſet: niſi libellis ſanctorũ admonitus cædes cõſultius fieri ſtatuiſſet. Qui ut quedã ſacra ipſo auctore religioſius augeri ac uenerari poſſent: Athenis hyemauit. Quadrato & Ariſtide libellos de ſinceritate fidei Chriſtianæ a ſe cõpoſitos: offerentibus Adrianus precibus: ac amborum grauitate mollitus Fondano Aſiæ proconſuli: neminem e fidelibus niſi de accuſatione & crimine prius conſtaret/occidi debere mandauit.

EPISTOLA OCTAVA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ioanni cardinali fœlicitatem.

Elu/niues/iter inæquale/flumina glacie cõcreta: Ianuarij aeris intemperiẽ minime
g percæpi: ſane quia te Benoniæ rebar ſalutare: quodq; in cõfuſione domus Symonetarum ꝑ me decertaſti fortunas offerre/gratiaſq; geſtiebam referre. Deceptus quia diſtas elangui modo abſens effigiem & brachia tendo: & ea deuotiõe qua uacat ex intimis penetralibus me tibi cõmendo. Dum ſydera cernã: deoſq; adorabo: & dum ſpiritus iſte perennis poterit affari: me tibi & tibi deuotis debere palam nõ intermittã profiteri. Inſubres & reliqui garrulitate famæ decepti ſuperſtitionibus inhærentes te: & imerito exulem pontificem ingratũ: eo quia tuo fonte irrigatus uiret/certatim memorant. Cum iſti ſint proteruo genij: & nugatores hos multos blaterones exiſtimo mentiri. Si ſeducor: & ſecus eſt dei tonitrua/coruſcationes/fulmina ne ſim ſacrilegus/ nõ audeo damnare: quoniã illemet omni-

potens quando deuotius uidet trepidari: tela reponẽs hilaritates/ candidioreſq; dies redde-
re ſolet. Non utiq; fulminare: aut genus humanum diluuijs perdere inſtat: quia ubi diu intonuit/noſtrã imbecillitatẽ beneficijs potiuſq̃ flagello caſtigat. Inſidias/uerba arrogãtius elata: prodigia: fortunæ incertitudines: tumultus: ſuſurramenta funditus uelis Bonifacio hortante irridere. Inter reduces nemo cõſpectius in tam celebri choro effulget: fœlicibus auſpicijs ſi nõ iuuenis/certe ſenex eris pontifex (teſtor deos) omnino ſummus. An ſim homo ſydereus præſagijs archana deorũ interpretari ſolitus: uel tibi (ut multi hoies) adulari uelim: ſi interrogas/reſpõdebo. Pſeudo uel adulator nõ ſum: odi malos talia calumnioſe profitentes cœli motus: & quomodo fortunent uel in regnis operent̃: ſat hactenus cũ laude ſtuduí. De orbibus modo & ſæpe alloqui ſum promptior / q̃ ſcd'm uires taliũ circa euentus ambiguos operari. Elatione animæ ut Tireſias/ut Ioſephus non decipior (ſaquet mihi deus) ſcio coniectari. Veſpaſianus capta urbe Iotapata Ioſephum hebræorũ ducem opidi preſidem uiuum Veſpaſianus
Neroni cũ mittere deſtinaret: Ioſephus uenturorũ preſcius Veſpaſianũ ac Titũ filiũ & duos amicos ſeuocat/& ait: Noli me ad Neronẽ cito moriturũ mittere: tu ☉ & Titus iam mari & terræ Cæſares eritis. Si adulari: ſi mentiri ut ſoſpes euadam/formidas: ad imaniſſimos nus in Ioſephum
excruciatus niſi prope diem ita euenerit/me ſeruabis. Veſpaſianus eludi ueritus ominantẽ cathenis: ꝙd Nero occiſus eſt/ſeruauit: & iuxta uaticinia ambo orbi imperarũt. Omine noſtro lætus ſic aſtra uolunt nutantes firmabis animos: cui minus q̃ Dauid cõſpirationes/inſi- Dauid
dię/odia/minæ/probra poterũt obeſſe. Golia interfecto puellæ iuuenesq; pſallentes: & prophetæ Dauid regẽ futurũ præcinuere. Rex Saul uaticinijs alienatus generũ ut hoſtem cum Saul rex
cohortibus innixus eſt ꝑ deſerta inſectari. Abimelech ſacerdos & propheta Dauid egenũ per ſpecus per ſolitudines latitantẽ hoſpitio excipit: quẽ abeuntẽ iuuit comeatu. Saul blandicijs ac hoſpitalitate audita Abimelech cũ progenie & centũ prophetis interfectis etiã Nahan prophetarũ ciuitatẽ cum mulieribus infantibus & ſenibus ſceleſtius ſuccendit. Saul in generũ totiens fruſtra molitus: ut de cõmiſſis pœnas lueret: in cõflictu hoſtium Dauid exulante occidit̃. Dauid exterminatus ex rapto cũ ſuis prædonibus uiuere coactus regnũ Hieroſolymitanum: paſtor qui ante fuerat ut ſortes cecinere/eſt adeptus. A filio Abſalon ignominioſe a beatitudine regni deturbat̃: ſed filio in acie occiſo beatius/q̃ ante ꝑ tot inſidias nudis pedibus qui euaſerat/imperauit. Herodi puero a regia ſtirpe alieno fatidicus regnũ præ Herodes
dixerat quin dominaret̃: uis nulla: inſidiæ: proditiones nullæ hoſtibus in ipſum ſemp molientibus profuere. Hieroſolymitani primates Hircanũ pontificẽ & regẽ in Herodẽ: ac in patrẽ eius Antipatrẽ cõtinuo irritarunt: Herodẽ in Syria qui mira ſuæ probitatis preconia contra latrones geſſerat hoſtilius accuſantes. Ab Hircano ut pro reatibus & æmulis ſatiſfaceret: Herodes accitus ubi per iudicũ examina ſe carnificibus tradi debere deprehendit: fugiens cum delectu ac deinde reuerſus per patrẽ: Hircano recõciliatus arma depoſuit. Anti Antigonꝰ
gonus Hircani nepos cum Pacoro Parthorũ regis filio Syriam qui inuaſerat/ in patruũ con Iudæus
ſpirat: ſcilicet ut eo a principatu amoto Herodẽ cum proximis interficiat: accumulatis muneribus paciſcit̃. Parthi ac ſi nihil hoſtiliter eſſent acturi. Hircano dolis in Parthiam adducto Antigonum coronant: Herodes fugiens ab inſectatoribus q; intercipi formidans: ut ſeipſum confoderet/mucronẽ arripuit: ab amicis egre prohibitus: cum nihil curioſius q̃ illius necem hoſtes affectarent/eorũ rationibus uixit. In mutatione fortunæ a rege Arabum maioribus ſuis aſtricto multa cauſante regiam cõtangere eſt ꝓhibitus. A Cleopatra in Aegypto fucatis uerbis & ab amicis illuſus: a fortuna inopiaq; undiq; exagitatus in Italiam ſqualidus ſe recepit. Antigoni cum populo Romano hoſtilitatẽ: ſuas ac patriæ calamitates enarrans: Antoniũ priſtinæ fœlicitatis memorẽ flere coegit. Octauius quãta auxilia Antipater
Cæſari cõtuliſſet: recordatus pro Herode una cum Antonio in ſenatu ſupplicauit. Cum nõ regnũ/ ſed ſibi ſuiſq; contra populi Romani hoſtes miſereri poſceret: ex inſperato cũ nihil tale arbitrareť: Hieroſolymitanus rex Herodes a patribus decernitur: qui Antonio iubẽte
cõtractis auxilijs: cũ ante a toto urbe exul uix impune per diuerſoria poſſet hoſpitari: tam amplo Imperio a fatidico ſibi puero enunciato cõtra omniũ opinionẽ eſt potitus. Octauius Octauius
Gaij Cæſaris adoptiuus: quoniã in ortu aſtra illi Imperiũ ſpondere augures prædixere: Cæſare in cõclaui ſenatorio occiſo longe plura q̃ dies haberet: cũ Antonius palam/ſenatoreſq; rectius illi inimicarent̃/pericula tulit. In rebelles uictor ab expeditione/uel potius ab exilio
ſenatoribus inuitis rediens cũ Lepido & Antonio orbis moderamina inuaſit. Proſcriptio-

nibus expletis: ac ad nationes ſecedentib⁹ triumuiris Octauius naufragijs ſiculis factus inops: & naufragus uario uitæ diſcrimine ſextũ Pompeium ſucceſſibus marinis gloriantẽ in Sicilia bis reſtaurata claſſe debellauit. Interim terra ac mari clades/hoſtes quoq; & interitus quomodo euaſerit: qua etiã gratia p Mœcenatẽ tumultus Romæ ſedauerit/arduũ foret explicare. Ipſe iuuenis cœli beneficio infracti animi ſextũ Pompeium Siciliæ ac Hiſpaniarũ: Lepidum Africæ/Antoniũ Aſiæ dominos ſubegit: & orbis Imperiũ per tot inſidias/ tot ciTyberius uilibus bellis obtinuit. Tyberius cũ omnia niſi imperiũ ſperaret: ex inſperato & ipſe imperauit: qui uxoris procacitatẽ ac quædã probra perferre indignatus: Rhodũ omnibus inuitis in exiliũ uoluntariũ abijt: & Octauio poſtea indignato uix reditũ per Liuiam matrẽ hac lege: ut ueluti priuatus uiueret/exorauit. Obſequẽs præceptis cum cunctis ſubmiſſus legi obtẽperaret: ab Auguſto in filiũ amicis ſecus interpretantibus adoptat̃. Tu quoq; qui corde forte deſperas: meis præſagijs uelis inhærere: quoniã ſi nõ iuuenis omnino ſenex te pontificem ſummũ adorari uidebis. Ioannes cũ ſit hominibus naturale ſemp debere pati: mites qui iniurias remittunt: ſunt apud nos heroes/ſemidei: ac diuinitati merito omnino acceptiſſimi. Nihil eſt hoſtilius q̃ reducẽ ſimultates recordari: licet nõ fueris exul ut cõmunẽ errorẽ inſequamur: cõſulo in comitatẽ/benignitatẽq; reſoluas. Exules ulciſci die noctuq; ſemper inhiantes auidiſſime ſupplicia ac cruores: & ſi quid eſt deterius/hauriunt. Herodis: Tyberij poſt adeptũ imperiũ truculentia: quanta ſit in animo exulũ ferocitas/profecto teſtat̃. RaFormoſus bies qualis in profugis & factioſis ſit: Formoſi pontificis geſta tot probra ab ipſo cadauere pontifex perpeſſa ſatis ad bene uiuendũ erudiunt. Tu magnitudine animi Cæſareus anxietates utilium imiteris/officijs & opibus/omniq; comitate antiquabis. Si ſic de teipſo quod rari hoies attingere poſſunt/triumphabis: poſt factũ æternus illuſtribus præconijs perenni laude/gloria ue iterũ reuiuiſces: ut Bonifacium ſancta perſuadentẽ benignius audias: Dauid: Auguſtumq; ſumme in exemplum: qui quoniam poſt exilia reuerſi mites facileſq; fuere: pro dijs apud priſcos & apud nos pariter uenerari ſolent. Quia Herodes/ quia Tyberius feris profecto fuere immitiores: perpetuæ nunc quoq; ſubiacent infamiæ.

ALEXANDRI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. VIII.

Lex a Lexander Alexandri Romanus iuuenis adhuc in põtificali maieſtate iuueniles uoluptates abſcindens ob memoriã Chriſti: hoc eſt corpus meũ/in ſacrificio dici: in cõſecratione aquã uino admiſceri: & ut ſacerdotes ſacris orationibus & admixto ſale aquam ſanctam quam nos ſic appellamus/cõficerent: qua in templis: in cubiculis ad malos dæmones fugandos Chriſtiani utunt̃/ſtatuit. His ſtatutis ſanctiſſime functus martyrij ſplẽdore aſtra conſcendit.

EPISTOLA NONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ioanni Bentiuolo Bononienſi dictatori fœlicitatẽ.

Go Bonifacius ſapientũ affectator Romã horũ cõfugiũ: & mirabiliũ ſpectaculorũ Hercules e quondã caput Herculi minime cõferendus nunc gradior. Hercules em̃ ut monſtra magnis uiribus ſubijceret: per nemora/ per regiones ac maria ſolitus eſt peragrare. Ipſe ego ad prælia nõ lacertoſus: portentorũ intuitione minime contentus: ubi celeberrimi heroes coluntur/lẽtor debita ſalutatione morari. Alpes ante imperuias/ſcabras/ inacceſſibiles Hercules dimenſus inter ſtupentes nomẽ dei eſt adeptus. Si iter ante inexpertum ſi eius acta diſcutimus: nil niſi rupes efferatis hominibus: urſis cæteriſq; feris exuberantes ſuperauit Almenæ filius. Si in præruptis conuallibus indigites fortunatiſſimos quales ego uenor/inueniſſet Alcides: nõ exiguí numinis/ſed Iouis ſacello fuiſſet ueneratus. Alpes & nocte flagrantẽ Chimerã: Herculiſq; trophea aſſiduis ſapientum comertijs præoccupaſſe/nõ erubeſco fateri. Monſtris neglectis amplæ ciuitati & tibi: quem iamiam ſalutabo/fui (teſtor numina) ſemp deuotus. Ego aduena palam qui adulari tibi uir inclyte nunc uideor: qui ſim ſi forte ſciſcitaris/reſpõdebo. Non mercator: nõ hiſtrio: nõ ſum Mercurius qui Argum/& tot oculos fefellit: non ſum Iaſon uelleris aurei: & Medeę affectator: non Theſeus aut Perithous fœminarũ raptores: nõ ſum Oreſtes e tẽplis ſimulacra ſolitus furari. Bonifacius ſum hoſpes qui te ſalutatũ accedet/e Symonetarũ ſtirpe ortus: quã proximis annis iactatã fortunæ tẽpeſtate nõ ignoras: cuius calamitas me quoq; oppreſſit. Q; ſi inter lachrymas fabulari licet: Pallas Perſeũ fratrẽ in laboribus ſolita comitari: cũ reliquis deis mihi in anhelitu perſiſtenti nõ defuit: imo facilius q̃ Bellerophontes: Aſtanobea/ cæteriſq; fortunæ inſidijs ſu-

peratis ultra prodigioſam Chimerã enaui. Ioannes quia exitioſi hoies delictis & iniq; euentu: plærũq; ſic uulgus/ſic ſapiẽtes etiã aiunt/plecti ſolẽt: q̃re ergo ita fuerim iactatus/inique cõiectando forte miraberis: deinde de aliquo acto reatu: quia prudentia ſic augurari ſuadet ni fallor/ſuſpicaberis. Teſtor orbem q̃ neminẽ uiolaui: & q̃ de me nemini licet niſi ſincere interpretari. Inſidias: regios faſtus: arrogantiã: legationes: reſpublicas: & earum lucra ſum ſemper aſpernatus. Vt Numa tyrannidis imunis ſolitudinibus/religioni magis q̃ regijs certe uacaui. Non me ſordes: nõ maiorũ caligo/ſed opũ inexpiabilis fames mihi impremeditato & alia curanti obſtitit. Ob liberalitatẽ q̃ Craſſo eſſem ditior: credulitas me illomet turbine ſcopulis impulit. Et ſi ex his malis eſſem mẽtis impos: tñ nõ oportuit torpere: ſed mihi a tot procellis in littore deſtituto: qui foueri/conciliariq; egebam: reliquias diſiectas cogere: naufragos affari: & ut bene ſperarẽt/oportuit exanimes exhortari. Inclyte uir ego titubans & orbus proximorum capulo inhærens circa rogos: cum flamina ſeuirent/funeſtatos ſolabar. Inclyte uir ne me ecompoſito uel naturali inclinatione has oſtentationes/ & ambages has premiſiſſe putes: ad id quod eſt optatius/compendioſe diuertar uirtutis ac nominis tui ſtudioſiſſimus: quem ut in tuos admittas/rogo.

SIXTI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. IX

Ixtus cũ tormentis & cædibus quæq; referta adeo horrerent: ut pauci nomẽ Chriſti
f profiteri auderẽt: omni integritate p fidelibus inuigilans gallis ſibi chriſtianũ præſidem dari expoſcẽtibus Peregrinũ ciuẽ romanũ miſit: functa legatione Peregrinus Peregrinus Romã reuerſus nõ uno ſupplicio occidit̃. Sixtus ante ſibi iminens martyriũ: fœminas omLex nino a ſacramentis arceri: myſtica/ſacra uaſa a nullis niſi a ſacrorũ miniſtris tangi: ne ue ſacerdotes corporale ex alio q̃ linteo panno puriſſimo cõficerent: & q̃ epiſcopi Romã uocati redeuntes a ſuis nõ reciperentur: niſi ſecum litteras pontificis plæbem ſalutantis afferrẽt: inſuper q̃ in celebratione ſanctus/ſanctus/deus ſabaoth canerent/cenſuit.

EPISTOLA DECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas fratri Iacobo de Caçulanis ordinis Ciſtercienſis fœlicitatem.

Irca myſtica cũ quotidie multa ſciſciteris: pauca cõpendioſius quã poſcas/ aduerte.
c Alexandrũ: Sixtũ & reliquos pontifices poſt Petri conſecratione quaſi ante rudem: omnia ſublimius deuotiuſq; ornaſſe cõperimus. Prima ne mireris principia parua: q̃ntitate ac uirtute magna ſunt. Primi auctores ſic ut opus eſt/inexperti exordia ut poſſunt: ſanctiſſime/ſed rudia tradunt: in qua lima minorũ decus addendo ſumme operat̃. Ineptias maiorũ innumerabiles excepta cuiuſdã philoſophi ſentẽtia recenſere omitto: qui cũ de magnitudine/natura/ſpeciebuſq; ſyderũ diſceptaret: ſuam habitudinẽ per principia ſic credulus uulgauit. Supra oẽs urbes unũ cœlũ funditus ex auro: inferius ỹo inſtar uanni aliud perforatũ eſſe: per qđ ſydera & imagines cõcerni poterant/ſolitus eſt imaginari. Ita quoq; Conſecracõſecrationis principia ſi fas eſt inuicẽ talia ſimilari: licet ut nunc foret uirtute magna: tamẽ tionis adinſtar tẽporũ noſtrorũ illa rudia extitiſſe nõ negamus. Petrus cõtemplationi ac prædicatiditiones ni magis q̃ cerimonijs intentus: nudo & ſimplici ritu cõtentus illa oratione tm̃ pater noſter in cõſecratione utebatur: ſed ſucceſſores ut Alexander & Sixtus a Petro ſummoq; motore inſpirati ornatius decora multa ut nunc dicemus/cõſecrationi addiderũt. Cœleſtinus miſſę introitũ inuenit: Gregorius/Kirieeleyſon: Gloria in excelſis deo: Theleſphorus orationes: Gelaſius/epiſtolã & euangeliũ: Hieronymus/alleluia: Symbolũ ỹo in cõcilio Niceno emerſit: mortuorũ cõmemorationẽ Pelagius ſtatuit: thuris fragorẽ/Leo tertius: oſculũ pacis/Innocentius primus: Sergius ut in ſacrificio agnus dei canerẽt/præcæpit. Patres noſtri iuſtiſſimi/quos tu tam ſumme laudas atq; iuſtiſſimos prædicas: talia præcepta nobis tradiderũt. Iuſtitia naturæ tacita conuentio in adiutorium mũltorum inuenta eſt: quę etiam lex diuina Iuſtitia & uinculum ſocietatis humanæ dici poteſt: ideo præclariſſima uirtutũ uidẽt eſſe iuſtitia.

THELESPHORI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. X

Heleſphorus græcus patre Anacorita ortus ante martyriũ ſeptẽ hebdomadibus añ Lex
t paſcha ieiuniũ obſeruari: in natalis Ieſu chriſti nocte tres miſſas celebrari: primam in dimidio noctis: ſecundã illuceſcẽte aurora: deinceps in tertia ſanxit: cũ tale myſticum eſſet ante tertiam tunc interdictum. Vt etiam ante ſacrificium Gloria in excelſis deo/ſacerdotes præcinerent: Valentiniana hæreſi orta cauit. Valentiniani Chriſtum de corpore Hereſis

uirginis nihil ſumpſiſſe; ſed per eam tanq̃ per fiſtulam quandam pure tranſiſſe dicebant.

EPISTOLA VNDECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Laurentio de medicis fœlicitatem.

Octauius

Ctauius apud Actium de Antonio: Cleopatraq; domita claſſe uictor ne reſpirarẽt: eoſdẽ inſectatus ut obſeſſi ſe cõficerẽt/ coegit. Alexandria & Aegypto potitus per otium excelſa ægyptiorũ redimicula: ac Alexandri Olympiadis corpus cõtemplari eſt ſumme oblectatus. Alexandri cadauer corona aurea & aſperſione florũ ueneratus/illud molliter recondi iuſſit: an Ptolemæi reliquias uellet uidere interrogatus/regẽ nõ autẽ mortuos uoluiſſe intueri ſciſcitantibus reſpõdit. Sic quoq; ego Bonifacius Romã cũ ꝓficiſcor: Florentiã Italiæ iubar ut te uirum affari poſſem/applicui. Nõ me tuæ urbis clara faſtigia & marmoreæ cęlaturæ hactenus: uel ut hoïes quales noſtra patria ſimiles gignit inſpicerẽ/tenuit. Sane ut uirũ ꝓbiſſimũ uiderẽ/acceſſi: muſis: philoſophis: gentibus: numinibus: deoq; (ut ferũ) gratiſſimũ laude: maturitate: ſollertia: ingenio: affabilitate eminentiſſimũ: qui aſpirante fato uel magis prudẽtia plures inſidias: plures labores q̃ Hercules eſt perpeſſus. Poetæ Herculẽ laudantes: illũ perdomuiſſe mõſtra: ac ſuſtinuiſſe cœlũ fabulant. De Laurẽtio horribiliũ proditionũ: ſiccariorũq; ſuperatore nõ ſic inaniter fabulari: ſed uere admirari uacat. Laurentiũ ueſtigijs paternis auitiſq; inhærentẽ Italiã labentẽ ſuſtinuiſſe: qui ſunt ſane mentis/omnes ad unũ prædicant. Et ego quorundã archanorũ cõſcius ſic rationabilius ſentientes nõ mẽtiri: poſſum impune ꝑ deos teſtificari. Perſeus impiger ultra Aethiopiam (ſic ſcriptũ eſt) euolans Meduſæ mirabili mõſtro ceruicẽ ſecuit. Ex tali unico ſuperato hoſte in gloria perennis in q̃cunq; ſæculo erit memorabilis. Tu qui a tot Gorgonibus ſeptus uictor euaſiſti: quale nomẽ inter heroes memorabile habebis? Alexandrũ Philippi aut Mameæ: ac tot Cæſares: quia potius armis q̃ cõſilio cõtra hoſtes cõflixere: nõ audeo tibi præuidẽtia cõſilioq; potẽti præferre. Rhinocerotis: leonũ cæterarũq; ferarũ cornu uel unguibus inter

Numa

eſt certare: uerũ hoïbus laudabilius eſt præuidẽtia tẽpora obſeruãdo pugnare: ut Numam ſacrificantẽ dicamur imitari. Numæ hoſtes erupiſſe: ſuburbiaq; tenere: dum nũciarẽt: curſitent (inquit) populenẽt: ſibi indulgeant: quo uelint/ euagenẽt hoſtes: Ego Numa ſacrificijs fretus ſuperna deorũ auxilia ciebo. In aſtronomia & ſi aliquid lucrubrarim: non poſſum tamen adhuc niſi ꝑ amœniſſimũ otiũ: ut qñ mihi fortuna arridere uolet: aliqd̃ delectabile uaticinari: & q; tibi Italiæ patri cuncti debeamus/fas erit facundius: adſint numina uotis tempore ſereno profari. Progeniẽ medicorũ genus nõ mentitã quẽadmodũ gentibus frugi fuerit: teq; tale iubar quale palladiũ ancilleq; fuit recẽſere omittamus. Italici proceres: oïs Duces: necnõ reges tibi blandiri ſoliti: qua circũſpectione polleas: ſua cõgratulatione ſuis muneribus ſignificant. Vidi Florentiæ moles & templa per patrẽ natumq;: quæ Aſiano cenſu erecta iudicari poſſent. Si per hęc præconia de medicis ſine adulatione fas eſt pronoſticari: ſtirpem de medicis a Cõſtantino: qui ubiq; terrarum tot delubra erexit: uel potius a deo ex quo ſic diuinitati hæret/emanaſſe dicemus. Pater & natus ędem Laurentij martyris laudabiliorem/q̃ epheſiæ Dianæ templũ cõdidere. Ad illã architecturã tota Aſia per trecẽtos annos anhelauit: At iſti fortunatius in trecentis fere diebus tam mirabilia tẽpla expleuere. Pyramidum ac Mauſolei amplũ & arduũ non negabo fuiſſe opus. Sed cũ ille ſtructuræ eſſent ad libididinẽ quietemq; hoïm: tua ꝯo ſint oracula deorũq; receptacula: priſcorũ laudes negligamus: ut Laurẽtio ſanctorũ ac dei edituo rationabilius plaudamus. Inclyte uir quis ſit iſte aduena tuorũ actorũ cõprobator: qui modo ſcribit ſi ignoras/teſtificabor. Sum Bonifacius Symoneta dei clemẽtia doctor & Abbas: qui a fortunę iniurijs ut a graui ſopore expergefactus Romã illius antiqua/recentiaq; miracula uiſurus propero. In hac peregrinatione Laurentiũ hominẽ inuictũ uirtutis cõfugiũ Piſa na gymnaſia fouentẽ: ac Florẽtiæ dictatorem preſtat ſalutare: ſic iter/ſic cõmentaria p te probitatis fontẽ exornare: & q̃ ſis egregius: quantũq; inter Italos fulgeas: meo ore ſciſcitantibus licet nulla præceſſerit amicitia/potero

Amicitiæ diſtinctio

referre. Si tñ amicitias diſtinguimus: uera inter nos diu amicitia eſt. Eſt etiã quædã amicitia propter utile: ut mercatorũ & inuicẽ cõuenientiũ alia eſt iuuenũ uoluptatis gratia inuicẽ ſe cõbinantiũ: tertia ꝓpter honeſtũ ſeu uirtutẽ eſt: ut illa quæ inter ſapiẽtes & philoſophos reperitur. Primæ non ſunt ueræ: ſed participatione accidentales magis: nam remoto uinculo priores amicitię ſoluuntur. Tertia ꝯo ſemper extat: quoniam ipſa idem facit nolle & uelle: nam inter tales eſt quædam exiſtentium bonorum æqualitas.

IGINI PONTIFICIS INSTITVTA ET PERSECVTIO. CAP. XI.

Lex

ĩ

Ginus græcus patre philoſopho editus: ne templa ditari/ augeri/ uel minui ut ſine celebratiõe: & epiſcopi arbitrio poſſent: inhibuit: materiã quoq; in ꝓphanos uſus cõuerti: uel ad ſtructurã alterius templi niſi epiſcopo cõcedẽte trãſferri ꝓhibuit: in baptiſmo etiã infantiũ duo teſtes ſaltẽ intereſſent: quoꝝ unus maſculus eſſet ꝑcipiens. Hæc Igino digerẽte Marcion deũ: qui mũdum fecerat: Chriſti patrẽ eſſe negabat.

Baptiſmꝰ

Hereſis

EPISTOLA DVODECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Lazaro Thedaldo artium ac medicinæ aurato interpreti fœlicitatem.

Azare ſi ab amicis de itinere meo hyemali interrogaberis: ut concinne reſpondeas pauca referentẽ aduerte: Boreales Scythicosue Ianuarij habuimus algores: Cenũ in Ianuario exudis menſibus profundũ: crebris preſſuris perforatũ: inæqualiterq; concretũ equis: & aſſeſſoribus calamitoſum: pede ire cogens cõperimus. Glacies fractæ a niuibus nocte ſuperuenientibus recte: & a leribus foſſæ nos ſalutis ancipites crebro reddidere. Diuerſoria quieti explorata nõ fortunatius: cum frigora flammis opus erat arcere cõ ſuluere. Ne uentus a tergo poſſet ſubingredi hoſtia clauſa fumũ oculis infeſtum: & lachrymas ocius ſciebant. Si: ut in regia mea congeſtis roboribus hoſpicia incaluiſſent: nos equidem fumus iam orbos examinaſſet. A Placentia ad alpes uſq;: ut apud Inſubres eſt nemoꝝ charitas: Herculeam: Perſeamq; uirtutem per uberrima conſita uagãtes/gelu/niues: ianuarij intemperiem/ac flumina glacie concreta ſuſtinendo ſuperauimus. In montium aſcenſu in eo loco: quẽ Pianorẽ appellant: quod nõ rebar: in ianuario Romã uerſus temperiẽ offendimus. Rupes rigidiores unius/duorum/trium/& ultra cubitorũ niuis altitudinẽ ſine quauis algoris immanitate habuere. Salubriores ſunt uiatoribus cõgelatæ niues equos ad pectus uſq; (ne profundentur) ſuſtinentes. In aliquibus tamen montium flexionibus/& hiatibus/uel qũandoq; in planicie: ſi in tali peregrinatiõe planicies ſpacioſa reperitur: uenti a niuibus efflantes faciem: & corporis partẽ intectam fere urebant. Romã uſq; accliuia atq; decliuia emenſi cum ceno lapidibus permixto ſoſpites uenimus. Limus in faſtigijs colliũ: & præcipitijs æque ac in planicie accerrimos equos hebetauit. Inter hos rigores: quo ad aeris bonitatem: deos facillimos fuiſſe ſcias: nulli imbres: nullæ niues in die: cum nocte fragores pluuiæ/ niues caderent/nos perturbarũt. Si in luce nimbi infeſtius effluxiſſent: æque ac Hannibalis exercitus inter alpẽs comites: aut famuli molliores defeciſſent. Lazare epilogemus nullus aeris uel mentis inops ſenex/mollis/ effœminatus/ac qui delicias per hoſpicia reperire cupit: in ſexto/uel ſeptimo clymate in ꝓfunda hyeme peregrinetur: ſecus hyperboreos ſiue rhipheos mõtes apud nos adhuc inexpertos iurabit uidiſſe. Recordaris ne? q; Hannibal ꝓuidus his oris finitimus nõ in horrida hyeme: ſed ĩ initio ueris nimiũ feſtinus: nimbis implicitus: & uentis e ſuis militibus/iumentis & ſocis multos cõſumpſit: ipſe dux luminũ ægritudine ob aeris intemperiem correptus oculum amiſit. Recordaris ne? q; cũ Lucullus Tygranem Armeniæ regem fœlici prælio proſtraſſet: nec militẽ uellet ocio fouere: cũ quædam remotius debellanda forent: & Lucullus turmis loca ambiret: repentino gelu: & niue præuentus: contractuſq; torpuit. Cum e generoſitate animi ibidem uellet tenacius morari hoſtem ſibi adeo exercitũ fecit: ut cũ ante eo nullus fuiſſet fortunatior: mutata fortuna nihil habuit ſuo milite hoſtilius: deſertus a cunctis dato ſibi Pompeio ſucceſſore in patriam cum paucis reuerſus uix triumphauit.

Hannibal

Lucullus

PII PONTIFICIS INSTITVTA. CAP. XII.

Lex

p

Ius Rufini: Italus paſca in die dominico celebrari ſtatuit: atq; in attractãdo Chriſti corpore & ſanguine ſacerdotes ſolertiſſime: ne quid iacturæ fiat: ſtuderent edixit. Negligẽtes vero: & ꝓ incuriã circa ſacrificiũ delinquẽtes quadraginta dierũ pœnitentia plecti iuſſit. Si per reuerentiã eoꝝ in terrã: ſuper altare linteũ ſacratum ceciderit: huic mulctæ ſubiacerẽt. Sacerdos lambere: loca abluere/ rãdere/ raſum cõburere: uel in ſacrario locare teneẽt. Titianus ſæuerus: & eius imitatores Seuerini nuncupati hereſim deduxerũt. Hi uinũ nõ bibũt/carnes faſtidiunt: uetus teſtamentũ: reſurrectionẽq; nõ admittunt.

Hereſis

EPISTOLA TERTIADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Franciſcę Senenſi: & Vati fœlicitatem.

1 Odouico Martinocio inter tuæ ciuitatis primarios ſine aliqua ruſticitate inſigni: a fortuna quondam inſtar Cæſaris iactato: inter reduces Camillo reipublicæ frugaliſ or: quid de decore/uenuſtate/& eminentia puellarū Senenſiū ſentirem: dum quędā per me in orbe uiſa recenſerē: percontanti dixi: ꝙ ſi fabellas quandoꝙ euagari licet: ſi a Venere: Adonidis ac Martis cōmertia: ſi a Pallade Gorgonis mōſtrū: ſi a Iunone: ne ſit Saturnia: notas adimamus: ꝙ Senēſes ſic cōſpicuas: iudicarē eſſe deas. Et Alexandri in his maAlexāder turitatē dixi etiā obſeruandā: qui rex circūſpectus perſicas puellas ſpecie miras uenenum oculoꝝ arbitratus cōmertia: choreaſcꝙ taliū: ne per incōtinentiā elabi poſſet: abnuit. Lodouicus iterato blandius inquit: q̄ fauorabilius de Senenſibus uirginibus arbitratus eſſes ſi Franciſcā: quæ Amaznoes: Atalantas Hypomenem agilitate ſuperat: uidiſſes: Sparthanas Aſtaſia corde: Helenam & Aſtaſiam ſpecie: uenuſtate: & quaſcunꝙ doctas ſcientia ſolita obtenebrare. Aſtaſia eximio cultu decantata quoſcꝙ ad ſe cōuerſos uenereis illecebris: ac ſi flāmis aſperſas ſagiptas miſiſſet: urebat. Ipſa ſpecioſiſſima nihil cōſcia filios ī patrē quo nihil fuit crudelius: armauit. Dariū Arthaxerxis filiū cū quinquaginta fratribus in parentē Perſarū regem cōnubia: aut alia gaudia turbantē cōiurare coegit. Dumꝙ generoſitatis ſplēdorem Franciſcæ patriā/proximoſcꝙ: & corpus tam argutū/cæteraſcꝙ dotes pene ſtupēdas laudaret: dum Italicis mulieribus te præferret: Lodouicus arridens inquit: admiraris: & de ea adhuc nihil diximus: ī toto orbis ambitu nulla mulier eſt doctior. Si ut Orpheꝰ hymnos pſallēdo liras increparet: certo ſcio: ꝙ ornos/ſaxa/eumenides/ parcas/manes fidibus ad ſua uota ſcieret. Si quādoꝙ: Barbara Pyramidū ſileat miracula memphis: præcinit. efferatas barbaras nationes qua libidine: Aegyptiꝙ reges quanta impenſa ſtructuras coegerint: necnō uocabula ſua lucubratione digeſta ita cōcinne enodat: ut nihil ſit doctius/elegantiuſcꝙ audire. Ita miro ordine affectu: & grauitate ipſe diſertus mores tuos: & facundiā effinxit: ut decimā te inter pyeridas: & fontē Heliconis funditus hauſiſſe credā. Si aſtra dimenſi nō fallun tur/ac ſitus/maria/opiniones/regna/ magiſtratus fœlicius quādoꝙ pauges/ coniunctiones & aſpectus cœloꝝ reiterant: ꝙ temporibus noſtris ille priſcus Romanoꝝ uigor reuiuiſcat longe gratulor. Italicæ matronæ illo candidiores ſęculo ingenij/ ac corporis uigore effulgēCloelia tes Cloeliæ pſimiles aluere. Seres timidos: ut lepores: ut cuniculi mites: qui hominū cōmerSeres tia abhorrent: feris perſimiles damnamus. At Cloeliā regi Porſennæ obſidem: ſtationarios fuga illudentem: letiferoſcꝙ amnes tranantē laudamus. Virgines ea tempeſtate in apros: in leones uiros imitando uiſæ ſunt armari. Imbelles uero græcis: Italiciſcꝙ diſciplinis imbutæ aſtronomiā: cæteraſcꝙ mathematicas ſcientias tenuere. Magnæ cœloꝝ reuolutiones Franciſcā/ genere ac ingenij uigore præclarā nobis ut uirtutis rediminculū cōtulerūt: ut tali beneficio ſublimius ditati generi humano numina iā miſereri intelligamus. Franciſca alumnus & altrix/atcꝙ tuus uterꝙ parens nihil fœlicius orbi edere potuerunt. Frater tuus comptus: ut alter Apollo: & coniunx nulla probitate Paridi inferior: atcꝙ conſanguinei te ſoſpita: q̄ ſi orbi & omnibus theſauris imperarent: beatiores ſunt. Me longæuum: & circa quintum ac quadrageſimum annum uerſari ſcias: ſum tibi ob canicíem iam pater: Franciſcam ego uirtutibus immenſis uenerari dignam: ut natam amo. Nec quia ſim ſacerdos: in patrem uelis me aſpernari: ne pater ſim: nec tu: nec ego poſſumus iure negare. Abbas. cū Syrum ſit uocabulum: ꝙ idem ſit Abbas: ꝙ pater interpretamur. Filia ergo percelebris: quæ gratius: q̄ Demoſthenes: & amœnius q̄ reliqui oratores peroras: ſiue ortus: ſiue occaſus: uel quæuis alia ora a te me ſubmouet: te in cordis penetralibūs habitā/ laudatam/ honoratāꝙ habebo. In quo pede/ac facundia oblectaris: ut canere uelis: te Franciſcam per ſydera & orbium motores adiuro. Non ero ſegnis: enitar reciprocari: ſic te merito mulierū manus potero nunManus cupare. Manus eſt organum organorū: & eſt tale inſtrumentū: ꝙ in eo omnia alia inſtrumenta conueniunt. Quis ſim ſenex Franciſcæ dabo certaminis palmam: qui & ſi iuuenes temperati ſint: ſenes nihilominus: quia in eis motus: & paſſiones ſedatæ ſunt: melius intelligunt totam hominis uitam in iuuentutem: & ſenectutem diuidendo. A talibus infantes: quia diſcere uel iudicare non poſſunt: abdicamus: & intellectum a ſomno/ebrietate/ ægritudine liberamus.

ANICETI PONTIFICIS INSTITVTA: AC INNOMINATA PERSECVTIO. CAP. XIII.

a Nicetus Ioannis Syrus: ante martyriū clericos comam nutrire uetuit: & in ueſtibus modeſtius negotiari: Epiſcopūꝙ nō a paucioribus/ q̄ a tribus uiris eiuſdē ordinis cōſecrari poſſe: decreuit: atꝙ cū Metropolitanus cōſecrat: ꝓuinciales epiſcopos intereſſe iuſſit: epiſcopi crimen Metropolitani ad aliū/ q̄ ad primatē: uel ad ſedē apoſtolicā deferri indignum cenſuit. Archiepiſcopos primates nominari inhibuit: patriarchæ primates appellantur ab archiepiſcopis quadam prælatura longe differentes. Lex Primates qui ſint

EPISTOLA QVARTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Hermodoro uati rhetori: ac in mathematicis peritiſſimo fœlicitatem.

n Ationes ritibus/feritate/affabilitate/ & mille modis differentes difficillimū eſſet: cū multi populi inacceſſibiles ignorent explicare. Aſtronomi tamē: qui planetis/ clymata/ortū/occaſum/ auſtrū/ & ſeptētrionē impartiunt: ſupioꝝ motuū uirtutē multa in his operari tradunt. Omnibus his defectis: ex incertitudine tantū de capilatura loquā Capilatur. In orientali plaga ad æternū dedecus barbas cæſariem fontibus: ut ꝓpetuo ſint infames tura. præcidi iubent. In Iudea cæſaries olim ſanctitatis omen: & apud Italos: ut nūc in ſacerdotibus eſt laſciuiæ: effœminationis indiciū. Apud Hebreos intōſi ſolo pane: & potu aquæ cōtenti: ut ꝓphetæ uenerabātur. Sanſonē: Samuelē ꝓphetas e criniū prolixitate cognouerunt Iudei. Chriſtus in ſingulis mēbris ſpecioſus in crinibus decorē ſeruauit: comā aut aures uſ Chriſtus ꝙ planā: infra ad humeros criſpā: tortilem uentilantē ſine exprobratione laxauit. De capilis temporibus priſcis: cū homines nō tonderētur: mitius erat q̄ nunc ſancire. Multæ nationes: & Italici æuo illo intonſi nouaculā nō uouerāt. E Sicilia Ticinius Menna primus Roticinius mā tonſores duxit. Scipio Africanus omniū primus: mox Auguſtus quotidie radi admirā Menna res docuere. Pueri: qui effœminātur: redduntur imberbes: mores fœminarū in mēdacijs: & Scipio reliquis obprobrijs imitātes. Venę ſeminis ꝓ tempora deſcendunt: teſtes calorē: humorem Pueri attractū etiā ſurſum reflectūt: idcirco calidiores in teſtibus ſunt magis plumati. Fœminas: Fœminæ quæ hæc inſtrumēta niſi debilia habent: ad diſtinguendū ſexum imberbes cōſpicimus: ſi q̄ tamē calidiores teſticulos habuere: barbas gignūt: q̄uis raræ ſint atꝙ breuiū piloꝝ. Septē Septemtrionales: quibus criniū iactura ꝓſuaderi non poteſt: in ſplendore comarū cæteros præſtāt. trionales Aethiopes uero talibus oppoſiti hyrtarū: fetidarumꝙ ſunt: ſicut cōſpicimus: ſetarū. Mediæ uero nationes ſcd̄m acceſſum & receſſum ab auſtro & aquilone in albedine/ nigredine comarū uariantur. Homines ſanguinei ſuperflua humiditate ꝑualente cito caneſcunt: & ideo Sāguinei cū ſint quādoꝙ cæteris iuniores ex albedine capillorꝝ ſenes dicunt. In cicatricibus hominū Cicatrices ex indiſpoſitione ꝓorū nō renaſcunt pili. Cicatrices reliquoꝝ animaliū ex uirtutis debilitate albos: & exiles pilos remittūt. Quia quotānis utili in brutis effluūt: ideo nō caneſcunt pilus ꝙ ſit iuuenis: & canus: cōtra dictoriū eſt rationi. Hermodore ſi cōgrue talia negocijs aſſimulari queunt: ꝓfecto ſicut ſomnia diſponunt. Melioribus ſapiētioribuſcꝙ meliora occurrunt ſomnia: quoniā quādo uigilāt: bona & æqua intelligere: mala & dira reſpuere annitunt. Amentes/loquaces pueri/ & prauā complexionē habentes ut leproſi falſoꝝ ſunt/ac prauoꝝ ſomnioꝝ. Secundū corporis diſpoſitionē apparēt fantaſiæ: quoniā anima corpori coniuncta paſſiones corporis imitat. Licet ſomnia mēdacis/deriſoris/ garuli/ aut in quo ꝑualet cōplexio aliqua: aut ſollicitudo nō ſint uera: ſi tamē uera eſſe poſſunt: illa: & cuiuſcūꝙ ueriora ſunt in mane: quia eo tunc motus humorum magis quieſcunt. Somnia

SOTERIS PONTIFICIS LATENS PERSECVTIO. CAP. XIIII.

ſ Oter Concordiſ natione Campanus: ne monacha pallam ullam: aut calicē ſacrum tractaret: nec thus in acerra: dum ſacrificia fiunt: imponeret ſanxit: legitimam uxorem: quā ſacerdos non benedixerit: non cenſeri: & parentes ſolēni pompa nuptam marito coniungere: ne præſtrigijs: aut magicis artibus improbrorū circa coitum ligarentur: & cōiuges benedictione muniri epiſtolis præcepit. Appelle hereticō: ſe deum: quē coHereſis leret: ignorare: Chriſtumꝙ nō in ueritate: ſed ut hominē in fantaſia apparuiſſe dicēte. Soter nō ut talia poſſent ſine offenſa emendari: deū iugiter orauit. Lex

EPISTOLA QVINTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Bartholomeo Candiano oratori ac Philosopho eruditissimo fœlicitatem.

f Oterem non bellis: sed orationi uacantẽ: & cæteros eius æmulos ita assidue orantes/ bonitatẽ/ pietatem deorum ad nos sic deducentes circũspecte deificamus. Hæc sunt rixæ & tela egregiorum: ac maxime põtificum: impune sic tẽtoria figere/ certare/ & iaculari decet: non hac uirtute necantur: sed sic homines reuiuisci possunt. Si mortales curis exagitati: quando a peccatis in ultionem: aut ad rapinas expugnantur: prius submissi pro se & alijs orarẽt: nulla eclypsis æquitatẽ iusticiã uexaret: prophani: & religiosi ad
Iacobus uirtutem Iacobum possent imitari. Iacobus cognomine iustus: his rationibus Christi fra-
apostolus ter denominatus: ex Ioseph & alia eius uxore: uel ut alij forte rationabilius uolunt: e sorore Mariæ Christi matris editus erat. Apostolus iste uinũ/ neq; sicerã usq; bibit: intonsus: carne: delitijs: balneo unguento usq; est usus: uestibus lineis continuo indutus: templum ingrediens tam assidue genibus flexis pro salute populi & nationũ orabat: quod eius genua instar camelli caluerant. Auanus Hierosolymitanus pontifex Iacobum hunc: Christum filium dei nõ esse nolentẽ profiteri: lapidibus obrui iussit: in illo tumultu de pina templi præcipitatus semianimis adhuc ad cœlũ manibus eleuatis pro persecutoribus quoad fuste exanimatus est: orauit. Ego Bonifacius Abbas ætate nostra hominẽ dei huic simillimũ: quem
Amadeus beatum Amadeum nominant: uidi. Vir iste nihil superstitiosus: & pane & aqua contẽtus uinum/ carnes/ & res lautas semper nisi a magistratu iussus abnuit: qui suis præsidibus submitti: toto corde illis obtemperare/ famulari/ deo gratificari cẽsuit. Præsidibus aliquod ferculum edendum illi mandantibus eo tunc: & nõ ultra libasset. Sex & decem horas genibus flexis inconiuens continuis diebus uisus est orare. Ego Bonifacius sacerdos: & abbas hũc tempore brumali per niues: & intolerabile gelu nudis pedibus proficiscentẽ aspexi. Quod illius pedes extenuati: & corpus minime pellitum: imo abstinentia: & aquis falcatum tam
Socrates horrida frigora perferrent: uitibus: arboribus: & animalibus ex aeris intemperie extingui cõpertis mirabar. De tolerãtia Socratis philosophi mirabilia cõcordes una tradũt auctores. Socrates oriente sole usq; ad reliquũ ortũ immobilis rectus firmis uestigijs incõniuens permanebat: insomnis nõ potus: ut simulachrũ persistens: & ut attonitus continuo cœlũ suspiciens. Socratem ab infantia dæmonẽ sibi familiarissimum futura uaticinantẽ habuisse premissi memorant. Ne quis nouam religionẽ introduceret: Athenienses sanciuerant: in quos Socrates superstitiosam religionẽ: & nouos deos introducens accusatus: & carceri inclusus supplicio oblati ueneni interijt. Cum per orationẽ suam: ac discipulorũ euadere tentaret a dæmone suo orare prohibitus: admisso a carnifice ueneno persuasione dæmonis extinguí maluit: quam uiuere. Hunc uenerabilem Amadeũ: se nõ esse sanctum affirmantem & cunctis ita sentientibus repugnantẽ: summa cũ religione Mediolanenses uenerantur defunctum. Hercules huic contrarius uenerari auidus: cũ se ueneno moriturũ acciperet: Phi-
Hercules lotetem comitẽ: ut corpus clam a se sepultũ nemini proderet: iuramẽto hac ratione astrinxit: ut cadauere non comperto ad cœlos euolasse existimari: sicq; numen haberi posset.
Empedo- Empedocles artis oratoriæ: ut traditur: inuentor: ac medicus illustris: qui semetipsum carcles mine suo uiuens deum dixit: in æthnam montẽ ignem euomentẽ se præcipitauit: ut nullibi inuentum cõmertia deorũ consecutum crederent mortales. Solertissime quodam ubinam latitaret exploranti: illius crepida iuxta æthnæ hiatum inuentum: q; se præcipitasset: ut deEmpedo- us crederetur: fidem fecit. Empedocles cum occurrente senio se lumine: & uiribus immiclis mors. nui cognosceret: præcipitio fatum præuenire statuit. Senes acute: perspicaciter: æque ac
Hebetatio iuuenes hac ratione non uident. Senibus ut totius corporis pellis: ita oculorum rugis grooculorum sior efficitur. Cumq; horum oculi duræ: & Crispæ pellis fiant: non acute uident. Aliæ causæ oculis inimicantur: quæ sic enumerari queunt: loca frigida/ uentosa/ uel calidiora coitus inordinatus: & omnis euacuatio superflua: & maxime sanguinis per cucurbitulas circa caput diu luminosa conspicere: prohibent: frequens etiam parua rum litterarum prospectus: fumosa quoq; & salsa/ exicantia/ acuta/ mordicantia/ ebrietas/ accidentia animæ: ut tristicia cũ planctu/ somnus/ & uigiliæ superfluæ: somnus post repletionẽ: & omne prauũ regimen uisui obsunt: q̃uis plura narranda occurrant: cõpendiosius ista dicunt.

ELEVTERII PONTIFICIS IN HERESI PERSECVTIO. CAP. XV.

Leuterius Abundi græcus: Romanos plures honestissimos ciues cũ affinibus ido- Lex
e latriæ obnoxios p baptismata: & Lucio Britanniæ regẽ p epistolã: ut ad Christi fidem insulã reciperet rogantẽ: deo iũxit. Eleuterius: ne quis ullũ genus cibi: quo homines e cõsuetudine uesci solent: aliqua superstitiõe offensus sperneret: ac ne accusatus anteq̃ de reatibus conuinceretur: a gradu deijci posset: cauit. Inter has accessiones Marcionis Heresis secta diuisa est. Alij unum principium: alij duo: alij tria esse fassi: tres naturas confitentes: omnem fidem prophetis penitus abrogauere, Lorinus: & Blasco deum creasse mala: & deum non creasse mala disceptabant.

EPISTOLA SEXTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Ioanni patruo fœlicitatem.

E Hiacyntho a te p trecentũ milliaria semoto: deq; alio truculentiori hoste: si inter ta
d les hostilitas esse potest: inuitus accepi quod cõquereris. Eos tam discretos cõueni re: patruo insidiari: e cõposito iniuriari: qd̃ est domui nostræ dehonestamẽtũ: abhominor. Hiacynthus amotis arbitris cũ a me sæuerius carpit: liuet seq; tã inique culpari dolet: ex admonitiõibus mœreri: ac delatoribus minari: q; tibi sit deuotus: recẽsere solet. Ipse iuuenis: & miles posset aliqua: ne a te admonitus irascar: qd̃ nõ auguror eius ingenuitate fretus cõmentari. Me intersertis conuiciijs Hiacinthũ admonuisse: & nepotis tibi & proximis deuoti officio me esse functũ nõ ignores. Si frater noster: quod psuadere nequeo: tibi iniurijs: mihi uero nugis tergiuersari gestit: more dei blasphemãtes tolerãtis patiamur. Doleo fratrẽ meũ elegantẽ: omnibus comẽ: obsequio sum cõsuetudinis: ut Bernardino aspiret: tibi aduersari. Te a nepote: & nato oppugnari: domestico intestinoq; bello distrahi: doleo. Te tot ydris/ tot gorgonibus implicitũ: cũ Hercules & Perseũs uni fere succũberãt: psistere miror. Abdicemus uel cõponemus lites: ne lassati exesiq; cũ iactura cedamus. Licet sim Romæ: me præsto inter tuos amicos: uel inter natos primogenitũ tecũq; discũbere: talia & oia illa: quæ corã psuaderi solent: psuadere finge. Tu iã senex inter mortales grauis: & illustris Deucalione Minoeq; iustior peccare formidãs: Cerberũ inter furias assuetũ latratu mordicus potentẽ quasi inermis antiqua maiestate fretus irritas: cede irritare: iuuenes importunitate: & temeritate uincunt. Ad hos latratus cõpescẽdos nõ fuste/ ferro/ minis/ uel iactantia/ ostentatione: sed pietate/ cõsilio/ illecebrisq; scias opus esse. Cum Cerberũ lenire præstaret: Aeneã: Acinacẽ eserentẽ Sibylla arguendo Offa & blãdicijs utendũ esse admonuit. Aeneas uati obsequiosus latrates hiatus medicamine ita ut canis sterteret: demulxit. Se Bernardinus durus & acer Martis alumnus ad res nouas ad quæcũq; irritamina lacessitus ꝓcliuis: ut æquũ est: si erit delinitus parẽti ceruicẽ inclinãdo omne ciuile bellũ ipse doctor scientijs deditus remittet. Patrue nõ inficior: quãdoq; ꝓ ambages soleo loqui: idcirco ab insanis ce-
cus/ uagus/ atq; delirus possum nũcupari. Tyresias orbus suis uaticinijs/ temerarijs exosus Tyresias
contra senectutẽ & cecitatẽ exprobrantes se robore iuuenili polere/ recte cõsulere sub tenebris longius q̃ oculos habẽtes uidere ꝑdicabat. Tandẽ cũ suo uaticinio nihil firmius foret: uiuus adhuc ꝓ numine est habitus. Prioribus circuitionibus nondũ fessus alias nõ minoris ponderis excitabimus. Iuno in priuignũ semp accensa imprecari: uel insidias ciere semper Iuno.
studuit. Postmodũ fessa cũ Herculem premẽdo illustriorẽ redderet: se frustra conari: illum beare: est uulgo cõquesta. Tu cum coniuge solertius/ callidiusq;/ q̃ Iuno: natũ adortus: si ꝑterita ꝓcurris: natũ ex irritatiõe tua ditatũ honorasti. Mitissime uir fama bonitate etiã inter Sauromatas: & remotiores barboros/ ac inter eruditissimos decantatus fora/ libellos/ testes tabelliones/ patronos obliuiscere: cura iam sacrificare: & quæ dei sunt: per templa exercere atq; cum nato mitte ciuile bellum: mitte in propria uiscera amplius compellere ferrũ. Mitte iam elegans & facunde senex per subornatos scrutari: ne inimici de tam turpi duello lætari possint. Si nepoti cœlestia admonenti obtemperabis/ amicis/ proximisq; gratus numiminum aspiratione fortunatus Nestore eris perennior.

VICTORIS PONTIFICIS IN HERESI PERSECVTIO. CAP. XVI.

Lex Baptism9 in q̃uis aq̃ ualet. Heresis

Victor fœlicis afer die dominico pasca celebrari: ne iudeos imitaremur imperauit. In
u quauis aqua baptismũ petẽtes: si necessitas instaret: posse baptizari idulxit. Victoris ætas eruditis hoibus ornata: heresum ac seditionũ prauitate extitit lõga q̃ssatiõe

Antichri/ stus.

uexata. Paulo ſamoſateno ſaluatorẽ purũ hoiem dicente: Iudas Antichriſtũ ſuis tẽporibus oĩno futurũ (ac ſi nihil eſſet certius) ſcripſit: qui tanq̃ delirus eſt a ſapiẽtibus correptus.

EPISTOLA DECIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Hieſue Gaietano: Auſculano epiſcopo fœlicitatem.

c Ircũſpecte præſul hac ætate multos Iudas Antichriſtũ ortũ atteſtantes ꝓ ſuggeſtus audiui inſanius: ſcilicet ꝙ infra luſtrũ maleficis ſeptus ueniret blaterare. Sic habe/ nis effuſus: ac ſi archana dei: aut illius ſyngraphas quotidie reciperẽt: de Antichri/ ſto: deq̃ aliꝭ abſonis: uel mirabilibus iudicio meo inſulſe ſtrepunt. Ad terrendos delirãtes digeſte: mature talia: uel mirabiliora uulganda nõ abhominor. Hæc quæ in pulpitis narrã/ tur: ſint decocta: & ꝓmixta ſali: inſinuatione: & arte tali ꝓclamẽtur: ut ſapientes: & lõgæui grandia experti declamationes timeant: nõ autẽ ut ſæpe audita irrideãt. Cœlũ ruiturũ: ma/ re ardere: mõſtra ꝓdigia apparuiſſe/ aliquod mirabilius & exitia imminere in uolucro uerbo rũ ſic dicãt: ut inter agreſtes & quoſq̃ nõ turpe ſit cõmentari. Non ita ſine freno effingant: ut cum declamationes nõ euenerint: fabulari annunciantes arguantur: & inſuper a ꝓphetis

Antiqui an eſſent ſãctiores

grauitatẽ: ab eccleſia dei maieſtatẽ adimant. Hieſue hiſtorias lucubraui: & in his patres no/ ſtros nunq̃ legi: q̃uis multi e conſuetudine ſecus dicant ſanctiores. Homicidia/ furta/ rapi/ nas/ bella/ lenocinia/ adulteria/ inſidias/ factiones/ ſacrilegia/ proditiones/ alterius fœlici/ tatis liuores/ alieni auiditatẽ/ mendacia/ templorum dei/ ac ſacerdotũ neglectum priſcis tẽ/ poribus nõ parcius quã nunc uiguiſſe legi. Aſtra q̃ uniformiter circa ſuos polos: uel æquã/ tes rotanſ ſi dei nutu in melius nõ tranſmutanſ: in hac breui ætate ut quondã nunc quoq; per influxus operãtur. Stellæ ceu uentus: terremotus/ fulmina/ imbres/ grandines/ ita etiam

Hebrei

ſcelera/ rapinas: ſi aſtronomi nõ mentiuntur: condonãt. Hebrei ſanctitate Abrami. Iſaac la cob ſemen bẽdictũ: ac dei delitiæ qui uiſi ſunt: ne ſeditionibus/ auariciæ/ furtis/ luxuria/ inuidiæq; uacarẽt: nuſq̃ potuerũt emẽdari: qui ĩ Moſem inſontẽ ſuũ benefactorẽ dei inter/ pretẽ legiſlatorẽ: & in multos ꝓphetas lapides cõcitarunt. Idcirco deus eoꝝ arrogantia: & ꝓteruitate offenſus imperiũ eoꝝ ꝑ multos orientales reges: & tandẽ ꝑ occiduos Romanos

Ptolemeꝰ

euertit. Ne audientiũ capita obtundã: ſat eſt maioꝝ ſcelera duobus exemplis: quæ nũc non euenirẽt: ciere. Ptolemæus: ut ſororẽ urbe Caſſandra priuaret: ſacrilegiũ quod referã: ĩma/ nis cõmiſit. Crebra ſalutatiõe muneribus: illecebris oblationibus ĩ matrimoniũ ſororẽ pe/ tens filios ſororis ad conſortiũ regni iungere eſt pollicitus. Ad hæc ꝓmiſſa: interprætẽ: qui

Arſinoe

iuramẽto omniũ deoꝝ regẽ obligaret mitteret petens. Arſinoe pſagꝭs maternis decipi de filꝭs uerita: Dionẽ ſibi fidũ: quĩ Ptolemęũ in tẽplo Iouis: ut omni religione aſtringeret: ſo/ lerti comitatu legat. Execrationibus contractis: deoꝝ ſimulachris ſe ſincera fide matrimo/ niũ ſororis petere: neq̃ aliã in contumeliã ducturũ: neq̃ alios filios: q̃ eius liberos habiturũ Ptolomęus adiurat. Arſinoe inſidias ab eſſe rata fratri: ut cõuenerãt copulatur. Nuptꝭs re/ gio apparatu a barbarico faſtu celebratis Ptolemęus aſtante exercitu diadema ſorori impo nit. Arſinoe honoribus/ ſponſionibus: & ſolẽni coronatione elata maritũ Caſſandrã intra/ re cõpellat: eo annuẽte ſolẽnia indicat/ domos/ templa/ uicos ornari iubet: hoſtias diſponit: & filios ſponſo obuiã currere iubet. Proditor nepotes obuios blandicꝭs oſculis defatigat: ubi uero portã urbis: arcẽq̃ ꝑ ſubornatos inuaſit: pueros quibus tanta ridendo ꝓmiſerat: in gremio matris eos diu tegere laborantis necat. Ipſa natis/ regnoq̃ tam repente orba in Sa motraciã aufugit: ꝙ cum liberis nõ licuerat mori triſtior. Si aliquis ꝓphanus tẽpeſtate no/ ſtra tale facinus excogitaret: nõ ut rex poſſet a quoq̃ adorari: ſed a cõmertio hominũ decer tarent talem ſceleſtũ hominẽ fugare: ipſe tamẽ infamis: qui ꝑ periurꝭs: & paricidiꝭs deis ul ciſcẽtibus pœnas luit: nam in exemplũ & impietatis documentũ a Gallico exercitu captus

Zopyrus

uitã: regnũ/ ac omne quod periurꝭs: & fraude rapuerat amiſit. Homines ætate illa ſolertius ac hoſtilius quã nunc: ſi Zopyri ſatrape Perſarũ laceratũ corpus credimus norant mentiri. A Dario: qui cũ ſeptẽ coniuratis imperiũ Perſarũ inuaſerat: Babiloniꝭ in rerũ nouitate de/ fecere. Cum obſidionis longinquitatẽ Darius: cæteriq̃ Duces ægre perferrent: Zopyrus e ſeptẽ coniuratis unus militiæ tedio ſuo informitate occurrit. In domo clam a ſuis uerben bus lacerari: naſum: labia: aures ſibi etiã præcidi iubet. Hominẽ fede affectũ Dario anxie diſquerẽte Zopyrus uerberũ auctorẽ ſe faſſus: q̃ calliditate hoc egerit ſignificat: ĩde uelox

diſtillante adhuc cruore ueluti tranſſuga Babyloniã meat: uulnera/ uerberũ ueſtigia/ corpus cicatricibus informe nudat: regis ingratitudinẽ: crudelitatẽ: q̃ obſcurus nõ auita aut ꝓpria uirtute/ ſed ſorte: & auſpicꝭs inhientis equi regnũ habuerit/ damnat. Quid hoſtibus ſi ſuo iugo adiȷcianſ/ ſit facturus: qui amicũ inſontẽ tam dire ceſum flagellauerit/ edocet. Viri ex/ pectatio: uirtus: nobilitas: uerbera: cicatrices Babylonios firmius credere: & Imperiũ men/ tienti tradere mouere. Cum Zopyrus ut ante cõuenerat/ irrumperet: & Perſę ſubornati ce/ ſi fugerent: obſeſſis ſpem ultimam euaſionis impendit: cui ſucceſſibus glorioſo: ut ciuitatis expeditionisq̃ arbitria teneret/ cõceſſere. Qui ad nutũ ex imbecillitate Babyloniorꝝ potens exercitũ cum Babylonia Dario prodidit. Homines omniũ animaliũ imbecilliores q̃ primũ

Homines in reliquis brutis

eduntur: nil niſi flere ſciunt: qui cætera omnia ad ornatũ decentia arte/ doctrina nanciſci ſo/ lent. Animalia ſicca ut perdices: ac illis ſimilia e naturali inclinatione teſta cõfracta parẽtes ſtatim inſequunſ. Superflue ꝯo humida humidis ſuperfluitatibus corpus molientibus ple/ na tarde patres ut homo ſequunſ: ĩmo ſi omnes euentus diligẽtius rimari decet: homo cæte ris infortunatius oriſ. Quibuſdã animalibus teſta: cortex: coriũ uilli: ſetæ: plumæ: ſquam/ mæ & uellera cõferunt. Solus homo ab his tegminibus immunis nudus exit: qui ueſtigio ſtructura rimæ arctatus: ac etiã frigiditate aeris affectus: cum etiã illi omnia tactu dura ac ge lida uideanſ/ lachrymando uagit: nec ante quadrageſimũ diem niſi prodigioſe ridet. Tale ſublime animal cęteris imbecillius egreditur: cum ſine doctrina nihil niſi flere ſciat: qui uir poſtea ubi adoleuit/ uirtute cunctis præſidet: orbi quando q; dominatur: ſanctos probitate/ & abſtinentia conciliat: dæmonibus arte uel ſanctitate imperat.

ZEPHERINI PONTIFICIS IN HERESIBVS PERSECVTIO CAP. XVII

z Epherinus habundiȷ Romanus aſtãtibus clericis ac laicis leuitas/ ſacerdoteſq̃ ordi nari: nec amplius in ligneo uel uitreo uaſe cõſecrationẽ fieri: ligni raritate ſacramen tum abſorbente: uitri autẽ fragilitate ſuſpecta: ac præter ſtannũ/ argentũ/ aurũ/ reliq̃ metalla tetro ſapore horrenda excludi in ſacrificꝭs uoluit. Chriſtianos pubertatis annos at/ tingentes in paſcha quotannis cõmunicari ſtatuit. Innocentius ꝯo tertius nõ ſolũ in cõmu nione/ ſed etiã in cõfeſſione delictoꝝ idem quotannis a fidelibus agendũ legibus aſtrinxit. Et ne epiſcopus a primate uel a metropolitano in iudiciũ uocatus ſine apoſtolica auctorita tedamnari poſſet: ac ut præſbyteri omnes celebrante epiſcopo myſticis intereſſent cauiſſe prædicãt. Hebioniorũ hereſim Chriſtũ ex Ioſeph & Maria natũ purũ hominẽ eſſe: & legẽ

Hereſis

iudaico ritu ſeruandã eſſe aſſeuerantẽ: hereſim quoq; quorundã/ qui animas hominũ cum corpore interire dixere: hereſim etiam aliorũ qui Paulum apoſtolum negauere: ac etiam il/ lorum qui Chriſtum negare in tormentis: dummodo recti ſint cordis/ nihil eſſe criminis di xere: facundiſſimus Origenes ſua grandi ſollertia antiquauit.

EPISTOLA DECIMAOCTAVA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Facio Viturbienſi fœlicitatem.

Vius pontificis ſæculũ Origene diſertiſſimo cõponẽte: cũ aliꝭ etiã præclariſſimi mi/

h ra ſcriberẽt/ fœliciſſimum dici poſſe haud negamus. Tempore Seueri pertinacis in Chriſtianos ęſtuantibus ꝓſecutoribus Origenes circa dei cultũ feruidus patrẽ Leo/

Origenes

nidam martyriũ non declinare firmauit. Patre deſtitutus/ patrimonioq; ad fiſcum deuoluto matrem & ſex fratres ut mendicari abſtineret/ grãmaticis præſidꝭs aluit. Origenes acer/ pa tiens laborũ elegantiſſimo ingenio prædituſ linguarũ diſcrimina in promptu tenuit. Cibi/ potus alteriuſq; rei abſtinens tanq̃ numẽ gentibus gratus erat. Nudis pedibus diu progreſ ſus: & aliꝭs modis macerari: extenuariq; ſe inſtituit. Septẽ notarios ſibi inuicẽ ſuccedentes: librarios ſeptẽ: totidẽ puellas apprime eruditas: ſex millia librorũ ſcribendo laſſaſſe tradũt auctores. Labores iſtius inclytiſſimi fontis forte incuria maiorũ: ut elegãtiſſimi Liuiȷ anna/ les nõ ampliꝰ cõperiunt. O Faci ex hac cõmemoratiõe qd inferre uelim: ſi interrogas/ dicã: Nos innumerabiles omnia ſcire ex noſtra ſola approbatione qui arbitramur: interſo & pin gui ſpiritu rhetorico: ac ſteriles temeritate afflati multa cõponimus: ſi flumina areſcunt: an riuuli in irrigatione perſiſtent? Alexandri magni ſucceſſus/ qui in Aegypto uel alibi chartã

Charta qñ ſit cõperta

inuenerunt: hunc abuſum ex abundantia inſulſe ſcribendi nobis forte conceſſere. Palmarũ foliꝭs primo mox corticibus uel linteis: ac ceris publica monumenta in plumbeis uolumini bus maiores noſtros ſcripſiſſe/ fama uiget. Membranæ (ut aiunt) Pergami inuentæ cæteris

Aquã extrahere auribus

Sternutatio

inſectãdi ſenſus recluſere. Leuius eſt talia credere: q̃ aquã ab auribus extrahere. Aquã patientes in auribus/ſternutationẽ uel tuſſim ad eam expurgandã procurent. In nulla re unicã ſternutationẽ laudamus. Duplex formidantibus boni ominis eſt ſignũ: in patientibus uirtutis dominiũ etiã ſignificat. Binaſq; ſternutationes ut cœleſti uirtute condonatas augures longe in heſitantibus cõprobant. Si quis ſeptus inſidijs damna ueretur: & in his anguſtijs ſecundo ſternutat: ſecunda cœleſtibus auſpicijs (ut fertur) proueniens: imminentis periculi denotat euaſionem: ſimile in ægritudinibus etiam dicemus.

CALISTI PONTIFICIS DECRETA ET INNOMINATA PERSECVTIO CAP. XVIII

Lex

Aliſtus Domitij romanus ante martyriũ ter in anno die ſabbati quarto menſe/ſeptimo & decimo ieiunari hebræorum annos imitatus præcæpit: at ſententia infirmata quattuor tẽpora anni: Vernale: æſtiuale: autumnale: & hyemale tempus melius obſeruari: & his temporibus ſacros ordines impendi poſſe: cum ante niſi menſe decembri ordinatio ſolita eſſet fieri/diſpoſuit. Delatores infames: ſuſpectos: inimicos a clericorũ accuſatione repellendos: ſacerdotes pœnitentes acta pœnitentia non amplius priſtinos honores habere poſſe exiſtimantes: ut delyros hereticoſq; uulgauit.

EPISTOLA DECIMANONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ardicino portæ aurato Interpreti & Cardinali fœlicitatem.

Ioannes Ciſtercij Abbas tantæ claſſis robuſtior clauus: ut pontificẽ p̃ gregeloquaẽ Romã maturat. Maſſam uirtutibus conditã: elimatã ſine arrogantia ciuilẽ/æquam frugiq; eſſe uidebis. Occurſu/pompa/ſponſionibus/affabilitate ac quauis comitate aduerte uir circumſpecte/eſt admittendus. Ecompoſito quia hominũ candorẽ exiſtimas/ut illius aduentũ nõ ignores: has litteras ut limina priùs increpent: & ſanctiſſimi aduenæ excellentiã dicant/premitto. Hominis preſtantiã menſes expoſcentẽ tabellarij celeritate offensus incõcinne (teſtor) perſtringam. Ioannis proſapia diuionenſis antiquo heroum ſanguine opibuſq; nullis rapinis/fœnore/inſidijs/ſed beneficio fortunæ contractis generoſiſſima eſt. Opulentiæ tales quæ nõ ſordeſcunt: Creſi: Midæ: ac orientis theſauros præſtant. Ioannis genitores ſic nobis ſanctũ hominẽ religionis noſtræ reformatorẽ: ut Amaramis ut Ioui coniuges Moſem hebræorũ ſolamẽ genuere. Ita ipſi Ioannẽ infantẽ: ut Helchana & Anna cõſortes Samuelẽ prophetã adhuc ephebum deo dicarunt. Ioannes ut premiſi prophetæſu periſq; dicatus in Ciſtercienſi ordine ſemper adoleuit. Propterea ſi tam ſancte: ſi tam matura re ipſe ſedulus paſtor cõtagioni ouiũ mederi calet/cœleſtibus gratias agamus: & nõ miremur: quia ab infantia artibus uacantes ſollertius inexpertis negociant. Nihil eſt ſanctius q̃ pueri ea bona rudimẽta quibus uſuri ſunt/addiſcant: talia emm rite imbibita in uirili ætate hominem cõponunt. Lacedemonijs nulla cura erat impenſior: q̃ q; pueri bonos mores/& pro uirtute ſæueras patriæ inſtitutiones tenerẽt. Tantã pueris cõſtantiã & religionis ueneratio nem infixerant: ut ipſi q̃uis tenelli hilares per totã diem in ara ortiæ Dianæ ob numinis honorem ũrgis ad mortẽ uſq; ſæpe cædi perferrẽt: in æmulationẽ uictoriæ geſtientes/altercationibus uerberari cõtendebant. Quicunq; ipſoꝝ diutius uerbera tuliſſet: ac ſic uerberatus uictor euaſiſſet: illuſtris/clarus: ut in alijs arduis certaminibus erat. Ioannes dux noſter non ex ordine/ſed in uentre matris benedictus fulget: non eſt ordo Ciſtercienſis ut erat Gelboa hebræis. A Saulo rege a dæmone (ſic dicit) uexato: Dauid gener ne interficeret/fugiens ad Samuelẽ prophetã: eum qui in regẽ iam unxerat/ſe cõtulit: cũ ambo exercitũ regis in Gelboa diuinitate freti expectarent: Primi centuriones: mox ſecundi: deinde tertij Dauid comprehenſuri ad ambos uenerant: eccleſiam ingreſſi ſpiritu ſancto afflati/cũ nihil eſſet mitius inſanire ſiue ariolari cœpere. Milite nõ remeante Saul ut ſua manu generũ teneret/ad fatidica ſacraria euolat ubi limina tetigit: amens factus detracto amictu tota die nocteq; prophetiçans præſente Dauid & Samuele cunctis innoxius ſaltauit. In gymnaſio Pariſienſi Ioannes uoluptatibus ignotus theologię & cultui ſacro impenſiſſime uacans in diuino iure laureatus ultra Platonẽ ac Demoſthenẽ Athenis ſummos in exiſtimationẽ ſe protulit: & quod inconſuetũ erat/cõmuni omniũ cõſenſu in ea academia ſuper omnes religioſos primũ locũ nactus eſt. Per octo annos cũ ſancti Bernardi collegiũ in ea academia rexiſſet: ad eam laudis gratiã peruenit: q; nullo munere: nullis ſubornationibus: ſed diuinitate opante abbatiã

Lacedemonij pueri

Gelboa

Saul rex

Ioannes

Theoloci adeptus: demum e ſua iterũ uirtute ad Cenobium balerne tranſlatus eſt. Orator a Ciſtercienſi uniuerſo conuentu Romã mittit̃: deo ita diſponente dum peroraret: ab eodem conuentu uno anhelitu extincto Abbate eligitur. Homo cõtinens ſanctus modicis: uel cõtemplatione cõtentus magiſtratũ: ac inter tantos Abbates prælaturã inſtar Numæ: quod ceteri inſidijs cõſpirationibus: prece/armis/muneribus cõſequi annitunt̃/renuit: ſed cum inſtantius precarent̃: ne ſe fatis deoq; opponeret/ceruicẽ ſupplicantibus flexit. Moſes diuinę legis interpres mirabilium operator: colloquio dei fruens: ut imperaret/a populis nuſq; fuit ut Ioannes exoratus: qui a rebellantibus cum fratre Aaron laceſſitus ægre ne lapidaret̃/aut alia nece caderet/euaſit. Sic expedit pro nullis prælationibus ſubornare: inſidiari: ſed ab inclytis uirís quo nihil eſt præſtantius rogari. Hæc ego tacite percurrens admiror: & Numæ electionẽ cum ad imperiũ ſuſcipiendũ rogaret̃ uideor cõtemplari. Romulo rapto Romani paribus ſuperioribus ue ex arrogantia nõ cedentes Numam externũ ſabinũ e curribus Sabinorũ ciuitate ortum: otio/uirtute/religione/ſolitudinibus cõtentũ per legatos ut illis dominari uellet: & dignaret̃/precant̃. Numa tanti Imperij moles quanta eſſet: & Romanos effrenos gnarus ſeptrũ: preceſq; obſtinate reiecit. Verũ conqueſtu & ratione a ciuibus molit̃: q; immitis truculentiorq; feris profecto foret: ſi interitũ tantæ urbis affectaret: nã imperio ſuo ſeditiones: ac ciuilia bella: necnon ſimultates poſſe amoueri: atq; magnũ diuinũq; nomẽ eũ aſſequi prædicabãt: quoniã in eo iuſtitia/pietas: & tantæ uirtutes otioſæ nõ eſſent. Diu cunctatus auſpicato aſſentit̃: dumq; Romã ducaret̃: inſignia & regni ornamẽta ultro hilariterq; oblata quoad augurareť: deiſq; ſacrificaret/ſeruari iuſſit: deum priùs omnino cõſulendũ reſpondit: ita deos uelle auſpicijs certus: ſe diadematí/ſecq; imperio conceſſit. Gentẽ frementẽ Martialẽ ad bonas artes: ad pacem/cultumq; deorũ facillime conuertit: ſacra: ueſtales: antiſtites: ſalios: fæciales: ſacerdotes: & pontificẽ ſummũ inſtituit. Sine præguſtatore pranſus: ſine uigilibus dormiẽs: ſine armato ſatellite choreas urbem/amicos luſtrauit. Cum in nullũ machinaret̃: ipſe ab inſidijs tutus quoad uixit: ciuitatẽ religione/æquiſq; inſtitutis exornauit. Ioannes noſter paſtor celebs Numæ non impar ſine faſtu: arrogantia pecudes: paſcua: ouilia ambit. Optimi paſtoris officia nõ intermittens languores animi ſolat̃: ut pie ſanctęq; uiuamus: ut regnũ dei & iuſtitiã eius acquiramus: nõ intermittit ſemp hortari. Alexandrũ in munificentia neminẽ adhuc præter me habuiſſe parem: ſi laus in auctore poteſt quãdoq; nõ ſordeſcere: exiſtimaui (teſtor deos) q; uincor a Ioanne: cũ fruſtra temptaui eum ſuperare: uel ſaltem tanto homini æquari. Vaſconiã quã ut reintegraret cum circumiret: Toloſana uniuerſitas tanti uiri aduentũ præſciens in ſolenni pompa ac ſi pontificẽ honoraret/obuiam exiuit. Illius expectatum aduentũ eque ac Roma omniſq; Italia quando peſtifera lue intabuerãt: Aeſculapij acceſſum ſacrificijs: & occurſu cuncti ſuſcepere. In ſignũ amoris & tanti uiri preſtantiã grandia priuilegia magiſtri illi obtulere: q; q; de eius gremio eſſe digna retur: ipſo gratias agente rogauit contio tota. Ad principes legatus arbiter interpres mutis cum muneribus: quomodo miſſus ſit quæ peroraverit/nõ poſſumus cõpendio memorare mores: & ipſius dotes animi quas ego in cõuiuijs & interloquendũ admiratus ſum: etiã laborioſius foret recenſere. Tam ſublimi uiro hypocriſim & omne impium ſcias eſſe incognitum: at liberalitate/religione/pietate/temperantia: & reliquis uirtutibus credas eſſe redimitum. Græci archana naturæ/religionẽ q; ſapientius enucleare nitentes in Aegyptum: in Aſiam peregrinari maluerũt q̃ domi torpere. Vlyxes: Aeneas: Menelaus bellis magis q̃ religioni intenti maria uelificarunt. Ioannes qui plures prouincias luſtrauit: his omnibus preferetur: illi piſces/maria procelloſa & monſtra uiderunt: iſte hoies & deos: quo nihil eſt ſublimius/ueneratus cõſpexit. Cum ſit homo ſine oſtentatione mitis: nec ſit giganteæ proceritatis: nõ ſit tibi minus acceptus. Puſillos/ſagaces/prouidos/ſapientes: magnos ỹ oſtolidos: ut plurimũ narramus. Cum ipſe in facie roſeus macerq; ſit/non admireris: nec ut præmiſimus/homini parſimoniã obijcias. Hanc profecto membrorũ ariditatẽ ille a ſuperflua adipe extenuatus: uigilijs quoq; & laboribus ac temperantia ferculorũ maceratus habet. Heremitas herbas depaſtos in illa graminũ ſterilitate eos magis delectari: & tandẽ in tali etiã penuria in ſuis ſolitudinibus guloſiores exiſtimo. Vt ego eius conuiua aſpexi: ipſe cæteris profuſior uictum ſibi extenuat: ideo miror quomodo ſit tam decorus: q; tantopere niteat: q; laboribus attritus nõ tantis uigilijs ſuccumbat. Illum tam myſticis ac oratione puto nutriri q̃ reliquos electis ſic deus operat̃ obſonijs. Qua comitate/eloquio/pollicitatiõibus/ſuffragijs

Numa

Græci

quibuſcꝫ blandiciis recipiendus ſit: Nolo ego inops & ut agreſtis pauci cõſilij tantũ uirum prudentiæ alumnũ heroes hoſpitari: eiſdemcꝫ amicari aſſuetũ admonere: ne uidear cæcus cum bene uidentibus de coloribus diſputare. Ipſe itacꝫ Ioannes noſtri ordinis Ciſtercienſis caput: a bonitate capitis minime diſcrepat. Caput ſacrum diuinũ & uniuerſale membrũ appellatur. Membrũ uniuerſale eſt: quod in ſe partium compoſitarũ multitudinẽ ad ſingulos
Caput actus animæ: & ut uitæ operationes perficiat/cõtinet. Caput eſt tale: aurẽ ad audiendũ: oculos ad uidendũ: diſtinctionẽ celarũ capitis ad imaginandũ: exiſtimandũ: memorandũ: linguam ad guſtandũ: uocandũ: os ad cibum comedendũ: dentes ad conterendũ habet.

VRBANI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO ET STATVTA CAP. XIX

Lex u Rbanus pontiani Romanus ante martyriũ cum eccleſia redditibus uacaret: nec per elemoſynas hoſpitalitas conferri: nec altaria ſerico uel aliis redimiculis ornari poſſent/inſigniret: ac in calice ligneo maculis ac ſordibus polluto ut præmiſimus/ ſacrificaretur: fundos a fidelibus oblatos recipere ſtatuit: quos non ad uoluptatem cenſus diſtrahi: ſed uiritim commune bonum clericorũ impartiri cenſuit.

EPISTOLA VIGESIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Thomæ de Penis eximio artium ac medicinæ doctori fœlicitatem.

t Homa uolentes conſultius iudicare ab odio/amore: & cæteris animæ paſſionibus: ſic iura diſponunt: ſemoti eſſe debent. Paulus pontifex animi inuicti: & præſtantia ſummus Platinã uinculis: compedibus aſtrictum tortura plecti: proditionẽ: & multa alia ſuſpicatus iuſſerat. Qui Platina ſupplicijs exeſus in auctorẽ ſuperſtitẽ manus extendere prohibitus in ſanctos magiſtratus omnes q̃ uis inſontes dicendo/uirus euomit. Tanta eſt hominũ rapacitas ac libido: ut hæc optima conſuetudo abſoluerit. Ipſe auctor in iſta prima congreſſione nõ penitus mentiẽ: quoniã quibuſdã ſacerdotibus inexpiabilis eſt lucri & opum auiditas nihil aliud q̃ quomodo ditari queant quærentibus. Sunt tamẽ religioſi innumerabiles deis magis bonitate q̃ hominibus perſimiles: quibus nihil eſt maturius/nihil fidelius: nihil ſanctius. Idcirco de paucorũ proteruitate: & ſi quãdocꝫ delirent ut de nube parua quando ſoli opponiẽ: exacte curare nõ uacat. Canes ſcabie/rabie/ueneno infectos odimus: at generoſos uenationi/armentis/domibus cõmodiſſimos a cæde immunes colimus. Platina igitur odio Pauli pontificis indignationi atcꝫ iræ nonnunq̃ nimis indulget. In reliquos ſacerdotes feruentius bilem accendit: & nauſeam acrius ut illis detrahat/ in uomitum reſoluit. Quare ego Bonifacius non in Platinã religionis patronus certabo: ſed quotiens ipſe in alumnos dei dicet: totiens ego nõ inermis in eius dicta partius tamẽ calamũ exacuam: in reliquis autẽ ſapientiſſimi uiri celebre nomẽ maneſcꝫ eius & oſſa ut equũ eſt/etiam ſacrificijs honorabo. Certamina quæ nunc inter nos inſurgent: ſane ut macedonũ erunt inculpanda:
Alexãdri hi eximij uiri ſi inter ſe nõ concurriſſent: nullis in laude potuiſſent aſſimilari. Alexandri comites tantæ uirtutis ac uenerationis fuiſſe narrantur: ꝙ unuſquiſcꝫ ſanę mentis ſingulos in cenſura reges putaſſet. Illis in toto corpore ſpecies/faciei pulchritudo/ maieſtas/ uerba/corporis procerítas: & uirium ac ſapientię magnitudo tanta fuit: ut tot reges nõ ex una gente/ ſed e toto orbe ſelectos quiſcꝫ adiuraſſet. Ante hos proceres nulla gens etiam a priſca quacunꝫ origine ita floruerat e floribus: quorũ Philippũ patrẽ Alexandrũ filiũ illi heroes elegerunt: ꝙ fato id factum eſſe exiſtimari ſolet: ſcilicet ut non tantũ ad ſocietatẽ belli: quantũ ad ſucceſſionẽ imperij contracti duces cenſerent. Horũ imperatorũ exercitus nõ a q̃cunꝫ duce/ſed a maturiſſimis regibus putabaẽ regi. Si æmulatione uirtutis in ſe nõ hoſtiliter arma cõcitaſſent/pares nunq̃ habuiſſent. Hoc opus legẽtes ſi quandocꝫ ego & Platina modo
Cõcordia concordes: & paulopoſt erimus diſcordes nõ mirentẽ: Cõcordia eſt & diſcordia eſt quædã
Diſcordia uis a cœlo in cunctis animalibus infuſa. Homo & equus in carne & neruo cõueniũt: homo ẏo & apis diſcrepant. Homo & leo in oculis cõueniunt: at in cauda differunt. Nec adhuc in his quieſcamus: hominẽ pellem lenẽ: leonẽ hirſutam: teſtudinẽ concham: ericium ſpinas: piſces ſquammas conſpicimus habere. Elephas/homo/ ſimia cum habeant mamillas in pectore: inuicem communicant: quæ tamen animalia a uacca/oue/capra cum in poſterioribus partibus uentris ſub coxis eas ſitas habeant/diſcrepant. A cane & lupo qui per totam uentris longitudinem mammas habent/hæc etiam differunt.

PONTIANI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. XX

Ontianus Calfurnij idolorum ſacrificulis inſtantibus: ſontes benedicendo: ac ad
p leges & ad mandata dei cunctos exhortando principis mandato in Sardiniam deportatus eſt: familiaribus omni iniuriarum genere affectis. Pontianus ne aufugeret/ibidem cohortibus ſeptus adulationes/& probra/& comminationes/& excruciamenta ſpreuit: & cum dei deuotos benedixiſſet/omnium luctu in inſula obijt.

EPISTOLA VIGESIMAPRIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Cardinalibus fœlicitatem.

Erces ac orientis opes nobis accedunt: fœliciora ſunt modo ſecula: o nationes ore-
m mus/ſacrificemus: quoniã exinſperato ſuperis debemus. Beneficia ſegnicie uel ini quo fato hactenus latentia per me Bonifacij ad generis humani frugalitatẽ cõperta cognoſcite: dum opportunũ adeſt tempus illis ſedulo fruamur. Ad inſubres reuerſurus: ne ut ſcaber agricola ab urbe ſecederẽ: Cardinales ac luminaria mundi: quos antea coram uerbis indigreſſu litteris ſalutaui. Qua comitate ab ipſis heroibus ſim admiſſus ne adulari arguar/mitto: ut ab inuidia declinem: quod eſt cõſultius referre. Sed diſtrahor: diuellor: uix contineor: quin altius clamem nõ animæ uim: nõ ora uirtuti deuota poſſum amplius continere. Plurimi Cardinales per litteras ac nuncios me abire admoniti: pio ore ſancte ominantes Bonifacij: comites: famulatum: equos: iter: tempora: hoſpites: omneſcꝫ illi finitimos benedixere. Huius almæ benedictionis euentus hi fragantiſſimi flores fructuſcꝫ fuere. In ue- Bñdictio re in autumno quotannis ſic experimur: flatus ſmaniſſimi perflant. In uere bñdictionis mu cardinalitũ nere fretus diſceſſi: mecꝫ Zephyri pullulationi plantarũ ſalubres itinerantẽ demulxere. Si Zephyri inter hęc ſeria fabulari uacaret: Eolum uentorũ numẽ boream: & oppoſitũ auſtrũ incluſiſſe antris: ut mihi Zephyri crepitaret aſſererẽ. Nulli imbres: nulla aeris intemperies ſqualorem cutem infecit. Sol añ nos uel poſt agreſtes aduręs comitatui & equis applauſit: nube aerea balſamũ fere olente tegebamur. Hebræi ab Aegypto & exercitu Pharaonis fugientes: ma- Hebræi gicꝫ Chriſtũ petẽtes annuente deo per luminaria cœli preuia otius nacta opportunitate Magi ſtinauere: ita comitatus Bonifacij ſanctitate benedictionis munitus ad optata limina omni agilitate maturauit. Equos in labore tenaces præcipitia uiſu anhelituꝫ horrenda eque: ac ſi in pratis uel limo pedes infigerent: ſcandere mirabar. Vrbes: uicos: plagas peregrinantes: ultro cõpellare: ſalutare: fortunas offerre: & ipſos hoſpites in aduentu lætari: & tanta cõmoda euenire: quæ erubeſco narrare mirabar. Hactenus peregrinationis fortunam ſummotenus libaui: ne incircumſpectus dicar: domus fœliciores euentus ſupioribus miraculis adijciam. Mortales meæ ditionis & bruta illamet benedictione aſperſa: hucuſcꝫ ab omni lue ac contagione uacarunt. Anni præſentis ſegetũ: redituũ uegetabiliũ exuberantia præteritorum fertilitatẽ ſane ſuperat annorũ. Horea: teſtas: ac omniũ redituũ tegmina: cellas: penus per conductos architectos accingor ampliare: & quoniã Bacchus & Ceres plus ſolito polli centur luxuriare. In egreſſu urbis uenerabilium antiſtitũ benedictio ac dira execratio quomodo differant: mea fœlicitas & Craſſi infortuniũ ſane declarant. Romanos in tres factio- Factiones nes diſcretos ante ciuiles tumultus fuiſſe conſtat. Optimi & ſapientes Pompeio turbulenti: romanorũ & res nouas appetentes Ceſari inter utroſcꝫ Craſſo ſtudebant. Cum hi tres rempublicã diſponerent: Pompeius Craſſuſcꝫ ſeditione cõſulatũ nacti in quinquenniũ Cæſari gallicũ im Craſſus perium prorogarunt: ſibi Hiſpaniam Pompeius Syriam ac orientẽ Craſſus impartitus eſt. Parthos populi romani amicos cum Craſſus inuadere minareẽ: plures iactantia offenſi & Factiones indignati murmurarũ. Atteus tribunus plebis ubi admonendo ac paſſim obtrectando de- romanorũ lectui obſiſtere non potuit: horrendis inſolitiſcꝫ execrationibus Craſſum proficiſcentẽ deuouit. Craſſus nulla religione: nullo omine uel prodigijs moratus cum expeditione undicꝫ coacta in Parthos profectus: maledictione operante cũ filio proximis/amicis: & milite Romano a Surrena regis Parthorũ imperatore illuſus: implicituſcꝫ cum luctu ac urbis ignominia eſt trucidatus. Albertus ſcientiarũ præſtantia magnus: cœlum animalibus quibuſdam Albertus uim elationẽcꝫ in anima præſtare: idcirco homines ab electis uiris benedici (ait) plurimũcꝫ lętari. Ego remeans a proceribus Romanis tot acceſſionibus benedictus Albertũ inter ueridicos uates experior cõnumerandũ. Horũ uenerabiliũ antiſtitũ alma collaudatio non eſt funeſta: ut familiarũ quarundã in Africa & alibi digentiũ. Familiæ tales animalia effaſcinã Faſci- tes rem approbando interimunt/ his arbores areſcunt: & infantes ut minus reſiſtentes his natio

moriunt. Nõnulle gentes in Africa & in quadã illyricorũ ora quẽcunq; iratis oculis inſpiciunt/exanimant: & tum maxime impuberes. Inter has faſcinatrices mulieres quæ duplicẽ pupillã habent/pernicioſius necant. Chriſtus uim benedictionis edocẽs: e quinq; panibus ordeaceis duobuſq; piſcibus benedictis ultra quinq; hominũ milia eſurientium ſaturando quantũ benedictio opes multiplicet/aperuit. Crucis inſigne iniq̃s dæmones ne obeſſe poſſint/fugat: ne ue ipſi debiles animas qui habẽt inquietari poſſint/ ipſa crux tuetur. Iulianus romanorũ Imperator diabolicis illuſionibus oblectatus: ad quædã naturæ ſecreta hauriẽda magũ in ſpeluncã ſecutus: incurſibus uocibuſq; dęmonũ queſtus eſt ſe infeſtari. Magus dæmones ſibi ac imperatori obuios ſigno crucis ex templo amouit. Iuliano crucis uim miranti magus inquit: Nihil eſt excellentius q̃ benedici: & in his incurſionibus ſigno crucis uti: dæmonibus hoc genus ſupplicij nimis urentibus gẽtes: ſata: probos uiros: tẽpla & aras ſimili benedictione a uobis opto fortunari: ſi fas eſt & otia ſubſunt: ſingulis horis uel ſaltẽ diebus uniuerſo benedicite orbi: ſic ſaginemur: & longęui pręferemur Indis. Indi (ut aiunt aſtronomi) a Saturno ſenectutis domino & a uentis mulcẽtibus expurgati: nullis aut rariſ ægritudinibus excruciant: nõ niſi in ſenio moriunt: quadã innata benignitate diu ſimul cohabitantes. Aues aduncarũ unguiũ ira & ferocitate: & piſces quidã nõ ſimul poſſunt cohabitare. Alia q̃plurima animalia etiã aggregant: & quædã in ciuitate & quædam in deſertis hominũ comertia diffugiẽtia inuicẽ uniunt. Homo animal greſſibile atq; ciuile utrãq; ope rationẽ exercet. Et quandoq; ſolus cõtemplationis fœlicitate detentus: ſolus tunc gaudens bono diuino. Et in ciuitate etiã bono humano lætat: & cũ multis in ciuitate ſine quibus nõ acquirit fœlicitas ciuilis/unitur. Omnia opera ſua tunc refert ad unũ: & unam agit actionẽ ad cõmune bonũ pertinentẽ. Nec aliud animal cũ ſocijs degens actionẽ talẽ in unum colle ctam perficit. Si uolumus tñ ſubtilius indagari uel potius altercari: hominẽ: apem: ueſpam/ formicã in unũ ſuas opationes referre dicemus: ſed nõ ita expedit licentius euagari: quoniã talia potius naturali inclinatione/q̃ uirtutis amore operant. Solus hõ participat de perfecto regimine uitæ: Perfectũ regimẽ uitæ eſt: ſcd'm partes honeſti ad finẽ fœlicitatis progredi.

Chriſtus

Crux

Iulianus

Indi

Animalia quę ſimul habitent

ANTERI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO CAP. XXI

Lex

a Nterus Romuli gręcus ante martyrium interitus geſta martyrũ ſollertiſſime diſcuſſa ad perpetuam hominum memoriam a notarijs ſcribi: ne bene decertantium probitas neglectu poſſet aboleri: ac in ærario eccleſię cuſtodiri mandauit: epiſcopum ad altiorẽ magiſtratũ primo remiſſo non ipſius utilitatis cauſa/ſed neceſſitatis ouium ratione pontificis auctoritate poſſe aſcendere indulxit.

EPISTOLA VIGESIMASECVNDA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Petro Maceratæ clariſſimo artium ac medicinæ doctori fœlicitatem.

p Latina a Paulo põtifice in arce Adriani penſilis quæſtionibus diſtractus: ut in ſacerdotes inueherẽ/irritamentũ qui ſic inquiẽs nactus eſt: cũ noſtris tẽporib⁹ auaricia ꝓfundius irradicata ſit: a pleriſq; fit oppoſitũ: nã ad uoluptatẽ ac utilitatẽ ꝓpriã reſpicientes: ut pinguiores apices expilẽt/ad uberiores cẽſus ſemp reſpiciũt. Nec præmiſſis Platina cõtentus addit/qd' eſt mordacius. Præſules nõ qualis ſit morbus pecudũ: aut q̃ ratione ſalubriori paſcuo paſcẽdæ ſint: qd' eſt paſtoris officiũ/quærunt: ſed quõ facillime ditari: & q̃s redditus ſingulis annis excerpere poſſint: cæteris neglectis ſciſcitant. Huiuſmodi cõſulibus de cura aiarũ ſua parua recordatio raptim alget: ſed in augẽdis prouẽtibus magna ſu perſtitio interpoſito duello ſingula rimant: ut affines ſecordes: multa iumenta: ganeones: ſcurras: ſeruos quidẽ ignauos: cuſtodeſq; alant ꝓ prouẽtibus tã enixe laborant. Q2 Platina agreſtes & ſontes ſacerdotes damnet: nolo ego Bonifacius meo patrocinio inhibere: ſed q⁹ odio unius in omnes inuehit: & q⁹ ſacerdotes indiſtincte ut cerdones peſſundet/ certe deſto machor. Quando enim Romam ceu morum cenſor applicui: non talia enormia qualia Platina ſcribit/hauſi. Sunt etiam in cœlo clara & obtuſi luminis ſydera plura nobis uirtute licet minus conferant adoratione digna. Permulti antiſtites circumſpecti: & optimis exemplis uenerabiles ſunt a factione: ſeditionibus: auaricia: & turpi queſtu exempti: a quibus orbis tenebrę profecto illuminantur: qui ſua ſanctitate fulgura: terremotus: famem: tempeſtates: languores: diluuia: & cætera ad perdendum deorum inſtrumenta ſuis exemplis & oratione mitigare poſſunt; quibus iudicio meo ut deis certe magis / q̃ proximis debemus. Si qui

tamen deliri ſunt: & Platinæ uerbis notari merentur: dei omnipotentis ultionẽ timeant: & filioꝝ Heli infortuniũ ſibi iminere exiſtimẽt. Heli iudeoꝝ pontifex ſummus: homo dei: ſacerdotũ aduerſante hebrei infortunati uſq; ad trigínta millia cũ ducibus rapta tantæ ſanctitatis arca cedunt. Heli ſenex: filios qui nõ correxerat: iam natis orbus a ſella ruens obijt. Et eadẽ die uxor Phinees: coniugis & ſuoꝝ audita nece inſeptimo menſe enixa: ne aliquod ueſtigium turpitudinis reſideret: extrema luce functa eſt. Sacerdotes cõſilijs/exẽplis/ liberalitate aliorũ caput: æque ac capita uariant. Capitis naturalis figura eſt ſicut ſpera cõpreſſa aliquãtũ oblonga. Quapropter figura capitis oĩno rotũda/inaturalis: & forte turbatę rationis eſt. Sutura in eo facit oſſis diuerſitatem: ut leſiones cõmodius tollerẽtur. Aduertendũ: q⁹ futura talis in capitibus mulierũ: ut frequenter eſt una: idcirco capita fœminarũ e ſuturarũ compagnatione ſunt magis dolentia. Teſta quorundã maniacorũ compacta nimis ſi ꝓforatur reddit quãdoq; ſanitatẽ. Capitis teſta ex oſſe duro creata eſt: quoniã ſua duricie eſt cerebri clypeus contra ictus: & impreſſiones a calore & frigore occurrentes.

Filij Heli

Capitis

CORNELII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XXII.

Decius reuocat

c Ornelius Caſtini Romanus ad centũcellas in exilium miſſus a Cipriano Carthaginenſi epiſcopo ob ſanctitatẽ incarcerato litteras calamitatẽ amboꝝ & Chriſtianoꝝ cõtinẽtes accepit. Quibus Decius imperator iratus Cornelĩũ Romã a cẽtumcellis reuocat: & in telluris templo aſtante urbis ꝓfecto ſuperbe ſic ait: o nequã tam obſtinate uitã inſtituiſti: ut necq; deos cures: neq; ꝓcepta: uel minas principũ timeas: cõtra hanc rẽpublicã inſolens litteras mittis: uel ab alijs accipis legẽdas. Quod ſi cũ deis noſtris ſentientẽ nõ pœnituerit: te aculeis excruciari ad multoꝝ exempla iudicabo. Cornelĩ⁹ tyrãno imutato uultu reſpondit: cõtra ſenatũ: uel cõtra te principẽ nihil ſcribẽdo tentauimus: ego Romanũ imperium augeri nõ extenuari opto. De laudibus Chriſti: redemptione animarũ: deq; futura cœli amœnitate utroq; citroq; ſcripſimus longis temporibus amici. Decius excanduit: & ſanctiſſimum uirum ceſum ad templum Martis duci: & eius ſimulachrum ſi adorare abnuerit; capite plecti iubet.

EPISTOLA VIGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Nicolao Palmerio artium & medicinæ aurato interpreti fœlicitatem.

Triumũiratus

c Aeſare ſublato: Auguſtũ & Antoniũ: ciuilibus bellis qui conflixerant: Lepidus: ut triumuiratus ſumeret initiũ: ſibi concilĩauit. Exacta in urbe cœde nobiliũ: & Antonio Aſiam: Lepido Africã: Octauio Europã tenẽtibus Sextus Pompeius iunior ab Hiſpania cũ exeſis fratrũ: patriſq; reliquijs: fauẽte Senatu Sicilĩã occupauit: qui ſi cũ Antonio Auguſto inita pacis fœdera non temeraſſet: aut maritimas Italiæ oras ſolito more rapinis nõ turbaſſet: inſulæ dominari diu potuiſſet. Cæſar Auguſtus incurſionibus piratarũ laceſſitus: ut Italiã ab infortunio eximeret: accerſitis triũuiris uaria naufragia paſſus Sixtum Pompeiũ nauali ꝓlio ab Italia fugauit. Lepidũ qui in auxiliũ Auguſti multis cũ legionibus uenerat: inſulã munientẽ: ut contẽtus Africa ab Europa ſe abſtineret: Cæſar admonuit. Lepidus ꝓ Sicilia Africã: cuius limites ad Ethyopiã uſq; expanſos ignoramus, dimittere ſpondet: & ſic obſtinatius ꝓſiſtẽs eius auaricia deficiente exercitu ſe dedens: ꝓpetuo ab Octauio relegatus. Libyã amiſit. Lepidus Africã regibus/rebus geſtis/glebis/frugibus/ fœtura fere oĩm animaliũ: fœcundã Sicilĩæ: quã Pyrrhus: dũ cũ Cinea loquereť: fœlicẽ inſulã noĩabat poſtpoſuit. Cæſpitis ubertas/prælia/Cyclopes/ Polyphemus/ac ſtrenui gygantes. Tyranni quoq;: & Aethneus ignis: ſic ſiculos illuſtriſſime decorãt: ut Sicilia inter inſulas æque/ac ſol inter ſtellas coruſcat. Sit Sicilia antiquis annalibus excelſa: ſed Nicolai claritudine ĩludo Papiẽſi comitis mei magis nũc floreat: nũc ſublimius decãteť. Ipſe mirabiliũ effectuum auctor: defunctos pene q⁹ pharmacis reuiuiſcere facit: q⁹ etiã Apollini/ Chironi/ Aeſculapio Auicẽnę: & ſi medicinæ cõpertores ſint ꝓferť: nulli huic exprobrabũt: ſenes certe ſumus:

Sicilĩæ ꝓſtantia

Nicolaus medicus

nec te medico uſi ſumus. Nec æmuli dicẽt: tuos errores terra tegit: nõ ſinis ægrotos diu mar
ceſcere: quoniam curas cito illos infodere. Si ad impenſam domus leuius ferendam uolue
ris Romæ nunc ab integro mederi: ſcias te in Occeano eſſe: non Alecia tantum: ſed Cœtas
Alecia qñ Balenaſq; effuſis hamis poteris piſcari. Alecia ante autumnum mira multitudine nullo rhe
capiuntur te trahuntur. Poſtea cum in turmas ſeparentur: affatim quauis arte educũtur. Piſcis iſte &
ſi exiguus ſit: ulnamq; nõ excedat: tam expedite tamẽ ut magni: dum ſe amore uniũtur: nõ
certe capitur. Scriptum eſt parcius exigito: dum rhetia tendis. Ne fugiãt captos legibus ure
tuis. Comites tuos Palmeri ad cõuiuia accerſitos nomine tuo blande ſalutauí: quãti ſis: nõ
infacunde narrauí: melius quã pictor: tuos honores: fauores prudentia conquiſitos: ac diui
tias effinxi. Bene ominantur uno hiatu: q; ſis ſoſpes: ut in urbe dij uotis tuis faciles ſint: cer
tatim ſupplicant. Ego Bonifacius: ut grandeuus: ut opulentus bene ualeas: & liberaliũ car
dinalium gratiam tibi aſciſcas: per meos miniſtros ſingulos dies ſacrifico: ad has litationes
Phiſono- ſacerdotes ſanguineos: bonas phiſonomiæ notas habẽtes accipio. Melancolicos: qui cum
mia. triſtes & graues ſint: & terribiles imagines ob ſanguinis melancolici grauitatẽ/ frigiditatẽ
horrorẽ patiantur: effugio. Imagines in horrido receptæ ꝓfecto horribiles efficiuntur. San
guinei ſubtilitate/ claritate eiuſdem humoris/ & temperate caliditatis exiſtẽtes melãconicis
oppoſita uidẽt. Colerici feruore & leuitate ſanguinis pene ſemp accenſi faciliter ad iras cõ
citantur: qui igneas formas crebro uident: cũ talibus iraſci peculiare ſit: ideoq; q; ira eſt ac
cenſio ſanguinis circa cor concinnne aſſerimus. Cum ergo membra ſanguine nutriantur:
& reliqui humores fere ſint: ut ſupfluitates: conſequens eſt: q; ex ipſa habitudine membro
rũ inclinationes: & paſſiones animæ cognoſcantur.

FABIANI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO. CAP. XXIII.

Lex f Abianus Fabij Romanus ante martyriũ urbis regiones ſeptẽ diaconis diuidẽs: ut
notarij res geſtas martyrũ ad æternã rei memoriã colligerẽt: ut qui Chriſti fidẽ ꝓfi
terẽtur: ſublimibus defunctoꝝ exemplis illecti fortius incẽderẽtur: ut etiã in cœna
dñi chriſma renouaretur uetere aduſto p̃cepit. Nouaciana hereſis tũc irrepſit Nouato urbis
Nouacia- præſbytero factioſo rerum nouarum auido apoſtatas pœnitentes nõ amplius recipiendos
na hereſis negante: ad hereſim abolendam concilio Romæ coacto ſaluatoris exemplo nemini peten
ti ueniam poſſe negari ſancitum eſt.

EPISTOLA VIGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Iacobo de Leonibus ordinis diui Franciſci in Sicilia miniſtro fœlicitatem.

Polibius c Ontuberniũ nullũ me magis/ q̃ tuum Iacobe mouit: quoniam ultra uulgares uirtu
tes Polibij p̃ceptũ enixiſſime obſeruas. Polibius nõ prius e foro abire ſtudebat: q̃
aliquẽ ex adeũtibus familiarẽ: & amicũ quouis pacto effeciſſet: Forliuij tumultus
ne mihi ex illa ora remeanti obeſſent: formidaſti: uerũ ſoſpes & fortunatus regiã meã ami
cis occurrẽtibus lætare adiui. Ditionẽ meã ſaginatã: finitimos obſequentes/ gramina ſege
tes: pecus omne benedictione cardinaliũ bene ualere comperi. Inter tot amicoꝝ ſalutatiões
quid agã: ſi pcuntaris. Ioannis cardinalis laudator inter æſtiua apricor. Illius animæ elatio
nẽ: magnanimitatẽ: reditũ ſuum ad urbẽ ad cũctis cardinalibus occurrẽtibus honoratũ: &
primatũ ſalutationes: quas ego uidi: narro: illũ etiã Bononiæ in Chriſti natali celebraſſe: ac
indumẽta tria millia aureoꝝ extimationẽ ſuperantia eũ: poſt myſtica templo obtuliſſe: ac ſi
Facinus Facinus ſuæ Romanę domus edituus: omnes apparatus: ipſoſq; lares miſiſſet pari ilaritate
quæq; redimicula religioni donaturũ p̃dico. Ioanni & Alexãdro in liberalitate/ animi p̃ſtã
Alexãdri tia/ ortu/ auſpicijs/ aſtris/ fortuna/ ingenio/ oĩa pariter cõcurrere affirmo. Alexander omne
liberalitas patrimoniũ: anteq; in Aſiã traijceret: amicis impartitus: qd ꝓ ſe retineret: interrogatus: ſpẽ
orbis ſe retinere nõ eſt inficiatus: ſecq; ſtatim mũdi regẽ appellari iuſſit. Et ſic orbi quẽ Ioan
nes põtifex futurus ſperet: ſua uirtute impauit. Tu uero ſiculus: atq; lõgæuus Alexãdri mi
litib⁹ aſſimilaris: q Agroꝝ urbiũ/ cõiugũ/ ac liberoꝝ oblectationẽ: & lõgę militię icõmoda
obliti ducẽ inuictũ: q̃ſq; fortunas poſtponẽdo ſecuti ſunt. Sixto pontifici patruo ſuo ſepul
chrum æreum miris imaginibus celatũ: & ut ita dicã: per Pyrgotellem: & Liſpũ: Mauſeolũ
Pyramideſq; excedẽs componit. Dum magnanimi uiri hæc illuſtria admirãtur: ac illũ põ
tificatu dignũ ꝓnoſticantur: q; breui Romam fontibus: & aquæ ductibus illuſtraturus ſit:

præmiſſis adijcio. Vt Ioannis ſuffragijs cito prælaturam te dignam conſequaris: per phiſo
nomię pronoſtica electos ſacerdotes habeo: qui deis: ſicut pro Nicolao quottidie ſupplicãt
pro te quoq; Phiſonomia enim licet de affectibus hominũ diuinare doceat: nõ tamen ſcien Phiſono-
tia talis de moribus hominũ neceſſitatẽ: ſed e ſanguine & ſpiritibus inclinationẽ ſignificat mia.
quæ freno rationis retineri poſſet oſtendens. Philoſophia enim eſt nihil aliud: quã uictoria
& abſtinentia concupiſcibiliũ: in expugnatione concupiſcentiarũ uirtutis opus conſiſtit:
quemadmodum Hippocras egit. Hippocratis diſcipuli ſui præceptoris figurã Phílemoni Hippocra
exímio Phiſonomo tulere. Qui cũ ui ſignorũ maturaſſet: q; depict⁹ eſſet deceptor: & amãs tis.
coitum iudicauit. Iuuenes indignati Philemoni: q; ſic ſtolide de optimo uiro pronũciaſſet:
execrationibus illuſere: Hippocrati ut ultori iudicium narrantes. Philemonem recte iudi
caſſe: ſed amore philoſophiæ: atq; honeſtatis ſe concupiſcentias carnis uiciſſe: & quod erat
a natura negatũ: per ſtudium accepiſſe: eſt Hippocrates teſtatus.

LVCII PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO. CAP. XXIIII.

Lex Vcius Porphirij Romanus ab exilio reuocatus ante martyriũ præſbyteros duos:
l diaconos tres: epiſcopũ quocũq; locoꝝ ueluti eius uitæ: & actionũ teſtes comitari
inſtituit. Illo ſeculo ex Chriſtianis: cum undiq; affligerẽtur: plurimi imbecilles de
fecere: ſed in ultionẽ tam dira peſtis repente orta eſt: ut nullæ prouinciæ/ ciuitates/ domuſq; Peſtis
illeſæ remanſerint. Germani præter ſolitũ efferati Rauennã uſq; ferro flãmis raptu omnia
uaſtantes peruenere. Imperator Valerianus in Meſopotamia cũ Parthis manus conſerens Valerian⁹
captus in ſeruitute cũ Romanoꝝ dedecore expirauit. Pacorus Perſarũ rex equum aſcenſu
rus Valeriano principe captiuo pro ſcabello eſt ſemper uſus.

EPISTOLA VIGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Ioanni Putheo/ iuris utriuſq; aurato interpreti fœlicitatem.

a Virtute o uir memorande: Papiam inanitam: Mediolanũ peſte exhauſtũ quãdoq;
ſuſpiciens non deſinis mirari: ſed hanc etiã iacturam mirantur & alij grauiſſimi ui
ri: uarias rationes ad interpretandum inducẽtes. Ego enucleatius (aduerte) forte ua
ticinabor: Papienſes quidam ignaui furiarum ſpiritu afflati ſumma cũ imis optantes miſce
ri alienis infœlicitatibus læti deos contra ſe ſeruire concitarunt. Si dæmones his telis utun
tur: quid ipſe deus omnipotens ueritatis: & piorum ultor aget? Cinus Taramenis inſulæ Cinus
rex/ elinguem filium habens a Delphicis ſacratijs opem & uerba pro filio orat. Si Africam
filius peteret/ ac urbem Cyrenem in eo ſolo poneret: uſum linguæ/ fœcundamq; tellurẽ ac
cepturum: ſortes reſpondent. Tedio peregrinationis adeo peſtis in oblitos ſeuit: q; uix na
uis una e ſuperſtitibus onerari potuit: diſpoſito ſitu: & iactis fundamẽtis: cũ Africam tene
rent: Bactus eorũ dux effectus eſt uocalis. E Crotoniẽſibus Syrij urbe expugnata iuuenes Crotoni-
quinquaginta ſimulachrũ Mineruæ amplexãtes: ſacerdotẽ ſacris indumentis indutũ in ter enſes.
ipſa myſtica trucidarunt. Peſte ſeditionibus: & alijs malis in ultionẽ ſpretæ religionis ſe ci
ues uexari ignorantes: qua ope quieſcerent: Delphos percuntantur. Violatum Mineruæ
numen/ ac interfectorum manes placandos ſi finem malorũ optarent: ſortes reſponderunt.
In regno Epyri uirili ſtirpe antiquata: Nereis & Laudomia regiæ natæ imperantes patefa- Laudonię
cta coniuratione Laudomia ad aram Dianæ (ut euaderet) confugiens: populi cõcurſu occi ultio.
dit. Sceluſ hoc niſi ſterilitate/ fame/ inteſtinis diſcordijs/ & externo bello uoluit dæmon ille
offenſus expiari. Milo templi uiolator: ac Laudomiæ percuſſor furẽs nunc ferro: nũc ſaxo
ſibi dentes uiſceraq; percutiens duodecimo die interijt. Carthaginenſes quibuſdã ſceleri- Carthagi-
bus cõmiſſis adeo peſte ſe grauari: queſti ſunt: q; ꝓ noxis ad placandũ numina hoſtes litare nenſes
legem ſtatuerũt. Sicq; immolandi uſus inualuit: Nam in grauibus excidijs uiros impuberes
loco uictimarũ ſacrificarũt: & in tali immolationis atrocitate: quoad a Dario Perſarũ rege ꝓ
hibiti ſunt: perſtitere. Darius plegatos: ut humanas hoſtias nõ immolarent: carne canina nõ
ueſcerentur: defunctoꝝ corpora ſanctius eſſe cremari/ q̃ tumulis infodi/ auxilia q; in græcos
parãda Carthaginẽſib⁹ iuſſit. Pœni ad auxilia imbecilles i cæteris regi paruere. Talia a me Oculorũ
nõ ſemp auſpicato dicunt: ſed gratia & lumina tua ſinceritate referta amicũ alti⁹ q̃nq; affa phiſono-
ri cogunt. Oculi flores ſunt animæ: per eos animus etiã intro in abditis aſpicitur. Oculorũ mia.

indicia aliorum membrorum principia sunt: si aptæ conferuntur: quæ si una cũ membris conueniunt: sane rata dicuntur. Si autẽ contrariantur: iudicium infirmant: & luminũ indicia cæteris prevalent: quia oculus cordis est nuncius: cum in eo omnis phisonomiæ pfectio cõsistat. Oculi cũ molliter subrident: ac totus uultus aptus est ad lætitiã: & remissæ sunt ali quantulum palpebræ: ac mollis est frons: & cilia lassa ingeniũ bonũ/magnificentiã/iustitiã/ mansuetudinẽ/religionẽ/hospitalitatẽ/gratiã/prudentiã/ hoīs docilitatẽ significant.

STEPHANI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO. CAP. XXV.

Lex Heresis

f Tephanus Iulij Romanus: in imperiũ & in fidem Christi q̃uis tyranni: & fœmine quedã illustres summiq; potentatus conspirarẽt: tamẽ ne sacerdotes: & leuitæ uestibus sacris alibi: q̃ in ecclesia in pagẽdis sacris uterẽtur: & apostatę (ut Cornelius cẽ suerat) ad pœnitentiã reciperent: ante martyriũ statuit. Arctemon Christũ cõmunis naturæ: & hoiem tantũmodo: nec semp fuisse: sed q; a Maria sumpserat principiũ dicebat.

EPISTOLA VIGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Petro de monte sancto fœlicitatem.

f Oeminas a natura molles in catholicos: & deum: cũ filios propríos necauerint: non mirũ est coniurasse. Prognem Pandionis: & Medeam Oetæ aliquantulum figmenti habentes reiciamus: ut recentioribus historijs earũ insolentiam attingamus. Ad Amyntam imperatorijs uirtutibus illustrem Macedoniæ regnũ: Alexandri: Perdicæ Philippi: Alexandri magni genitoris ex Euridicis coniugio patrẽ peruenerat. Eurydicem tenmeretrix tigine effrenem Amyntæ regnum/& nuptias: adulterio pollicentẽ: nata cædis conscia: pellicatum/ consilia/ seriem/ sceleris patri prodidit. Admonitus a cõmunibus natis miseratus consorti pepercit. Alexandro e liberis maximo tradito diademate obijt. Eurydice mater Alexandro belli moderamine claro: insidijs extincto: Perdicam filiũ successorem non diu Demetrius morata parili fraude intercepit. Demetrius acer: ardens quietis impatiens: extores petens: & Aegypto bellum illaturus inopinate auito regno spoliatur: siccq; ab uxore: filijsq; desertus cum Tyrum peteret occiditur. Seleucus unus e filijs cum iniussu matris diademate uteretur: ab ea tolli iussus est: cui defuncto Grifum fratrem suffecit nomine regio insignibusq; contentũ matre uim: maiestatẽ imperij tenente. Alexander Ptolemei auxilijs Syria adepta insolẽtior factus successuum auctorẽ aspernatur: cuius ingratitudine Ptolemæus offensus Grifum Syriæ regno paterno restituit. Qui Grifus regno potitus: atq; Alexãdro pempto a Grifus discrimine bellico iã sospes ne insidijs maternis caderet: ægre se potuit tueri. Nam materq; uictoriã filij dignitatẽ suã inferiorẽ esse animaduertẽs ab expeditione ueniẽti poculũ uenelacenę in no infectũ obtulit. Grifus isidiarũ gnarus matrẽ bibere iubet: abnuẽti arguẽdo instat: siccq; filios rediu luctata potu suo extincta est. Lacenæ multæ filios: sed effœminatos a cõflictibus fugiẽbelles. tes ut patrię dehonestamentũ interfecere. Damatria audiens filiũ timidũ: & seipsa patriaq; indignũ reuersum necauit. Alia ex acie: filiũ qui fugerat: suũ nõ esse germen prius testata: sustulit: nec parcius: quã plures aliæ sic natos elapsos occiderunt. Vna filiũ supersse: quia a prælio euasisset: audiens scripsit sic:. mala de te fama diffusa est: aut hanc nunc eleue: aut ne sis. Epugna cum cuiusdam filij cessissent: quo inquit uenitis fugiẽtes ignaua mancipia: an huc: unde egressi estis regressurí? & sublatis uestibus illis pudibunda ostendit. Hæ dirę Pãthera. genitrices iudicio meo sunt feris imaniores. Plinius de panthera Demetrium recitat dicentem. Cuidam uiatori media in uia accubans Panthera repente aparuit. Timore illi diuertẽti fera blandiens: ne secederet occurrit: ac si non esset timendum. uisa est adulari. Firmatis uiribus uiator beluam unguibus leui tactu uestem trahentẽ insequitur: cuius catulos in foueam uidit elapsos: prosiliẽs ocius illos exemit. Panthera gestiens: ac si gratias referret: extra solitudines benefactorem primo timore uix respirantem comitata ad filios redijt. Petre Respiratio melior per nares in timore: & in omni actione cõuenientius respiramus: & ad hoc deus nares creauit apertas. Halitus oris quandoq; naribus arctatis e necessitate fit: nec respiratio talis est naturalis. Oris halitus ideo est fœtidus: quia directa uia oris ad stomachum euaporatio respirationi imiscetur: & corrumpit eam: ut ĩnaturalem. Via nasi est ad pulmonẽ & ad cerebrũ: quæ membra non tales putridos emittunt uapores.

SIXTI SECVNDI PONTIFICIS IMMANIS PERSECVTIO. XXVI.

f Ixtus Athenienſis a ſacrificulis accuſatus ad Martis templum: ut ĩmolaret: hac lege impellitur: ut ſi nõ adorare abnueret capitale ſupplicium ſubiret. Tortoribus ſupplicia diſponentibus Laurẽtio diacono inter cæteros ab eo deſeri lamẽtati ait: nõ te Laurẽtius fili: cui maiora p̃ fide Chriſti certamina ſupſũt: deſero noli triſtari: poſt triduũ me ſequeris ſi theſaurum habes: illum interim pauperibus diſtribue. Laurẽtium triduo poſt igne uſtulatum ferunt. Inter hereticos Sabilinus Chriſtũ filiũ dei eſſe negauit. Sabilini uero ſpiritui Sabilinus ſancto intellectum abſtulere. Cerintus habundantiam ciborum/mulierum/uoluptatum in futuro ſæculo ſolitus eſt polliceri. Cerintus Hereſis

EPISTOLA VIGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Franciſco Symonetæ conſanguineo fœlicitatem.

c Onſanguinee Cerintus Machometanæ legis tacitus uulgator ſi uiueret: a Comedonibus/ Ganeonibus/almis prophetis: & ſi quid eſt ſanctius p̃ponaretur. Nonnulli hac ætate comeſſatiõibus & luſtris: turpitudinibuſq; dediti ſcurras: & caupones/ac Sardanapal us uilliores uiris & ſacerdotibus: & deo præponunt. Sardanapalum ſuæ laſciuiæ fomentũ a ſapientibus damnatũ p̃ deo colunt: utq; ſuæ demẽtiæ: ſuiq; numinis turpitudine audita erubeſcant: illius mores ſumotenus attingam. Ninus Nini/ac ſemiramidis filius parentis utriNinus uſq; labore: ſummi potentatus: ocio ſaginari cupidus: nullos finitimos bello turbauit: interpellicũ turbas militans per internũcios a uiris raro uiſus reſpõſa dedit. Poſteri quoq; Aſſyriorũ reges nõ ſolertius agentes per interpretes loquentes populorũ querelas: & acceſſum prohibuere. Sardanapalus ultimus Aſſyriorum rex: non ut uir: ſed ut mulier effœminatus impudentius imperauit. Ad hunc reliquorum fecem ſopore languentem cibo turgidum: potu udum: inter ſcorta laſciuientem Arbactus Medis præfectus: quod alijs negabatur: ambitione ſedula accedere exorauit. Vir fortis inter fœminarũ choros ſine maieſtate Arbactus præfectus regem/purpura/ac muliebri habitu molliter indutum: pellices quoq; diſſuauiantem: & eis ſtamina partientẽ uidens infremuit: heroes ſtatim cõcitat: Regi potius pẽſa/q̃ arma tractatio obtemperare indignatus remeat duces ad defectionem compellens. Arbactum e Babylonia fatidicus ante: ut rebellaret: concitauerat. quoniam regno & opibus ſuccederet. Aſcitis igitur auxilijs Ninam urbem regiam adoritur: quã uallo cinxit. Sardanapalus: & ſi prouinSardanapalus. ciæ: exercituſq; rebus nouis intenti fortunã ſuam in Arbactum tranſmutarent: nullum doloris ſignum dedit: nec ullum genus uoluptatis remiſit: fatis præcinentibus fretus: q; niſi amnis urbi inimicaretur: nõ ſuccumberet. Dum ſic ſtolide deſipiſceret: amnis ĩtumuit: qui mœnia urbis a fundamentis euertens magno hiatu aperuit. Sardanapalus a ſortibus admonitus ultimũ adeſſe diem conijciens in Pyram conſtructã diuicias / pellices quoq; cõgeſſit: & ſuppoſito igne ſe uiuum cremauit: ut ſic quantum turpis ſit uoluptatũ euentus: oſtenderet. Sparthani bello inuicti ab his uoluptatibus apprime alieni conuiuia ſine fœminis/ ſine Sparthanoꝝ cõtirepletione & cantu celebrabãt. Ab abſonis uoluptatibus abſtinere cũ corporis gracilitate: nentia. habilitateq; famẽ poſſe tolerare: & a cunctis laſciuijs ſe abdicare: glorioſiſſimũ cenſentes: pingues uero atq; carnoſos pondere & inertia: inhabiles irridebant. Ius ſuum maxime ab ipſis approbatum eſt: quo ſeniores contenti carnes adoleſcentibus cedebant: cæteris ingratũ erat. Huius iuris gratia Dionyſius tyrãnus Laconũ iuuenẽ emit: cui tale ius: ne ſumptui parceret: præparari iuſſit. Cũ guſtaſſet offenſus ius deſpuit. Franciſce Sardanapalus quare bleſus eſſet: ſi quí interrogant: reſpõdebo. Linguæ figura: retro ſpiſſa eſſe: & ad tenuitatem ante tendere debet. Ideo q; ante denſatur. ſermones nõ bene format: quia nõ eſt bene ſoluta: nec ad dentes: nec ad palatum bene plicabilis: ad quorũ tactus formari uoces dicuntur. Lingua anterius lata litteram S. non bene explicat: taleſq; bleſi eſſe dicuntur. Poſterius uero implicita litteram R. non recte pronunciat. Quando ergo eſt cõmenſuratæ longitudinis/ ac latitudinis/ & in anteriori extremitate ſubtilis/ loquendi gratiã habet. Magna & lata: aut curta nimis non expedit facundiæ. Et quoniã lingua ad multos uſus inſeruit: plures neruos motiuos / ſenſitiuos: plures uenas atq; arterias/ quam aliud membrum in toto corpore habet. Linguæ figura ad recte loquẽdum.

DIONISII PONTIFICIS AC SACERDOTVM PERSECVTIO. CAP. XXVII.

Lex

Ioníſius origine obſcurus: e monacho põtifex electus eccleſias & cimiteria Romæ
d foris uero dyoceſes præſbyteris diuiſit: ut límitibus propríjs contenti diuinis offi-
cíjs feruentius uacarẽt. Platina a Paulo põtifice excruciatus in uita huius pontificis

Hereſis neſcio an recte ſic inquit. Dioníſíj tpibus Paulus Samoſatenus ab ortodoxa fide deſcíſcens Artemonis hereſim ſuſcitauit. Nam in demortuũ locum Antiocenus epíſcopus creatus ſuperbe nimis ſe habebat. Inter ambulãdum præ ſuperbía líteras legebat dictabat epiſtolas multis cũ ſtipato agmine p̃cedentibus/ac ſequẽtibus: unde ꝓpter hominis arrogantiã Chriſtíanam religionẽ plericꝫ deteſtabãtur. Idem Platina iterũ mordacius ĩquit. Sed quid facerẽt noſtra tempeſtate: qua nihil ſuperbíæ/ pompæ/ nolo dícere/ luxuríæ addi poteſt. Si tot adoleſcentes ante ambulones ſericatos/ac coccinatos in equis p̃ferocibus/ ac phaleratis uiderent: ſicꝫ ſubſequentiũ præſbyterorꝫ turbam cernerent: execrarentur ipſos: ſat ſcio. Ad Paulum redeo: quẽ tutius repræhẽdere licet. His em̃ inflatus opiníõe ſui ipſius ad tribunal

Hereſis altius quærẽs negabat dei filiũ a cœlo deſcẽdiſſe: ſed a Maria cœpiſſe originẽ: & ínitiũ a terra habuiſſe. Qui in concilio Antiocено epiſcoporꝫ conſenſu publice damnatus eſt.

EPISTOLA VIGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Corado Alamano
Ciſterſienſis ordinis profeſſo / fœlícitatem.

Orade tu diſertus: Borealiũ decus: & rhetoris ſequentia ſcripta lecturí (ut meis utar
c præſagíjs: me mordacẽ appellabunt. Sed o facũdiſſimi uiri benignitate ſuperũ generi humano cõdonati: an liceat iraſci: ratione præuia uelitis: precor aniaduerte-
re: quoniã ſi ſapiẽtes ſine iniuría deis poſſunt æquari: uos ut numina nẽpe uereor: & amo. Pernitioſos uero laquacitate deuios faſtidio: maxime eos: qui Cardínales ſummos: mínimoſcꝫ pontificis ſemper maledictis deturpant: & excordes crebro delirãt. Ego em̃ ut ueru fatear uulgi hebetudine ductus de his multa olim credidi: ideo cũ Romæ eſſem ecõpoſito curioſius percõtatus cũ prælatis interfui: eorꝫ uerba maturitates/actiones/ſcientias/quibus nihil eſt p̃clarius quottidie obſeruaui. Vulgus ꝓfecto diſcors: & crapulis/ſeditionibus/ inſidíjs/obtrectationibus pronũ: quoſdã etiã faſtu refertos: qui ad amplos magiſtratus rogati

Cardinales uellent: cõſuetos de nihilo rixarí/ inuidere/ garire/atꝫ ex inſania maledicere cõperi. Tales ſunt qui a cardinalíũ & ſacerdotũ ſanctitate dentes cõtinere neſciũt. Cardinales em̃ nõnulli tenuitate cenſus: & ære alieno ex hoſpitalitate adeo oppreſſi ſunt: ut cũ ipſi luminaría mũdi ſint: & quottidie nobis quieſcentibus negocia Chriſtianorꝫ per æſtus: hyemeſcꝫ ſuſtineant: ſtulti hoĩs ſit: & ingrati de talibus quippe nã turpius ſuſpicari. Si autẽ aliqs eos pene mendicos ad põtificis regiã ꝓficiſci uiderit/reges uel apparatus regios exiſtimabit uidere. Epiſcopi/abbates/ prothonotarij/& exules/atꝫ qui rebus nouis ſtudent/ac gentiũ caduceatores/ & urbiũ præpoſiti: talibus negocia populorꝫ gerentibus geſtiunt famulari. Horum comitantiũ iuuentus: & equitatus omnis cardinales præcedũt: ipſi heroes bini præſulẽ ſequuntur: proceſſus & pompa talis: incedentiũ maturitate illuſtris: eſt grãde maieſtatis ſpecimen. Ignari rerũ equitatũ: & ornatũ conſpicuũ/ ac faſtũ comitantiũ ꝓſpicientes turbã ſic redimitã cardinalis impenſa exiſtimabit ali. Cardinales cum ſit unicuicꝫ: quo fert libido: ꝓficiſci a ciuibus: ab externis tollerãt: quod durũ eſſet prohibere: hac pompa deduci. Iudicio meo tales comites: cum in tali facie Chriſtianorꝫ celſitudo honoretur: ſunt a cœlo benedicti cũ ipſi prouinciarũ: urbiũꝫ patres ſint: & ut nos bene ualeamus: ipſi ſuo diſpendio indies meditentur: aliquo modo filijs/diuitijs/oportunitatibus: uel ſaltẽ comitatu ſulimari debent. De iſtis honoribus eſt: ſicut ad Pilios Theopompus ait: qui maiores honore ſibi decernẽtibus/mediocres honores augeri: ĩmoderatos uero euaneſcere ſcripſit. Benefactoribus con-

Taſij ſuetum eſt Corade adulari: & talibus exemplis hiſtoriæ refertę quottidie leguntur. Taſij ab Agiſilao magnis beneficijs affecti illũ templis/ĩmolationibus/diuinis honoribus proſecuti ſunt: ſed has ſuperſtitiões eſſe indicantes legatos ad ipſum miſere: quos an eorum patri deificandorꝫ hominũ poteſtatem haberet: interrogauit: illis ſe habere affirmantibus inquit uoſmetipſos prius deos facite: ut ſim crediturus: uos meipſum deificandi poteſtatem habere. E tali honoratiſſimo: & regali cardinalium choro quidam: ut non inficiar: diuites ſpl en-

didius: non ꝯo ſuperbius eminent: quorũ humanitatẽ/uirtutẽ/prudentiã: circumſpectionẽ/ hoſpitalitatẽ: religionẽ: facundiam nunq̃ poſſem explicare. Quiſquis ſinceritatẽ morum: prudentiæ: uirtutis: modeſtiæ: pietatis culmen optat medullitus explorare: ipſos ſemideos ſalutando adeat: ab amore & odio ſemotus eos alloquatur: contempletur: ſecum conferat: tunc me uera indagatum/ueraꝫ ſcripſiſſe fatebitur. Pontifex ſummus ad quẽ omnes inclinati cõueniunt: arduis curis oppreſſus uix naturæ neceſſarijs ſatiſfacit: uagari quí niſi ad ſacras ædes & ad has quoꝫ raro poteſt. Illum cuncta maturantem procerum equitatus innumerabilis ac ſi e multis prouincijs ad hoc conueniſſet/præcedit. Qui tamẽ ſua impenſa quadraginta equos quos forte in ſuis ædibus ſtabulari ignorat/uix alit. Primates orbis/principum legati/equites/heroes/prælati & cardinales illum dei uicariũ nationũ: ac pacis arbitrũ congratulanꝫ comitari. Nullos e tanto comitatu paſcit. Cardinales ſequi ſcit: reliquos prope omnes: qui ſint & a quibus regionibus uenerint/ignorat. Si qui igiꝫ ſunt inſolentes: qui religioſis huiuſmodi ambagibus derogant per me impune: ſed præuia ratione pergant. Si tales eſſe poſſunt: & a ceſpite & a fonte pietatis diſcreti nullo ſunt ſacerdotũ priuilegio / aut patrocinio digni: quos a pio grege præſtat abdicari: ut religione: ſanctitate: conſilio: ac uirtute pollentes queamus deuotius adorare: quoniã ab his in melius ſemper mundus ſanctitate morum emendatur. Numinũ miniſtros gratia/ quorũ deus toto orbi ornamenta dedit: idiotis & prophanis/ſordidoꝫ amictu & cultu incedentibus nõ expedit aſſimilari. Verum ſacerdotes conſpicuo & caſtigato decore Thomæ martyris exemplo uti debent. Thomas Thomas iuſtis patrocinia præbens a rege Angliæ Canturienſi eccleſiæ epiſcopus præficit: qui ſublimatus otiuſꝫ celebs effectus: corpus uigilijs/orationibus/cilicio/aſſiduis ieiunijs macerauit: qui & ſi uoluptates abſtinentia extenuaret: ſanctitatẽ in ſe eſſe ſummam ornatu apparatuꝫ occultauit: ſplendide indutus: famulatu & equis emicuit: ne maieſtatem eccleſię ſordibus & ſqualore deturparet: ſi ſe a prædeceſſorũ pompa & habitu contraxiſſet: illum etiã utenacem/ueſtipellem/hipocritam uulgus preceps obiurgaſſet. Thomæ prudentia & Silueſtri pietas ſunt a cunctis in tali ornatu obſeruandæ. Silueſter inuitus in põtificatu ſuffectus: Silueſter orphanorũ/uiduarũ/pauperũ nomina ſcripta quotidie legit: neceſſitate urgente his opportuna miniſtrans. Inter omnes nationes ſplendidius uiuentes/ſemper ſacerdotes priores fuere. Cæſar dictator tempore obitus: pontifex ſacerdotibus præfuit: quale ſacrilegium amiciꝫ proditores ſacrum hominem neceſſent: ægre ferentes armis & ciuili bello ſcelus expiarunt. Cæſar iuxta Dyrrhachiũ hoſtium caſtris potitus legionẽ unam Pompeij eximprouiſo ſuſtulit. Pompeius tumultuantibus occurrens: Cæſaris pluribus cohortibus inter anguſtias munitionũ ceſis ad nationes ut de uictoria congratularenꝫ: calcemꝫ bellis cito ſperarent/ſcripſit. Pompeiani optimates Cæſaris & eius amicorũ fortunas ſibi iam impartiebantur: inter quos Scipio Syriæ & prouincijs adiacentibus imperator cũ Pompeio iunctus eſt: quí parem ditionẽ in caſtris tenebat: Domitius: Lentuluſꝫ palam quotidianis contumelijs ſacerdotiũ Cęſaris ſibi aſciuere. Auguſtus pacati orbis dominus ob ſacerdotij maieſtatem Auguſtus uelut pater eius Cæſar pontifex ſummus eſſe uoluit. Hi orbis ditionẽ habentes non ſordida pompa & faſtu uacantes: ſupplicantes audierũt romanos Iudææ præſides: ac hebræos Iudęę præde ſtola/clamide & ornamẽtis pontificis: apud quos eſſe deberent: inuicẽ diu queſtos: opus ſides de fuit Imperatoris edicto ſedare. Vitelius Syriæ præfectus: ut illa ornamẽta apud ſacerdotes ſtola forent/iudicauit. Fadus ſucceſſor illa redimicula a Romanis cuſtodienda cum aſſentiret: in hac lite Claudius imperator interpellatus ſic ſcripſit: Pro ſacerdotali ueſte atꝫ corona ſupplicatis: ut ſub poteſtate ueſtra cõſiſtant: quæ ſunt a me poſtulata/concedo: ſicut uir fortiſſimus & mihi cariſſimus Vitelius fecit. Stolam & ornatũ omnẽ deo non in uiſum Alexandri exemplo dicemus. Alexander Philippi Dario fuſo Tyrũ obſidens Iado principi ſacerdotũ Alexãder in Iudæa: ut comeatum & auxilia prius Dario conceſſa ſibi uictori præberet/ſcripſit. Iadus quõ pontiuiuente Dario nõ poſſe iuramenta mutare/reſpõdit. Alexander obſeſſis potitus Hieroſolyficem adomam expeditionẽ ducit: Iado populũ orare & immolare hortanti ut cõfideret: ſertis ciuitatem ornaret: portas recluderet: omneſꝫ in alba ueſte: ſed ipſe & reliqui ſacerdotes cũ legitimis ſtolis Alexandro occurrerent: Deus ſatiſſecit. Phœniciibus & Chaldeis principis ſacerdotum & Iudæorũ interitũ expectantibus: Alexander multitudinẽ ueſtibus albis indutam & antiſtites byſſinis ſtolis: principem ꝯo ſacerdotũ hiacynthinam: & auream ſtolam ſuper caput Cidrim: laminamꝫ auream habentẽ intuens: penitus proſtratus principem ſacerdo

tum adorat. Reges confœderati ſe inclinare indignati Alexandrũ inclinatũ ut amentẽ irriſere. Parmenio quare ſolus ipſe rex ſtante multitudine ſacerdotẽ adoraſſet/interrogat: Alexander ait: Non hunc quem credis/ſed deum: qui eum principem ſacerdotũ conſtituit/adorauit: hunc habitum per ſomnũ uidi: dumq; quomodo Aſiam debellare poſſem/cogitarem: iſte onus tale non negligere: ſed confidenter ad imperiũ Aſiæ tranſire incitauit: ſe comitem laborũ futurũ: & perſarũ potentiam mihi traditurũ pollicitus eſt: quia igitur ille idem ſacerdos per quietem a me uiſus occurrit: Darium ac perſarũ uirtutẽ iam abſoluiſſe arbitror. Ornatu tali nõ ſolum in templis: uerum in peregrinationibus maiores noſtros uſos eſſe inuenimus. Macheus Carrhaginenſium imperator clarus & cõfidens: maiorem partem exercitus in Sardinia amiſit: ideo ipſe & exercitus in exiliũ acti ſunt. Expeditionis legati Carthaginem applicantes infortuniũ excuſant: reditum ac ueniam infœlicitatis militiæ poſcunt: ſpreti quod non precibus potuerunt/ſe armis conſecuturos nunciant. A Sardinia remeantibus ne tyranni cenſerentur: homines/deoſq; obteſtantur non ſe ultro expugnare: ſed ut patriam recuperent armari: & contra urbem iaculari: nec priore bello uirtutẽ/ſed fortunã amiſiſſe. Prohibitis comeatibus cum ciues deſperarent: Carthallus exulis Machei ducis filius a Tyro cum præda patris Herculi dicata reuertitur. Ante ingreſſum urbis a patre accerſitus/ſe prius religioni q̃ patrię pietati ſatiſfacere uelle reſpõdit: Carthallus religiõis officio functus ad patrem accedere uelle populũ rogauit. Purpura/auro/gemmis/infuliſq; ſacerdotalibus ornatus uenit. Quem pater a comitatu ſeuocat/& ait: Auſus es nefandiſſimũ caput iſta purpura & auro cõpoſitus in conſpectum tot miſerorũ ciuium lugubri hoc tempore uenire? quid in purpura? quid in coronis iſtis? niſi uictoriarum mearũ titulos geris? Quia igitur nihil niſi nomẽ exulis cognoſcis: ego quoq; me magis imperatorẽ q̃ patrem indicabo: quẽ cum ornatu in altiſſimam crucem in conſpectum urbis extulit. Summi ſacerdotes uices dei qui geritis: & eſtis harum immundarum ouium paſtores: & ſi elluones/lixæ/ganeones uos ſeruos ad ſarcinas conductos exiſtiment/nolite torpere: nam cũ auaritiæ/ conjurationibus/ſceleribus/uenenis renunciaueritis: bonis patrocinari: & cuncti miſereri didiceritis: horum ſceleſtorũ latratus extinguetis. Præter preces ad quas quotidie obligamur: rectũ quoq; & pietatem & cœlum/& deos præ oculis habentes: quando uacat/aſſidue diſcite orare: comites etiam/populoſq; ne inſidiari uelint: ſed ſimultates obliterẽt hortari. Ne templa per inertiam aut auaritiam ruant: ne quid e prædijs rapi poſſit/curandũ eſt: his etiam pauperes/uiduas/peregrinos/pupillos/aduenas pium eſt fouere. Nefas eſt mentiri: iratos nõ cõponere: recta nõ perſuadere: ſacris codicibus/hiſtorijſq; nõ uacare. His religioſe peractis ad gloriã dei: qui ſuos milites ex ſtipendijs nõ ſinit eſſe egenos: equos nitentes: ueſtes/redimicula/ornatus/famulos moribus & ueſtibus compoſitos: amicorũ/philoſophorumq; conuiuia: gratias deo ſemper agentes: ut nebulones iſti findantur/poteſtis habere. Quid eſt ad exemplũ noſtrum ornatius cœlo? in quo dominus ſacerdotũ tam exuberantiſſimo fulgore moratur. Si eſſet fictum chaos: & deus actus puriſſimus ibidem ſtabulareť/immane foret: nos ſacerdotes uelle eſſe excellentiores. Ex quo deus illuſtriſſima ſuis militibus creauit: & illuſtriſſimum uiuendi nobis præbuit exemplũ: reiecta inuidia: abiectis rapinis: reſecatis uitijs illuſtriſſime uiuamus cõſulo: ne Saturnus ad inuidiam/ad res immundas animas diſponẽs/ſic noſtræ natiuitatis dominus eſſe uideaťt: ut inuidis & fetulentiſſimis criminatoribus noſtris fuit. Omnia animalia bonum ſibi poſſibile: & quanto magis eſt bonũ/tanto magis illud appetunt: & illius gratia agunt. Non idiotæ ſimulacra deaurari debent: ſed nos qui cœlum tractamus/deaurari debemus: & ut ſacerdotes pompa & apparatu utantur: deo gratũ eſſe propinquioribus exemplis dicemus. Hefrem heremita columnam ignis cœlum cõtangentem uidit dum cõtemplaretur uocem: talis eſt magnus Baſilius qualis eſt columna quam cernis audiuit dicentẽ: Hefrem ad urbem Baſilium cõtemplaturus ueniens: illum comptũ ſtolaq; candida indutũ ſtipatione clericoꝝ incedentẽ cõſpicatus ĩmurmurauit dicens: Si (ut rebar) iſte ſanctus & uenerabilis foret honorem hunc ſperneret. Baſilius hunc Hefrem ad ſe uocat & inquit: Vidi te accenſa lingua ignem euomentem. Heremita attonitus: & talia deo grata eſſe ratus crimen murmurationis ſanctiſſimo uiro faſſus eſt. Alius heremita poſt Baſiliũ in topere ueneratur/in pompa delectatur. Tunc ab incerto auctore uox audita eſt: tu amplius in palpando cattæ caudam q̃ Baſilius in apparatu ſuo oblectaris.

Macheus pœnorum Imperator

Carthallꝰ religioſus

Hefrem heremita uiſit Baſilium & ſuperbiæ accuſat

Heremita Baſilium damnat

FOELICIS PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO CAP. XXVIII

f Oelix Conſtantini romanus ante martyrium quotannis martyrũ nomine ſacrificia celebrari: miſſas niſi a ſacro uiro ſi neceſſitas neminẽ arceret fieri: ſi de conſecratione ex uetuſtate templi ambigereť: illud denuo cõſecrari poſſe uoluit. Huius pontificis temporibus e perſis quidam Manes ſe chriſtum eſſe profeſſus/duodecim diſcipulos ut Chriſtum imitaretur/comites habuit. Lex

Manes ſe Chriſtum profeſſus

EPISTOLA VIGESIMANONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Iacobo Caçulano Ciſtercienſis ordinis profeſſo fœlicitatem.

m Anes ſuperbia/impietate/arrogantia fertilis Chriſtus uoluit cenſeri: ſed qua impietate eſſet deteſtabilis/per Chriſti bonitatem dicemus. Ioſephus ſic ait: Chriſtus erat uir: ſi eum uirum nominare fas eſt/mirabilium operum effector/doctor illoꝝ dicebať: qui libenter audiunt ueritatẽ. Cuius uirtus atq; maieſtas nedum iudæos ſed q̃plures alios ſibi adiunxit. Qui cum fuiſſet per Pilatum ſuggeſtione liuoreq; primatum crucis affixus: non eſt ab his qui eum ab initio elegerunt/deſertus. Qui tertia die iterũ ſuis apparuit uiuus. Et Lentulus ſenatui Romano de Chriſto mirabilius ſcribit/dicẽs: Apparuit temporibus noſtris: & adhuc eſt homo magnæ quidem uirtutis nominatus Ieſus chriſtus: qui dicitur a gentibus propheta ueritatis: quẽ eius diſcipuli nominant filium dei. Suſcitans mortuos: & ſanans languores: homo quidem ſtaturæ mediocris & ſpectabilis: uultum habens uenerabilem: quem intuentes poſſunt diligere & formidare. Capillos habens in modũ nucis auellanæ præmaturæ: & planos fere uſq; ad aures: ab auribus uſq; ad humeros circinnos & criſpos: aliquantulũ ceruleos/& fulgent ab humeris. Diſcrimen habens in medio capitis iuxta morem naçarenorũ. Frontẽ planam & ſereniſſimã ſine ruga & macula aliqua: quam rubor moderatus uenuſtat. Naſi & oris nulla prorſus reprehenſio. Barbam habens copioſam in ſimilitudinẽ capillorũ nõ longam/ſed in medio biſſulcatam. Aſpectum habens ſimplicem & maturũ. Oculis glaucis/uarijs/clariſq; exiſtentibus. In increpatione terribilis: in admonitione placabilis & amabilis. Hilaris ſeruata grauitate qui nuſq; uiſus eſt ridere: flere autem ſic. In ſtatura autem corporis propagatus & rectus habens: brachia uiſu delectabilia. In colloquijs gratus/rarus/& modeſtus: ſpecioſus præ filijs hominũ. Pilatus de Chriſto Claudio imperatori ſic ſcribit: Nuper accidit (quod ipſe probaui) Iudæos per inuidiam ſuoſq; poſteros crudeli damnatione peremiſſe. Cum enim promiſſum haberent patres eorum: q̃ deus mitteret illis per uirginem ſanctum ſuum: qui rex eorũ merito diceretur: hunc me præſente miſit in Iudæam: quẽ cum uidiſſent cæcos illuminaſſe: leproſos mundaſſe: paraliticos curaſſe: dæmones ab hominibus fugaſſe: mortuos ſuſcitaſſe: uentis imperaſſe: pedibus ſiccis ſuper undas maris ambulaſſe: & alia multa miracula feciſſe/ut populus Iudæorum eum dicerent filium dei/principes inuidiam paſſi ſunt cõtra eum. Hunc itaq; mihi tradiderunt: & alia pro alijs mentientes eum magũ eſſe: & contra legem eorũ agere dixerunt. Ego ita eſſe credidi: ipſum flagellatũ eorũ arbitrio tradidi. Eum crucifixerunt: & ſepulchro cuſtodes adhibuerũt. At ille cuſtodibus meis militibus cuſtodiẽtibus die tertia reſurrexit. In tantũ ỹo nequitia eorum contra eum exarſit: ut ipſis cuſtodibus pecuniam dederint: qui diſcipulos eius corpus rapuiſſe dicerẽt. Sed illi (quod factum eſt) tacere nõ ualentes: teſtati ſunt eum reſurrexiſſe: & ſe pecuniã a Iudæis accæpiſſe. Hęc autẽ ideo ſcripſi: ne quis aliter exiſtimaret credendum mendacijs Iudæorum. Hęc Chriſti reſurrectio multis cum teſtibus & monumentis uulgata nõ extitit: ut Gabinij diabolica illuſio. In bello ſiculo ab Auguſto in Sextum Pompeium geſto Gabinius Octauij claſſium prefectus in dimicatione comprehenſus: Sexti Pompeij mandato amputata quaſi ceruice in littore exanimis tota die iacuit. Cum aduęſperaſſet: ibiq; multitudo gemitu concurreret: Gabinius qui reuixit Sextũ Pompeium ad eum ueniret/aut e charis aliquem mitteret/petit: ſe ab inferis remiſſum: haberęq; quod illi renunciaret. Ex amicis plures Pompeius miſit: quibus Gabinius inquit: Partes & piæ cauſæ Pompeij inferis placent: futurus euentus erit ut ipſe optat/ſe ita ab inferis nuncia reiuſſum ait: argumentũ ueritatis quod exactis mandatis protinus expiraret. Eo (ut dixerat) defuncto: Sextus Pompeius tamen cum fracta claſſe turpiter aufugit dæmonis dictis illuſus. Hæc mira ſunt/cum ſcriptũ ſit: Corruptũ non poteſt redire idem numero.

Lentulus de Chriſto ſcribit

Pilatꝰ chriſtum deſcribit

Gabinius quomodo reuixit

EVTICHIANI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO CAP.XXIX

e Vtichianus Maximi tuschus ante martyriũ fruges in altari ut fabas/ uuas benedici: martyres sine dalmatica/colobio ue purpureo nõ intumulari insurgẽte Manicheorum heresi cauit. Hi duas substãtias/bonã uidelicet & malã: ac aĩas a deo ut a q̃dam fonte emanatas cõuenere. Testamentũ uetus oĩno & nouũ nisi in aliqua parte respuerũt.

EPISTOLA TRIGESIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Theodosio hispano fœlicitatem.

Aĩa scd̃m quosdam describit

d Eanima ac si huiusmodi substantię (quod theologorũ est) effingi possent: aliquid ad te scribere uellem/rogasti. Quidam si de anima nõ mentiti essent: olim pręclari animã de potentia materiæ educi: & brutorũ more extingui/ calumniose scripserunt: eam corruptibilem sentientes: immortalitatis equidẽ priuilegiũ condignũ foret/ amitterent: Nam in legem aut in priuilegiũ qui cõmittunt: legis omne beneficiũ amittunt. Deus nihil agit frustra: & deus facit id quod est melius: Theodosi memento. Anima pro qua tot quotidie in orbe mirabilia deus operatur ꝙ sit perennis: est melius q̃ ꝙ ipsa omniũ rerum finis moriatur. Ipse supremus motor cum infinitæ potentię sit: animam ęternã fecisse est melius q̃ ꝙ tam nobile opus patiatur anullari: cum res tam decora/tantæ præstantiæ/ sine labore/sine iactura/aut orbis ĩmutatione seruari possit. Ad quid omnipotens pro eo quod nihil erit: tot in elementis animalia: tot in cœlis luminaria creasset? Cœlũ hucusq̃ & sydera perpetua fuere: quorũ æterni motus & intelligentiæ assistentes si aduertimus/ animæ famulantur. Vt anima uiuat & imperet: tot moles quotidie circa centrũ mundi perenni rotatione uigent. Si in corruptibilia & fœlicia luminaria cum suis intelligentijs corruptibili substantiæ inseruirent: profecto sine ratione deus mundũ ut perpetuũ corruptibili inseruiret/ creasset. Animarũ esse obitus si terminaretur: fata quę omnia disponunt: non magis de hominibus q̃ de brutis præuiderẽt: nec ullæ animæ uisæ essent: ꝙ multotiẽs uisæ mirabilia dixere: imo quidam Lacon cum noctu penes monumentũ armatus transiret umbramq̃ uideret: ut lancea eam tolleret/occurrit dicens: Quo me fugis bis peritura anima? Codices antiquorum magis eas ab inferis reuocari: futuraq̃ prædicere aiunt. Saul hebræorum rex a deo prophetisq̃ destitutus per magam Samuelis animã dicitur ab inferno reuocasse: quę Saulis interitum regiæ familiæ in altera die prælij fore prædixit. Lucanus uates thesalicas ueneficas animas sic ad se cicre prædicat. Hæc dispendiosa omittamus: ut aliquid de prædiuinationibus libemus. Sibyllini libri magna superstitione & impensa uenerati futuros euentus romanis semper concinnuere. Eurydices præter Philippum filios omnes peremit: fratribus ita necatis paruulo superstiti Philippus regnũ seruabat indemne. Finitimorũ conspiratione bellis ingruentibus Macedones serum in expectatione infantis auxilium interpretantes: ingenio sollertiaq̃ Philippi freti ipsum semetipsum coronare coegerũt: ꝙ regnante uno ex Aminte filijs regnum floreret: a fatis oraculisq̃ stimulati. Philippus finitimis bellis exhaustus hostibus impar dissimulauit: pace/pecunijs/blandicijs tam diu ab hoste subterfugit: quoad paulatim firmior conterminos reges: atq̃ nationes se a seruitute eximẽdo perdomuit. Sic blande serpendo toti orbi uincula disposuit: quæ Alexander uix bene iustis annis expletis ampliauit. Cœli per fatidicos: per præsagia & auguria: & somnia archana circa animarũ præstantia anteq̃ infundatur: ut de Alexandro: Scipione: Octauio: & multis alijs constat/ signi ficant. A grandi turba fatigatus tantũ de Cyro exemplũ: quoniã de Mose supradictum est/ sumamus. Astyages medorũ rex e naturalibus filiæ uitem: cuius palmites totã Asiam obumbrarent: per somniũ uidit expandi. Arioli per nepotẽ amissionẽ regni/totam Asiam qui occuparet: Astyagi protendi dixerũt. Astyages territus obscuro homini: ne utriusq̃ parentis nobilitas nepotis animũ extolleret/filiam coniunxit: insuper Cyrum nepotem uix bene ortum exponi sicq̃ necari iussit. Cyrus expositus benignitate fatorũ seruatus a cane alitus inter pastores ualuit: ac tandem patruũ regno ut per somnia coniectores præuiderant/ submouit. Mille nõ obscuriora exempla breuitatis causa ut de mamillis cunctis familiarissimis dicam/omitto. Theodosi mamilla ad fœtus nutriendos lactis est: sicut epar sanguinis instrumentum: & hæc duo membra cæteris manifestius ĩmutant liquores. Epar cum sit rubeum: & quasi congelatus sanguis: nutrimentũ calore cordis attractum in similem colorẽ scilicet

Anime ab inferis an reuocent

Philippus a fatis regnum habuit

Cyrus

Mamilla

Epar

rubeum uertit. Caro pariter mamillarũ alba/lassa: necnon glandulosa sanguinẽ ad se directum conuertit in album similem colorem. Alia quæq̃ membra e nutrimento quod ad se dirigitur: calore decoquente pari similatione operant. Mamillas in uenis & artarijs cum multis membris cõmunicare: sed manifestius cum matrice fatemur. Ideoq̃ cum mulier lactat: & comprimi sustinet: multum hoc infantulo nocet: quia subtile nutrimenti quod ad mamillas ire deberet/ad matricem profluit. Quæ q̃uis in masculis sint ad decorem: in fœminis tamen leuiter motæ incitant libidinem.

GAI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO CAP.XXX

g Aius Gai Dalmata a Diocleciano sollertissime cõquisitus cryptis diu latuit: a quibus euulsus ante martyrium ordines sic distinxit: ut ostiarius primo: mox rector: exorcista: acolitus: subdiaconus: presbyter: deinceps per hos quasi p gradus episcopus esse posset: & regiones diaconis qui gesta martyrũ cõscriberent/ discreuit: ne etiã pagan aut hereticus siue ꝑphanus christianũ hoĩem uel sacris imbutũ accusaret/instituit. Lex

EPISTOLA TRIGESIMAPRIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Galoto Cipello fœlicitatem.

t V qui sine multo baccho quandoq̃ philosopharis: quomodo pontifices & sacerdotes per antra & olentes cryptas sine repentino obitu latitarent: miraris paludes locaq̃ nõ respirantia esse uenenosa: & ut timorẽ congelando: læticiam dilatando gentibus obesse ais. Specuum hiatus recentes: omniumq̃ scrobium aperturas inassuetis fateor nisi deus occurrat/esse pernicioſas: uerũ necessitate urgente deoq̃ protegẽte: foramina pedore tetra: quæ imbecilles otius suffocarent: regijs efficiuntur amœniora: si per Paulum heremitam sic testari præstat. In Deciana persecutione christianorũ iuuenis quidam ante fidem Christi uoluptatibus ac molliciei intentus per baptismũ pœnitentiam egit: qui a prefecto sic excruciari iussus est. Loris e floribus contortis: strato amœnissimo lasciuijs iocundo in aeris temperie & umbra uinctus est: cum illum riuulus & auium concentus demulcerẽt: puella omni ex parte decora castigatis mammis & aperto sinu/ uenereo sermone intersertis osculis superuenit. In faciem cuius diffuauiationibus partes obscenas irritantẽ iuuenis mordicus abscissam linguã expuit. Paulus talia irritamina cõtemplatus: cum alia infestiora illi occurrerẽt: trepidus ad heremũ in quo per sexaginta annos sine alicuius comercio a coruo edulia diuinitus accepit in olentẽ: tetramq̃ speluncã casu compertam aufugit. Talibus opediuina seruatis factiosos etiam in cauernis aeris fœtore morbidis uixisse adiungam. Cinna ac Mario inimicos euertentibus cum Crassi fratrẽ patrẽq̃ occidissent: & Crassus ad mortẽ obseruari animaduertisset/cum tribus comitibus & decem seruis in Hispaniam in qua cum patre militauerat: ad amicos euolauit: cum omnes æque ac Marius instaret/formidarẽt: nemini se prodidit in præcipiti & olenti spelunca iuxta mare in agro Iubij p octo menses delitiscens: Alimentis cõsumptis unum e seruis ad Iubium ut comeatũ rogaret: destinat Iubius omnia percuntatus: q̃uis ad eum non accederet: maxima tamen sollertia & fide secretius in singulis oportunitatibus satisfecit. A quo specu mortuo Cinna cum etiam fortuna Syllanis aspiraret: Crassus cum socijs ab omni aeris infectione sospitibus erumpens opibus magistratibusq̃ adeo immensis excreuit: ut nullus eo quoad uixit fuerit fœlicior. Hi specus non utiq̃ mortiferi sunt: sed latronũ receptacula si per Herodis tempora arguere licet/fuere. Raptores his oris fertiles cubilia rupibus abruptis abdita transitu iniquo/acutissimis saxis munierant. Diuerticula in preuio itinere inaccessibilia per arcas cathenis ferreis compactas militibus refertas desuper immissas Herodes occupauit. Militibus latrones necantibus ex his senex socius ueluti surdus implacabilis in se sæuit. Regem sibi misereri uolentẽ: ortatu/manuumq̃ extensione se ueniam daturũ significantẽ senex spreuit: qui super ostium spelunce persistens: unumquẽq̃ e septem filijs & nouissime uxorem peremit: cadaueribus præcipitio deturbatis se quoq̃ desuper immisit. Si rationes philosophorũ non esset nefas impetere: in speluncis dæmonũ incursus & illusiones magis q̃ aerem infectum: si dracones ibi nõ degunt dicerem obesse. Tyberij principis temporibus Olisiponensiũ legatio ecõposito imperatori missa: mira in specu audita/uisaq̃ narrauit. Legati senatoribus principijq̃ in specu quodam Tritonẽ auditum: necnon uisum tuba canentem: & de nereidibus in forma huma

Iuuenis lingua

Crassus latuit

Herodes

Senex se peremit

Speluncæ dęmonibꝰ referte

na uisis mirabilius retulere. Galote quia me abnuentẽ de inceſſu hominũ perſæpe interro-
Inceſſus gasti/nunc occurrit reſpondendũ. Inceſſus hominũ inclinationes/mores & qualitatẽ animi
hominũ annunciant. Longis paſſibus incedens magnanimus/efficaxq; in agendis firmus eſt. An-
guſtis greſſibus progrediens prauæ/obſcuræ mentis: ac in agendis inefficax maxime ſi ar-
tifex eſt/dicitur. Breues ꝫo & celeres greſſus habens; q̃is ille ſit malignus: plus timidus &
imbecillis eſt. Tardus motus ſi cætera ſigna concurrunt/denotat pigritiam: quoniã ſi tardi-
Motus tas cum reflexione & circumſpectione ceruicis foret/ſignum potius eſſet ſuperbiæ. Motus
manuũ manuum inſanum ac deceptorem/loquẽtemq; denotat. Qui a motu manuum abſtinet: eſt
bene diſpoſitus: & ſani conſilij.

MARCELLINI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. XXXII

Arcellinus romanus tempore Diocletiani a carnificibus perſuaſus Diis gentium
m imolauit: qui ſeipſum execrans centũ & octuaginta epiſcopis in Campania euo-
catis ſqualidus puluerulentus cilicio indutus: pro inconſtantia & abiuratione a cõ-
uentu plecti petijt. Temporũ habita cõpenſatione pontificẽ ſupplicij iudicarunt indemnẽ:
ut cõfideret: & Petrũ ſic imbecillem fletu ſolum ſatiſfeciſſe atteſtantes. Marcellinus ad Dio
cletianum tendit: quem q; eum dæmonibus immolare adegerit: ſeipſum damnando incre-
pat: qui Diocletiani iuſſu necatus eſt: q̃is ante ſupplicium ob negatum ſaluatorem ſe non
ſepeliri mandaſſet: cuius ac ſociorum cadauera per dies ſex & triginta: ſic Imperator præce-
perat inſepulta & a canibus intacta iacuere. Petrus apoſtolus per quietem Marcellum ſuc-
ceſſorem inſepultos condi monuit.

EPISTOLA TRIGESIMASECVNDA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Iacobo tuſco fœlicitatem.

Liorum cenſores qui unumquemq; rabioſis latratibus carpunt: & hos pſeudo cir-
a culatores cõmentari in alios unanimes plebeioq; plauſu famam quærentes/ cani-
bus auiditate & importunitate ac latratu: nec aliqui indignentur: niſi ſint perſimi
Canes les/æquiparandos cenſeo. Canes tum exigui tum inutiles/in reges/bonos/malos/pauperes
opulentos/prophetas/meretrices/pudicas/fures: nõ ex iudicio/ſed ex conſuetudine latrant.
Qui tamẽ ſi iure cruore uel ſordibus tument: in fimo iacentes neminẽ infeſtant. Sed ſi pon
tifices iſtorũ qui ſacerdotũ mores maledictis inſectant uentrẽ iuribus infarciſſent: atq; cum
Philippus Philippo conueniſſent: nunq̃ de ſacerdotibus immugire auderent. Philippus macedonum
de maledi rex amicis exhortantibus maledicũ & conuitiatorẽ plectendum: quẽ inde expelleret/nega-
cis id ſta- uitt: ne exul multos circuens largius diceret. Sed maledicũ ex inopia affligi ſciens illi ample
tuit donauit. Mutata ſententia exprobrator Philippum per pulpita cũ deificaret: Philippus co-
Liſander mitibus inquit: Noſtrũ eſt laudari: noſtrũ eſt uituperari. Sed pontifices Liſandrũ de his bla
teronibus imitantur: qui amico dicenti a maledico laudari (ait) miror ille non bene loqui de
Memnon uiro aliquo poteſt/me mortuũ forte putat. Memnon ꝫo e Darij ducibus animoſus in tales
furebat. Cum e ſuis militibus unus maledice petulanterq; in Alexandrũ loqueret: illum ha
ſta percuſſum reprehendit dicẽs: Alo te ut pugnes: nõ ut de Alexandro maledicas. Huiuſ-
modi combibones deinceps furciferi nuncupandi: qui tam temere audent: lege maiorũ ple
Serui ctendi forent. Serui olim circa exitiosa ualde nõ delinquentes ignominiæ magis q̃ ſupplitij
cauſa a dominis circa uicos furcam ſubligatis ad eam manibus in collo ferre cogebant. Pec
catum ſuũ prædicantes: reliquos ne ſic delinquerent: & ab ipſomet furcifero præcauerent/
occurrentes admonebant. Hipocritas/bilingues/fœneratores/inficiatores/factioſos/ cõſpi
ratores/gentium raptores ſimilia: & ſuperbius latrare crebro audiui. Qui uerſipelles lupis:
uulpibus: ienis ſeuiores pelle ouina obducti bonorum hominum oculos ita ſuis preſtrigijs
caligant: ut a uulgo ſemidei/deiq; cenſeant. Sed non ſic antiqui præſertim temporibus Sil-
ueſtri uiuebant. Ea enim tempeſtate fideles ad inſulas plurimum relegati antris: criptis: ab-
ſtinentijs: precibus intenti: deos ſemper implorantes latitabant. Quali ſinceritate pollerẽt:
ad Traianum epiſtola Plinij huic uolumini inſerta patefacit: per quam & Siluestri pontifi-
cis acta: ac Conſtantini munificentiam deprehendimus. Conſtantinus Siluestri ac ſacerdo
tum integritate motus: maxima ubiq; terrarum priuilegia/dotes/emolumenta eccleſijs de-
Antonius dit: & templa Apollinis/dæmonumq; diruit. Iſtos ꝫo qui bonis detrahendo ſolas uolupta-
& Cleopa tum illecebras ſectantur: Antonij & Cleopatræ moribus ſimiliores /q̃ Chriſtianis iudico.
tra Antonius acer in armis: nemini ſecundus: prodigalitate raptor: in cenis: in liberalitate: in

comitate nimis effuſus: per ocium in Aegypto ſtuduit ſaginari. Conquiſitis ex Aſia fercu
lis: lautius quotidie cum amicis nõ poterat conuiuari: idcirco Cleopatræ Aegypti ultimæ
reginæ ex epulis undiq; in orbe allatis luxum prouocauit. Ipſa hoĩs iactantiam illudens ſe
ſolam unica cœna centies ſextertium abſumpturam intermiſſa ſponſione: nec falſo dixit.
In diuerſis oris: ſed & in Britania q̃is ſeptemtrionali: magaritæ e rore in conchas expan-
ſas admiſſo inueniuntur: quæ ex cœli claritate: roriſq; puritate in albedine: quæ ſua eſt per
fectio diſponunt. Oceanus indicus earum fertilis eſt: ſed Taprobane extrema illius maris
inſula fertilior excellit aliarũ ortũ. Et tanta igitur locoꝝ: inſolarũq; fœtura duo maximi in to
to orbe uniones fuere: quos ab orientalibus regibus ambos Cleopatra habuit. Cum Anto
nius & Lucius Plancus ſpõſionis arbiter ipſam centies ſextertiũ in cœna abſumpturã: nec
plus ſolito eſſet apparatus expectarẽt: eius mãdato miniſtri uas aceti in menſam intulere:
cuius uis margaritas ſoluebat. Antonio qd eſſet factura inſpicienti ab aure unionẽ erreptũ
immerſit: quẽ aceto liquefactũ abſorbuit. Aliũ cũ mergere uellet: Lucius Plancus Antoni-
um ſuperatũ teſtatus uetuit. Iacobe his inſanis obtrectatoribus Canna pulmonis indiſpo-
ſita quaſſatæ uocis longe rauca ſtoliditatis tãtæ/ ac uoracitatis ſignum aliquãdo eſt. Canna Canna
pulmonis: nõ ut uulgus exiſtimat: eſt uia cibi: ſed tantũ eſt hanelitus iter. Ibi aliquod nutri- pulmonis
bile nõ ingrediẽs: quod: ſi quando q̃is in menſa loquitur: ſecus eueniat: taliter ingreſſum p
tuſſim fortẽ eijcitur: otius mors occurrit: aut ptiſis: aut quod ſi nõ eijcit: aſma cronicæ ægri
tudines poſtea moroſius necant. Spiritus itaq; quietus: compoſitus inter magnũ & paruũ Spiritus
mediocris cordis quietẽ: ac pacatũ hoiem ſignificat. Suſpirare/ ac profundius gemere me- Suſpirare
lancoliam; & maniacã futurã: ac alia ſecrecIora demonſtrant.

MARCELLINI SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XXXIII.

Arcellinus Benedicti Romanus baptiſmi gratia quinq; & uiginti titulos/ ac in ur- Lex
m be ſepulchra martyrũ frequentiora inſtituit. Hunc ut a pontificatu: & a Chriſti fide
ſe abdicaret: pollicitationibus inquietatũ ueluti illuderet: Mezentius cauea inclu-
ſit: qui in carcere/ orationibus/ ieiunijs intentus per internuncios: & ſcriptis: ut ante rexit.
Eundẽ menſe nono a clericis eductũ arctius incluſum pedore/ſitu/ ſqualore/fede/ incomo-
deq; peremit. Ille carcer ante reis funeſtus: Marcelli ut templum foret: ſalubrius eſt dicatus.

EPISTOLA TRIGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Galoto Cipello fœlicitatem.

Arcellus Mezentij Tyranni polícitationes merito ipſe ſanctus irriſit: quia taliũ do
m na: atq; promiſſa per Corinthios: ut ſuſpecta cauenda eſſe admonemur. Dyoniſius Dionyſi9
ſæpius importune uoluit legatos Corinthioꝝ donare. Ipſis abnuentibus: ac patrijs cũ uellet
legibus a principe munera capere ꝓhibitis Dionyſius inquit: iſtæ ueſtræ leges nimis ſeue- donare
ræ beneficiũ tyrãni formidandũ eſſe docent. Pompeius poſt Pharſalicũ cõflictũ in ægyptũ Põpeius
fugiens cũ piſcatoriũ nauigiũ: quod rex miſerat: e triremi aſcenderet: ad uxorẽ: filioſq; con fugiens
uerſus ait: quiſquis ad tyrannũ uadit: ſi liber eſt: illius ſeruum facit. Galote unumquẽq; mi- Milites
litẽ tyrannũ ab effectu eſſe ſcias. Pœnis Siciliæ Imperiũ tentantibus/ac cũ Hamilchare du- tyrãni ſũt.
ce: amiſſo exercitu in patriã cedẽtibus cũ ſicani ab externis bellis eſſent quieſcentes regini
in factiones ꝓlapſi diſſenſere: & bifariã diuiſi milites uicinos ſibi ad uota obſecuturos ex-
ecrationibus aſtrinxere. Milites accíti: qui ſic iurauerãt: parte aduerſa incaute ſupata uicto- Milites
res etiã ſucceſſibus geſtientes: p uicos/aras & patrios lares coniugibus: liberiſq; abutentes infidi
obtruncant. Ariſtotimus magnã eſſe ꝓfidiã: & caliditatẽ tyrannoꝝ oſtendit: qui epirorum Ariſtoti-
urbe occupata primates morte: aut exilio ſubmouit: Aetolis fortunas coniuges: liberoſq; mus de-
reddi: poſtulantibus negat primo Ariſtotimus: deinceps: ac ſi pœniteret: matronas ſtatuta ceptor.
die profiſciſci mandat. Agmen quarũ quod ad portam conuenerat: theſauris ablatis: & oc-
ciſis inter has paruulis ſpoliat: uirgineſq; ad ſtuprum incarcerat. Helmatus ſenex uxoris: Helmatus
ac filiorum expers: cum nec ætati/nec liberis timeret: fidiſſimos amicos domi accitos ad pa
triæ ultionem ſtimulat. Quibuſdam deliberandi ſpacium poſtulantibus interimatur: atq;
ſeruis accerſitis fores obſerari iubet: ac niſi iuſſis parerent: otius ad tyrannum ſe miſ-
ſurum ait: quodq; in domo ſua coniuratos habeat: ſe indicaturum. Illi accipiti euentu
ſepti coniurant; ſic una Ariſtotimum ſexto tyrannidis menſe e crapula ſtomachi languo-

Stomachꝰ quid ſit.

rem curantem ferro adoriuntur. Galote ſtomachi ſubſtantia ſimulatur neruis: ideo dilatari/conſtringi poteſt: & arctari. Rotundus eſt ac inferius carnoſus: ut calori digeſtiuo auxilium præſtet: ibidem capacitas cibi ampliaꝛ. Os: cuius ſuperius magis eſt aliꝭs partibus neruoſum. Neruus dat ſibi nocumentoꝝ: atq; inanitionis ſenſum. Nam ſic deſyderium excitatur: calor pungit ipſum: quãdo eſt inanis: nam ſi ſine ſenſu foret: nõ affectaret cibum: ſicq; nimia eſſet euacuatio: & corpus areſceret.

EVSEBII PONTIFICIS INSTITVTA CAP. XXXIII.

Helena crucẽ cõperit. Lex. Lactãtius Euſebius

e Vſebius græco & medico patre ortus: qui Helena Conſtantini mater Hieroſolymã profecta crucẽ effodit: & Iudas crucis inuentor miraculis impulſus baptizatus eſt. ac Ciriacus nuncupatus iocundius præmiſſis tempora geſſit: qui ne prophani: qui laici uocantur: epiſcopum in iudicium uocarent: ac per ſolam manuum impoſitionem heretici eccleſiæ conciliarentur: inſtituit. Facundia Lactantij: necnõ Euſebij: & inuentione crucis hoc tempus ſuperioribus ſublimius fuit.

EPISTOLA TRIGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Alexandro Cipello fœlicitatem.

Helena Cõſtãtini Antonius heremita

a Lexander fornicariũ ſtudia uariari: & diſparia eſſe Helenæ ſanctitas: & multarum & multũ effrenis improbitas edocent. Ipſa diui Conſtantini genetrix ad nullas ſeditiones: aut ad nullas inſidias procliuis per tot naufragos ſinus euecta crucẽ Chriſtianis ſolamẽ inuenit: Cuius ſanctitati: quia ſanctos ſemp fouit: & cõtra dęmones uexillo crucis nos armauit: equidẽ ſupplices debemus. Prophetas: Conſtantinũ: & natos prophetis conciliare: huius ſanctiſſimæ reginæ fuerunt artes. Antoniũ Aegyptiũ in ſolitudinibus pane & aqua ſemel tantũ in die utentẽ ꝓ nationibuſq; aſſidue orantẽ. Helena ꝓ nũcios/litteraſq; ut ꝓ natoꝝ fœlicitate deum deprecaretur: uſq; ſolicitabat. Principiũ ergo repetamus: ut Helenæ continẽtia: excellentiaq; ſublimius ſplendeat: quarundã proſtratarũ libidinẽ dicemus Precia in eadẽ urbe Romana forma ex lepore ac comitate ut uenus coli ſolita: a frequenti nobiliſſimoꝝ iuuenũ cõgreſſu animi corporiſq; dotes lenocinijs: pellicatuq; infecit Procerũ aſſiduitate cũ orbis: ac reipublicæ geſta teneret: amicitias connectere: diſcordias: ſi multateſq; in gratiã cõuertere: & pudoris oblita corpus alternis compreſſionibus æquare calluit. His artibus auctoritatẽ: ac beniuolentiã: & Cethegum urbis fere dictatorẽ in ſe eſtuantem ſibi: quo nihil erat firmius deuinxerat. Reipublicæ potentatus idcirco in manũ: ſinũ q; eius confluxiſſe exiſtimatus eſt: quoniam Precia Cethego: Cethegus ipſe reipublicæ: libertate extincta iubebat. Probiſſimi ciues: qui nõ ſpurcicijs: ſed uirtute nituntur: Cethegi obſenam uitã flagitijs refertã oderãt. Catilina e Romanoꝝ nobilitate inſignis: & uarius: ac incircũſpecti animi uir proſcriptiones diuitũ: magiſtratus quoq; & prouincias: ſacerdotia etiã & rapinas/uicos/& uoluptates/oppida pariter/& agros cũctaq;/quæ libido ferret: pollicitando ad euertendã patriã maſculos inſuper: & fœminas in cõcilijs illexit. Fœminæ enĩ ab eo accitæ noua ingenia: aduenaſq; turbatos cõciliando: aut defectionis ſuſpectos/blandicijs: uel prodigalitate corporis fouerunt. Sed ut harũ mulierũ qualis eſſet in urbe ſolertia uel etiã uicium & probitas/ præmiſſis Semproniã addemus. Nam & ſi fœminæ timide: & ſubdolæ/mendaceſq; ſint: nihilominus Sempronia uirili auſu: ac temeritate cœdis & cõiurationis: & plurimoꝝ facinoꝝ: conſcia fuerat. Nec quia illi difficilis fortuna: aut inopia aduerſarẽtur: ſolita eſt procari: fuit enĩ genere/forma/uiro/liberis noſtris/ac græcis litteris imbuta: pſallere etiã ſciebat/ac choreis: & omni agilitate pluſq; ſexũ deceat: erat ornata. Semproniæ decus: pudicitiã negligentis: quod effrenæ libidinis inſtrumentũ eſſet: deerat. Modulis carmine: & iocis: mollicq; & procaci ſermone: facecijs quoq; uiros potius rogabat: q; ipſa impatiens ſe rogari pateretur. Quæ ſæpe numero amicos ſerio cẽſores ꝙ fœmina magni cordis foret irriſit. Cor ex carne dura & forti: ut magis reſiſtat alterationibus: quia in eo eſt principiũ uitæ: creatũ eſt. Eſt paruũ quãtitate: ſed magnũ uirtute: ſicut oẽ principiũ uniuerſale. Situs eius eſt in medio pectoris: & in loco temperatiori parũ ad ſiniſtrã declinat: ut ſiniſtri lateris frigiditatẽ: quæ ex ſplene prouenit: temperet. Virtus caloris eſt a corde: ideo ſi aliq; aĩalia ſunt magni cordis & timida: hoc eſt frigiditate: q; ſanguinẽ ad cor currentẽ calefacere nõ põt: ut eſt in lepore ꝓuenit. Audacia aĩalia ſunt uehemẽter calida: qa ſanguis ad cor percurrẽs incaleſcit: & cũ ſpiritu ad membra excutitur: unde calefacto corpore ꝓuocat

Pretiæ pſtantia & ꝓcacitas

Catilina e romanoꝝ nobilitate

Sẽpronia

Cordis fortitudo

audaciam. Cordis itaq; præſtantia fœminas: cũ e ſe male ſint: poteſt aliquo euentu permutare. Aſtutia fœminæ in rebus paruis: inutilibus/ac nociuis eſt. Fœmina facilis ad pietatem ad beniuolentiã inclinatur: & illachrymatur: eſt cũ his inuidia/contentioſa/litigoſa/ rixoſa caſtigare/criminari quẽlibet diligit: & hominẽ funditus ſuperat nequitia. Eſt præterea debilis fiduciæ/mendax/inuerecũda/fortis memoriæ in malis: facile decipitur: quia eſt mali iudicij. Quia eius corpus continue ſuperfluum nõ repellit: eſt pigra & ſegnis. In rebus honeſtis/ac regimine eſt ſtulta: res uiles gaudens recordari: E ſe: & exemplis fraudulẽta: ad malas conſuetudines prona: idcirco uirtus & honeſtas in eis ſubiectũ nõ habent. Fœmina eſt grauis motus: uir e contra mobilior/ confidens/ audax/ uirilis quod in piſcibus probe ſic experimur. Si ſepia tridente percutitur fœminę mas aulixiatur: at ſi maſculus perforatur: fœmina cito aufugit.

Fœminarũ mores

Homo

MELCIADIS PONTIFICIS INSTITVTA CAP. XXXIIII.

Elciades pœnus ante martyrium die Dominico: aut quinta feria ieiunari: quia hi dies pro ſacris ſolent celebrari: uetuit: q̃uis ipſe eſſet uir abſtinentiſſimus inediam tollerare aſſuetus.

Lex

EPISTOLA TRIGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Nicolao Palmerio artium ac medicinæ aurato interpreti fœlicitatem.

Tolerare ſamem. Abſtinẽtia nihil ſalubrius. Marcus Cardinal' Ioãnes ſacerdos. Scythæ Sauromatæ. Sarmatæ Albertus magnꝰ de inedia ſcribit. Petrus de hebano de inedia. Pogius de inedia.

q Via ſcriptum eſt tolerare famem ſtomachũ replet malis humoribus: ieiunia mihi ꝓ hibes: cum q; niſi ſemel in tota die cõmedam: tu & pleriq; ſolent admirari. Ad oẽm ingenij fortitudinẽ nihil hac conſuetudine inueni ſalubrius: & nõ ſolus in hac abſtinentia auctor: in curia Romana multi me æmulantur. Marcus Venetus Cardinalis religione: & mentis integritate/ſanctitateq; ꝑcipuus iam ſenex: ſenes autẽ genio uti: & ſæpe refici mandamus: tali continẽtia gaudet: & alij pleriq; in eadem regia Romana præterq̃ ſemel in dieno̅ edunt. Placentiæ Ioannes Pomenſis optimus ſacerdos inter meos cõmenſales euehendus ante in crapula effuſus: more meo ita conſueuit abſtinere: q; ſi bis comederet: cum multa iactura torqueret. Scythæ aſſueti fameſcere: ut comodius inanitatẽ perferãt: uentrẽ uinculis arctant. Ventris caſtigatio (ut ego experior) abſtinentiæ confert. Sauromatæ: qui ſupra Boriſthenem incolunt: nec niſi tertio die: ut ſcriptum eſt: edunt. Inter hos quidã Scythæ per deſerta omniũ rerũ expertia equitant: & inciſas equoꝝ uenas ſugunt. Sarmatæ longinqua itinera acturi equos pridie inedia præparãt pauca: ut potũ impartientes: qui inde ꝓ quinquaginta aut centena milliaria continuo curſu fere: ſic tradunt inſidẽt. Albertus cumuloſcientiarũ magnus: mulierẽ per triginta dies famẽ tolerantẽ Coloniæ uidiſſe memorat. Idẽ addit: q; homo melãcolicus clauſis foribus ſeptẽ hebdomadibus crebro ſine cibo potu uini: ſed aquæ frigidæ poculo cõtentus mãſit. Alia alibi exempla: & maxime hęremitarũ qui longius abſtinuere: affert. Petrus Aponenſis uulgo de Hebano ultra ſcientias multa expertus ſic inquit: Mirandũ eſt nõ parũ q; a fidedignis dicitur: q; quędam iuuenis in Armadia reperitur iã trigenaria: per octo & decẽ annos nõ comedens. Pogius curialis de uiſu ſic ipſe inquit: Quidã Iacobus natiõe Gallus tpe Eugenij põtificis a curia ad patriã receſſerat. Ibi grauem/diuturnũq; languorẽ perpeſſus anno ſexto pontificatus Nicolai nudus: inops: a latronibus exutus reuerſus eſt. Apud curiales uiros graues: quibus antea fuerat notus: diuertit. Is biennio neq; bibit neq; comedit: qui nõ ſubito: ſed paulatim in talẽ cõſuetudinẽ deuenit. Cum omnes ad eũ concurrẽtes admirarent: ipſe pariter admirabat: qui tamen ad priorẽ uitã ſe rediturũ ſperabat. Dicit Pogius: q; iſte erat homo macerrimus ſacerdos: & ſanę mentis: qui cõtinuo officiũ dixit. & miſſam audiuit: & cũ multi hoc eſſe contra naturã intueant: illud corpꝰ a dęmone habitari autumãt. Sed ĩ eo nulla ſũt ſigna dęmoniaca: ſed prudẽtis uiri/probi/& religioſi/q exercitio ſcribendi uacat. Pogiꝰ hoc eſſe mirabile: ſed ad idẽ alios annales cõperiſſe ſic teſtificando ait. Tpe Lotarij impatoris puella. xij. annoꝝ in uilla Cameriaci poſt cõmunionẽ in paſca p. x. mẽſes primo ſe abſtinuit a pane: mox a potu & ci bo p triẽniũ abſtinuit: q̃ tandẽ ad priorẽ uitã rediit. Cremonę q̃dã puella corpe Chriſti cõtenta: niſi a uicario eṗi coarctata nõ edebat. Spinellus illiꝰ antiſtitis uicariꝰ illã iuuenẽ renitẽtẽ edere: ne deficeret: aſſidue cõpuliſſe mihi Bonifacio narrauit. Vir ꝓbꝰ Mediolanẽſis: q Donatus nũcupatur: qui p orbẽ ad lapides p̃cioſos ſepe uagaꝫ: duo p̃miſſis mirabiliora addit:

Puella abſtinẽs Puella abſtinẽs Donatus Mediolanenſis.

Bruder Niclaus puto in Suicia

Meditationes bonæ

Tremor cordis

Bruder scilicet: q̃ in Germania temporibus nostris hęremita antro maxima obseruatione inclusus per uiginti annos iam elapsos nõ comedit: tum ab illo aliũ nõ longe distare singulis diebus tres exiguos globulos e nucleis persicor̃ edentem asserit. Nicolae Melciades pontifex bonitate/pietate/æquitate/summus se optimę complexionis fore suis gestis indicauit. Fiducia atq; bona spes: & gaudiũ meditationes cordis fortitudinẽ: nec nõ cõplexionis æqualitatem pertẽdunt: ad solicitudinẽ: ad seditiones uero æstuantes in calore excessum significãt: meditationes certe ad timorẽ: ad tristitiã frequentes frigiditatẽ cordis indicant. E tremore cordis ipsius naturæ ignoramus indiciũ: quoniã cum cor multæ sensibilitatis sit: e meditatione uapore/timore/& ex alijs accidẽtibus cordis tremor in aliquo causari potest.

SILVESTRI PONTIFICIS PERSECVTIO: ET FOELICITAS. CAP. XXXV.

Constantinus ecclesiæ sublimator.

Christianorũ quæ erat honestas.

Siluester q̃ latitabat.

Diadema

Arius hereticus

Leges cõcilij

Lex

Antonius heremita

Silvester fuit Romanus Constantini tẽpore obrutã fere ecclesiã ab imis in sublimi euexit: cũ Christiani benignitate Constantini Christũ impune profiteri possent. Princeps iste angelica admonitione p̃ uexillo crucis signo in prælijs usus mira fœlicitate tyrãnos ab imperio uictor amouit: & Christianæ religionis honestatẽ aduertẽs: scilicet quæ erat nõ fornicari: inculpate uiuere: parsimonia: ac cõmuni paupertate gaudere: mansuetudinẽ & pietatẽ colere: nõ irasci: languentibus mederi: assuescere pati: & q̃ simplicitate: constantiaq; iuberẽtur uti: hæc omnia admiratus fidẽ Christi mirabili affectu est amplexus. Fidelium dei timor/grauitas/ peccator̃ abstinẽtia: modestia/uirtus/fides/ religio/& in cunctis tum maxime circa opes: bonitas Constãtini: ad Siluestrũ pontificẽ magis indies beneficijs fouendũ concitarunt. Siluester: qui monte Soracto squalidus latebat: audita imperatoris benignitate descendens maiestate: ac sanctitate ad sua uota principem decliuem deflexit: a quo diademate: ac gẽmis & auro donatus est. Sed ipse Phrygia: & candida mitra contentus: sublimiorẽq; honorẽ aspernatus: donantẽ ut ecclesias uetustate: aut alia iactura collapsas redintegraret: est adhortatus. Obsequens Constantinus Romæ: & ubiq; terrarũ phana fabricauit: quibus plura uasa: plus auri: gẽmarũq; ad decorem solus cõtulit: quam cuncti inde principes contulerũt. Alexandriæ Arius præsbyter inter hos apparatus corporis specie magis q̃ probitate insignis: gloriæ: & ambitionis cupidus fidem Christi cauillis posse euertere arbitratus: filiũ ab æterna: & ineffabili dei patris substantia his uerbis separare est conatus: erat aliquando: quando nõ erat nõ intelligens filium patri coeternum esse hæc eadẽ in trinitate substantia: dicitur enim: ego & pater unũ sumus. Ario obstinatius persistente Constantini mandato: & impensa apud Niceam Bithyniæ urbẽ concilij trecentorũ episcoporũ accitur: in qua synodo eiusdẽ cũ patre substantię filiũ credi debere concluditur. Exilium: ni cũ alijs sentirent: Constantino interimante Arius: & sex illi sequaces exilio mulctati abiere. In eodẽ cõuentu. Episcopi se iuicẽ accusantes libellos imperatori suũ arbitrium exposcẽtes obtulerunt. Combustis libellis dei nõ hominũ iudiciũ expectarent. Constantinus respondit. Pontifices maturitate principis admoniti hæc consulta liberius edidere. Quẽq̃ nõ debere fornicari: & si libidinis impatientia aliqui deuote se castrarent: in clericos nõ amplius tales admitti: ante sacerdotes ingressum nouellos examinari: cum mulieribus nõ cohabitãdũ: cũ matre/sorore/amica: ut si abest suspicio licere: ep̃m nisi ab oĩbus: uel saltẽ a tribus p̃uincię episcopis ad ordinẽ nõ admitti: quẽ ep̃s eiecerit: alius nõ recipiat: singulis annis i p̃uincijs: ne cuiq̃ iniuria fiat: cõciliũ celebrari: ne qs de minori eccl'ia ad maiorẽ ambitionis causam trãseat: etiã sancitur. Quod & nostris tpibus ab aliquibus adhuc seruatur. Ego enim Bonifacius sæpe magistratus summæ existimationis: & adolescẽs adhuc episcopatum renui. Alios plures inculpatæ uitæ prima sorte: imo paupertate contentos nihil appetere: uel exiguo censu dijs gratias referre: quod mirabar: aspexi. Chrisma tantum ab episcopo consecrari: ut præsbyter baptizatum chrismate mortis occasione liniat: laicus clericum in iudicium ne uocet: ut Diaconus celebrandi causa in ecclesia persistens dalmatica induatur: clericus in curia ne agat: nec ante iudicem secularem procuret: q̃ præsbyter celebraturus: neq; serico: neq; panno tincto utatur: sed lineo albo: quia sic Christus sepultus est: ut quisq; uno ordine tantũ contentus: & unus solum uxoris uir sit: constituit. His temporibus Antonius hęremita homo Aegyptius emicuit: contemplationi deditus: qui sine delitijs panem & aquam in cibum: nec nisi in occasu solis sumebat: cui Constantini mater filios (ut p̃ eis superos exoraret) litteris & nuntijs sæpe cõmendauit.

EPISTOLA TRIGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Galoto Cipello fœlicitatem.

Dorotea martyr

Sophro virgo se peremit

Treboni⁹ pudicus

Treboni⁹ Marius

Demetri⁹ uarius.

Democlis pulchritudo: pudicitia & mors.

Splenis posse

Potius q̃ obscene fornicari: multos se castrasse: secq; occidisse: & alia documenta grã diora relinquẽtes: tenuiora dicemus. Dorotea illustre sanctitatis exemplũ: morũ uenustate ac facie: decore inuita: & icõscia procos solita ciere: potius q̃ turpitudini assentire: blandicijs inquinari: aut stupris polui: diutius torqueri: ac tãdem per imane martyrium maluit spirare. Sophro specie corporis/ac animi integritate nõ inferior: de stupro lacessita: & subornatiõe: muneribusq;: ac pollicitis diu ultra uires fœmineas exagitata: cum uim & importunitatẽ: atq; insidias alias nõ posse euadere cõijceret: se cõfecit. Nec in generositate pudicitię adolescẽtes fœminis cessere. Gaius Lucius e sorore Mario nepos p̃fectus pudicitiã Trebonij iuuenis pulcherrimi sub eo stipẽdio Romano merẽtis temerare frustra diu tentauit. Iuuenẽ hunc pudicũ obsenitate corrumpi abnuentẽ noctu ad se accersi iubet. Accitus confestim mandata auditurus adijt. Atq; amatorẽ & ducem suã uiolentiã stupri in ferre conantẽ edito gladio confodit. Mario ad castra reuertẽti a multis delatoribus accusatur: qui Trebonijũ ad arbitria imperatoris euocatũ absoluit. Trebonius cũ a nemine patronia adducens euasit. Marius uirtutẽ admiratus iuuenẽ corona patria coronauit. Romæ p̃bitate Ducis nunciata animos ciuiũ adeo in suã beniuolentiã astrinxit: ut illi tertiũ cõsulatũ offerrent: & si cimbros uerno tempore expectarẽt. Mariusq; cũ ab urbe in Mauritania abesset: alium tamen imperatorẽ contra barbaros nullo modo consensere armari. Demetrius strenuus: acerq; & ingenioſius: & patiens laborũ: i castris: delitiarũ & uoluptatũ erat expers in pace uero cunctis lasciuior alter uidebatur: parta quiete circa potus: & conuiuia & amores i omni uoluptatis genere intẽperatissime uersatus effici infamis: ac impudẽtior quotidie credebat̃: Hic Democlẽ perditissime amauit. Democlis puer præstãti forma cæteris pulchritudine: pulcher ab omnibus uocabat̃. Hunc rex Demetrius munere & precibus: & omni arte: ut sibi assentiret: alicere insudauit. Democlis palestrã: siue gymnasiũ: ut rẽ obsenã declinãs priuatũ balneũ intrarat: Quẽ inopinantẽ rex p̃ subornatos oportunitatẽ temporis nactus confestim solus sequitur. Puer reluctans: cũ fortius a rege oppugnaret̃: ne iniurię: & stupro succumberet: sublato æstuantis lebetis tegmine se in aquã feruentẽ proiecit: sic uoluntaria morte seipsum a scelere: & Demetrij uiolentia exemit. Galote Demetrius in castris imperator gloriosus: in pace infamis: & nimium famelicus: e forti splene incontinẽtior erat: & inuenustus. Splen ab epate fetulentiã & turpiditatẽ sanguinis trahit: quã digerit & eãdem: p uenã magnã ad os stomachi: ut appetitũ excitet: ac eius ipsius caliditatẽ temperet mandat. Splen in trahendo melancoliã debilitatus ægritudines melancolicas: ut morpheam nigrã canchros/uarices/elephantiã/leprã causat. Si auide splen attrahit: nec ita sua fortitudine expellit: opilatur/ac magnus intumescendo fit. Quando ipsius expulsio est nimis pontica: in ordinatum appetitum causat edendi.

MARCI PONTIFICIS INSTITVTA CAP. XXXVI.

Lex Constantini obitus

Marcus Prisci Romanus symbolum a clero: populoq; magna uoce post euãgeliũ de cantari mandauit. Constantinus: qui propria uirtute: & crucis auxilio hostes assiduę expugnauerat: Parthis Mesopotamiã incursione deuastantibus obuiã pergẽs apud Nicomediã uico nõ obscuro comete inusitate magnitudinis rutilante obijt.

EPISTOLA TRIGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Lamberto Siculo fœlicitatem.

Cometes quid signi ficent.

Iui Constantini obitum p̃ inusitatæ magnitudinis cometẽ ab ariolis tũc uigentibus pronosticatũ esse legimus. Siue fuerit ab euentu: uel quia sortes ita disponãt: mortem quorundam principum cometẽ aliquando præcessisse: ac illorũ motum: & magnitudinem sedulo obseruasse recordor. Cometes q̃uis principum: & regnorum/ ac ciuitatum exitia protendant: nihilominus fertilitatem etiam: uel alicuius regis magnitudinem significare comperimus. Anno Mithridatis geniturę: & eo quo regnare cœpit cometes stupendus adeo per septuaginta dies irradiauit: ut cœlum flagrare quidam existimarent: cum magnitudine sua quartam partem cœli occuparet: illius nitor soli poterat æquari. Quod cometes sit prodigiosus: & ciuitatis inauspicatum euentum significet: Iosephus

hebreorꝝ hiſtoricus affirmat: qui anteq̃ Hieroſolyma incenſa ſolo equaretur: portẽta q̃plu-
rima ibidẽ uiſa fuiſſe refert. Quæ prodia excidiũ atteſtantia hebrei a diuinitate hebetati: cũ
ſecus interpretarent̃; nõ intellexere. Cometes in figura gladio perſimilis p annũ ſupra ciui-
tatẽ perſeuerauit. Illuſtris ciuitas: & inter orientales p̃cipua quomodo poſt ſigna a loſepho
enarrata fuerit: machinis & igne Tito duce conſumpta: hiſtoriæ gentiũ enarrãt. Homines
prodigiꝝ intenti quondã a cœleſtibus ſignis: & etiã ab animalibus oſtẽta plurima pernicie
Vultures indicantia traxere. Quippe per uultures: & coruos exercitũ ſequẽtes cædem: uel peſtem fu-
Corui turam augurandum putant. Si bubo auis funeſta deſerta iam: & deſolata: ac inacceſſa habi-
Bubo auis tare: & nõ uideri ſolitus ĩ ciuitate uel in luce cõſpicĩ uotis & ſupplicatiõibus/ ac ſacrificiꝝ
Augures quoniã mala futura ſic expiantur: opus eſſe aruſpices memorabant. Augures qui his ſuper-
quæ loca ſtitionibus: atq; pronoſticis oblectantur: dextrã partẽ/ac leuam gaudebant annotare: quo-
eligant. rum preces appellabãtur: effata: & locus ad talia diſpoſitus dicebatur ager effatus. Lamber
te animalia quæq; niſi Elephas proboſide potens: pede anteriori pro manibus utuntur. Et
Dextra ps omne animal præter hominem expeditius dextra/q̃ ſiniſtra parte utitur. E multo calore cor
in animã- dis quandoq; utraq; manu uti conſpicitur. Quando quis ſiniſtrã dextræ præponit: eſt quia
libus. epatis hebetata per panniculos uirtute cor: & epar uirtutes ſuas a dextra: quas remouet in
ſiniſtrum latus remittunt.

BONIFACII SYMONETAE CORNV ABBATIS
DOCTORIS ARTIVM PROFESSORIS
PERSECVTIONVM CHRISTIANA
RVM LIBER TERTIVS FINIT

DVLCINII BREVIARIVM
LIBRI QVARTI

Quartus liber diuiditur in epiſtolas. lxij. & capitula. lxx̃.

In præfatione auxilium diuinum implorat.

Capitulum primũ Iulij pontificis & Athanaſij contra Arriũ perſecutiones: una cum eccle-
ſiæ orientalis peruicatia oſtendit. lxi
Epiſtola prima. De ꝓthonotarijs aliqua: & de cutis/pelliſq; qualitate nõ nulla attingit. lxii
Capitulũ ſecundũ. Liberij & Fœlicis pontificũ contentiones: & Chriſtianorũ altercationes
Donatiſtarũq; hereſim: & Athanaſij probitatem continet. lxiij
Epiſtola. ſecũda. Magnos uiros: atq; etiã ſanctos docet leuitatis notæ poſſe eſſe obnoxios:
tũ cauſam addit: quia aut pallidũ: aut icthericũ: aut rubrũ colorẽ in facie præſe ferũt. lxiij
Capitulum. iij. Fœlicis ſecundi pontificis perſecutionẽ habet: additis his quæ Eunomiani
& Arriani heretici eo tempore egerunt. lxiij
Epiſtola. iij. de Lepræ menſtrui fluxus ſanguinis: & ſupfluitatũ cauſis diſputat. lxiij
Capitulũ. iiij. Damaſi põtificis acta: & ſanctę crucis potentiã cõtra dęmones indicat. lxiiij
Epiſtola. iiij. Septuaginta interpretum hiſtoriam & eorum tranſlationem narrat: in fine de
humorum generatione adiungit. lxiiij
Capitulum. v. Syrici pontificis perſecutionem: & acta una cũ quarundã hereſum: & Didy-
mi cęci mentione complectitur. lxiiij
Epiſtola. v. Hoïes luminibus corporeis captos ingenij intenſione acutius uidere: prudẽtio
reſq; eſſe aliq̃t exemplis docet: & cecitatis cauſas ex phlegmate ꝓueniẽtes adduci. lxv
Capitulum. vi. Anaſtaſij pontificis acta: & diui Ambroſij Mediolanẽſis eccleſiæ archiepi
ſcopi electionem continet. lxv.
Epiſtola. vi. de planetarũ influxu in homines: & de exicioſa puellarũ libidine & ſanguinis
qualitate in fine pertractat. lxv
Capitulum. vij. Innocentij Pontificis acta cum quibuſdam de Theodoſio Imperatore: &
beato Hieronymo agit. lxv
Epiſtola ſeptima. Exemplis: quibus aſſerit bonos principes eſſe æquipandos dijs: malos ve-
ro. dæmonijs: de coitu: & ſpermate pulchra quędam in fine perſtringens. lxvi

Capitulum octauum Zoſimi pontificis perſecutiones & acta/una cum regum Gotthorum
mentione oſtendit. lxvi
Epiſtola octaua in ſacerdotũ calumniatorẽ inuehitur. lxvi
Capitulum nonum Bonifacij pontificis exagitationem & eiuſdem acta una cum beati Hie
ronymi tranſitu oſtendit. lxvij
Epiſtola nona quis primus comam nutrierit/docet: & in fine an fœmina poſſit ſine maſculi
adiutorio concipere diſputat. lxvij
Capitulum decimũ Cœleſtini perſecutionem: & beati Auguſtini obitum: & alia quædam
de Neſtoriana hereſi: & pſeudo Moſe continet. lxvij
Epiſtola decima aliquando tantã eſſe formæ in aliquibus ſimilitudinẽ oſtendit: ut familia-
riſſimi etiã decipiantur. In fine de pigmeis nonnulla adijcit. lxvij
Capitulum undecimũ Sixti exagitationẽ habet. lxvij
Epiſtola undecima in aliquorũ regum natiuitate aſtra nonnunq̃ adeo benigna eſſe docet ut
pro eorũ gloria multi mortales mori non aſpernentur addito exemplo Alexandri & Cæ
ſaris. Tum etiã oſtendit ex Attile regis ac Titi imperatoris ingenti ſtrage nõ ueram eſſe
Auicennæ opinionẽ aſſerentis ex cadauerũ putrefactione homines generari: cum ex ea
nihil natum ſit: quæ omnes alias ſuperauit: in fine homines in prælia naturaliter concita-
ri affirmat: & quædam nõ iniocunda de gruibus adducit. lxviij
Capitulum duodecimũ Leonis pontificis uexationẽ cum Totillæ regis & aliquot hereſum
mentione complectitur. lxviij
Epiſtola duodecima multa de augurijs dicit: in fine autumni qualitates/& animaliũ impin-
guationes refert. lxviij
Capitulum tertiumdecimũ Hilarij pontificis ſanctitatẽ & inſtituta demonſtrat. lxix
Epiſtola tertiadecima ſanctos oſtendit deum & angelos alloqui non eo phantaſmatis gene
re quo ebrij & uaporũ eleuatione turba decipiuntur. Tum in fine a Pſitaco & Pico mate
ria ſumpta linguam moderandam monet. lxix
Capitulum quartumdecimũ Simplicij pontificis decreta continet. ibidem
Epiſtola quartadecima ſuperſtitiones & ritus ſacrorũ Aegyptiorũ narrat. In fine apium &
gruum prudentiam oſtendens. lxix
Capitulum quintumdecimũ Fœlicis pontificis uitam & acta continet. lxx
Epiſtola quintadecima Aluiſij Arcimboldi natales repetit. In fine qui ſpiritus faciant bonã
imaginationem pertractans. lxx
Capitulum ſextumdecimũ Gelaſij pontificis acta docet. lxx
Epiſtola ſextadecima docet in unaquaq; patria etiã crudeliſſima homines inueniri manſue
tos. Tum de maſculorũ & fœminarũ conceptu adijcit. lxx
Capitulum decimumſeptimũ Anaſtaſij pontificis exagitationẽ habet. lxx
Epiſtola decimaſeptima qui exitus deorũ contemptores maneat/oſtendit: In fine etiã oſten
dens parentũ uitia filios non ſemper repreſentare. lxx
Capitulum decimumoctauũ Simachi pontificis perſecutionẽ & decreta continet. lxxi
Epiſtola decimaoctaua diuerſos ſacrorũ ritus ſcribit: In fine de cõceptione dæmonis & mu
lierum/& geminorũ partu tractans. lxxi
Capitulum decimumnonũ Hoſmiſdæ pontificis perſecutionẽ docet cum quibuſdam aliis
quæ ſub eo euenerunt. lxxi
Epiſtola decimanona eos quibus in natiuiate Iupiter effulxerit/ in maris procellis fortuna-
tos eſſe oſtendit: Tum quaſi pro exemplo Caij Cæſaris ueſaniam: & Iudæorũ in non re-
cipienda eius imagine conſtantiã: Petronijq; procuratoris pietatẽ explicans: & nautarũ
fatalem moram: In fine de motu infantis concepti in utero materno agit. lxxi
Capitulum uiceſimũ Ioannis pontificis perſecutionẽ: & Theodorici: Athalariciq; regum
Gotthorũ diuerſos mores declarat. lxxij
Epiſtola uiceſima beatorum Benedicti & Mauri uitam delibat. Quid duo hæc nomina Ty-
rannus & Magus ſignificent/oſtendit: & quid agat fœtus in utero matris: quando etiam
primum rideat aut fleat/oſtendit. lxxij
Capitulum uiceſimumprimũ Fœlicis pontificis acta declarat. lxxij
Epiſtola uiceſimaprima docet bonũ eſſe deſiſtere a prælijs. Tum in fine cauſam qua homo

macret: & epatis/ſpleniſq; diffinitionẽ oſtendit. lxxij
Capitulum uiceſimumſecundũ Bonifacij pontificis decreta continet. lxxiij
Epiſtola uiceſimaſecunda laicos a clericis debere diſcerni exẽplo docet. In fine ridendi cauſas aſſignans. lxxiij
Capitulum uiceſimumtertiũ Ioannis pontificis acta habet. lxxiij
Epiſtola uiceſimatertia nõ domos & hominũ habitacula / ſed deorũ templa exornanda eſſe oſtendit: additis exemplis tum de inſtauratoribus / tum de expilatoribus templorũ: addita etiam cauſa cur aliqua animalia aſſiduo eſuriant. lxxiij
Capitulum uiceſimumquartũ Agapeti pontificis perſecutionẽ ſignat. lxxiij
Epiſtola uiceſimaquarta deum res & mala futura prædictionibus / & prodigijs ſignificare oſtendit. In fine uirtutẽ & utilitatẽ manuum in homine tangit. lxxiij
Capitulum uiceſimumquintũ Syluerij pontificis perſecutionẽ oſtendit. lxxiiij
Vino clari tas reddit Epiſtola uiceſimaquinta de antiqua ſacerdotũ ueneratione tractat. In fine quo medicamento uino claritas reddatur/oſtendens. lxxiij
Capitulum uiceſimumſextũ Vigilij pontificis perſecutione illuſtratur. lxxiij
Epiſtola uiceſimaſexta differentias maris & fœminæ: & in quo uterq; ſexus præualeat/addita ratione declarat. lxxiiij
Capitulum uiceſimumſeptimũ Pelagij pontificis perſecutionẽ: & Gotthici regni euerſionem explicat. lxxv
Epiſtola uiceſimaſeptima de eunuchorum & hermaphroditorũ qualitate: ſimulq; an concipere & generare poſſint: & quis ſit terminus generandi/diſputat. lxxv
Capitulum uiceſimumoctauũ Ioannis pontificis perſecutionem: & Narſetis eunuchi iniurias: Alboinicq; longobardorũ regis mortẽ cõplectitur. lxxv
Epiſtola uiceſimaoctaua odia mulierũ ex leuiſſima etiam cauſa nata inextinguibilia eſſe aſſeuerat. In fine carnoſam & rotundam capitis formam damnans. lxxv
Capitulum uiceſimumnonũ Benedicti pontificis mortẽ habet. lxxv
Imaginatio ex caſu Epiſtola uiceſimanona ex imaginatione caſum euenire oſtendit: tum mira de ſaliua hominis refert. lxxvi
Capitulum triceſimum Pelagij perſecutionẽ & mortẽ aperit. lxxvi
Epiſtola triceſima antiquos uiris illuſtribus templa ereciſſe docet: In fine adijciens quomodo imagines diſponendæ ſint. lxxvi
Capitulum triceſimumprimũ beati Gregorij pontificis uitam & acta continet. lxxvi
Epiſtola triceſimaprima exemplo beati Gregorij & Epaminundæ thebani ad gloriam hortatur lxxvij
Capitulum triceſimumſecundum Sabiniani pontificis decreta: & ſub eodem prodigia explicat lxxvij
Epiſtola triceſimaſecunda deceptores & impoſtores homines cauſam eſſe docet: cur piſſimi uiri tardius ad miſericordiam/& elemoſynas egenis porrigendas cõmoueantur: tum in fine quæ qualitates hominibus ex aſtris influant/docet. lxxvij
Capitulum triceſimumtertiũ Bonifacij perſecutiones & inſtituta demonſtrat. lxxviij
Epiſtola triceſimatertia quendam cuius nomẽ haud ignobile eſt/contra ſacerdotũ depraua-tos mores ſcribentẽ redarguit: in fine uigiliarũ mala exponens. lxxviij
Capitulum triceſimumquartũ Bonifacij pontificis acta: & Pantheonis mentionem legentibus exhibet. lxxviij
Epiſtola triceſimaquarta Bonifacij Romanorũ pontificis: Alexandri macedonũ: Seſoſtris Aegyptiorũ regis liberalitatẽ oſtendit: tum in fine de aquarũ bonitate diſputat. lxxviij
Capitulum triceſimumquintũ Deidedit pontificis acta: & Herachlij imperatoris mortem docet. lxxix
Balnea Epiſtola triceſimaquinta de ſcabie & morbo pediculari agit: in fine quid balnea conferant/aſcribit ibidem
Capitulũ triceſimũſextũ Bonifacij põtificis acta: & Machometi enatã ſectã declarat. ibidẽ
Epiſtola triceſimaſexta Luculli uariã in Aſia fortunã explicat: in fine de urina tractãs. ibi.
Capitulum triceſimumſeptimũ Honorij pontificis perſecutionem: & Machometi aſtutias continet. ibidem

Epiſtola triceſimaſeptima Iudæorũ infortunia: & clades ab initio colligit: in fine de curanda ſanitate agens exercitium laudat: medicinas damnat. lxxx
Capitulum triceſimumoctauũ Seuerini pontificis perſecutionẽ habet. ibidem
Epiſtola triceſimaoctaua proditores & minime ſuſpectos in bello aſſeuerat ſeuius nõnunq; nocere q; hoſtes: in fine quomõ comedendũ: & q facilius concoquant/oſtendit. lxxxi
Capitulum triceſimumnonũ Ioannis pontificis acta habet. ibidem
Epiſtola triceſimanona quid illis eueniat/oſtendit: qui ſepulchra mortuorum recludunt: in fine quibus uinum ſit concedendũ: & quales ſint ægritudines hibernæ/oſtendit. ibidẽ
Capitulum quadrageſimũ Theodori pontificis acta habet. ibidem
Epiſtola quadrageſima Herodis regis liberalitatẽ/& futuri morbi cauſas/ac inopinatę mortis pronoſtica declarat. ibidem
Capitulum quadrageſimumprimũ Martini pontificis perſecutionẽ continet. ibidem
Epiſtola quadrageſimaprima docet homines aliquando diuina ope mortẽ intentatam euadere: in fine quo pacto fames tolerari poſſit/ſimul edocens. ibidem
Capitulum quadrageſimumſecundũ Eugenij pontificis bonitatem oſtendit. lxxxij
Epiſtola quadrageſimaſecunda de quibuſdam mõtibus mirabilibus ſcribit: tum in fine facta mentione Dędali architecti: de celebri complexione tractat. ibidem
Capitulum quadrageſimumtertium Viteliani pontificis perſecutionẽ: & quorundã principum facinora continet. ibidem
Epiſtola quadrageſimatertia diuerſarũ mores fœminarũ ſub regione Aethiopum: & Cleopatræ exponit: in fine de uertigine tractans. ibidem
Capitulum quadrageſimumquartũ Adeodati pontificis perſecutiones habet. lxxxiij
Epiſtola quadrageſimaquarta ad quaſdam pulcherrimas interrogationes reſpondet: uidelicet de Alpheo flumine elidis: & Aretuſa fonte Siciliæ mirabili: Tum etiã de uagitu infantulorũ: in quo certe operæprecium eſt inſpicere q ſcite de naturarũ in animalibus dimenſione philoſophice diſſerat. lxxxiij
Capitulum quadrageſimumquintũ Doni pontificis tempora deſcribit. ibidem
Epiſtola quadrageſimaquinta de inferno & pœnis animarũ diſputat: & in fine incubi / qui a græcis herpes dicitur/rationem aſſignat. ibidem
Capitulum quadrageſimumſextũ Doni pontificis ſanctitatẽ & inſtituta oſtendit. ibidẽ
Epiſtola quadrageſimaſexta qui ſint in coitu fortes: & q̃ntũ coitus cõferat/oſtẽdit. ibidẽ
Capitulum quadrageſimumſeptimũ Leonis pontificis excellentiam tangit. lxxxiij
Epiſtola quadrageſimaſeptima Dauid ex regno depulſionẽ per Abſalonem & Achitophelem narrat: in fine de Epilenſiæ cauſis diſputat. ibidem
Capitulum quadrageſimumoctauũ Benedicti pontificis electionẽ: & Veſuuij montis campaniæ incendium habet. lxxxiij
Epiſtola quadrageſimaoctaua Plinij mortẽ cõplectitur: tum facta mentione de Veſuuij & Ethnæ & Chimeræ montiũ incendijs: & de eorũ cauſis mirabiles fontiũ & aquarũ naturas docet: in fine Apopleſiæ & neruorũ debilitatis cauſas ſuperinducit. ibidem
Capitulum quadrageſimumnonũ Ioannis pontificis perſecutionem continet. lxxxv
Epiſtola quadrageſimanona Hermaphroditi & Salmacis fontis fabulam declarat: tum uini naturam præſertim dulcis addit. ibidem
Capitulum quinquageſimũ Sergij pontificis electionẽ & inſtituta explicat: additis quæ inter principes Conſtantinopoli contigerunt. ibidem
Epiſtola quinquageſima Antigoni in patruum ſcelus docet: & Pthyſeos morbi originem oſtendit. ibidem
Capitulum quinquageſimumprimũ Cononis pontificis mores habet. ibidem
Epiſtola quinquageſimaprima Fabij maximi prudentiam: & Iudæorũ contra leuitæ ſponſam temeritatẽ oſtendit: & cordis tremoris cauſas adiungit. ibidem
Capitulum quinquageſimumſecundũ Ioannis pontificis incertam mortẽ docet. lxxxvi
Epiſtola quinquageſimaſecunda Orphei inſtituta docet: una cum cauſis ſtomachi dolorem facientibus. ibidem
Capitulum quinquageſimumtertium Ioannis pontificis tempus: & Iuſtiniani imperatoris reſtitutionem & ſæuitiam declarat. ibidem

Epistola quinquagesimatertia Iustiniani & Herodis sæuitiam ostendit: in fine addita causa cur infirmi cibi appetentia priuentur. ibidem
Capitulum quinquagesimumquartũ Sisinij pontificis gubernacula delibat. ibidem
Epistola quinquagesimaquarta de causis articularẽ morbum generãtibus disputat. ibidẽ
Capitulum quinquagesimumquintũ Constantini pontificis electionem: & q̃tum eius temporibus inter Constantinopolitanos imperatores pugnatũ sit/declarat. lxxxvij
Epistola quinquagesimaquinta gentium uarias superstitiones: & ritus circa deorũ sacrificia docet: & q̃ pertinaciter Iudæi in non recipiendis imperatorũ Romanorũ statutis Pilato & Petronio se opposuerint/ostendit. ibidem
Capitulum quinquagesimumsextum Gregorij pontificis prudentiã cum Saracenorũ eruptione: & Leonis imperatoris de falsa idolatriæ abolitione uesaniã cõplectit. ibidem
Epistola quinquagesimasexta quid per diuersa portentorũ genera significetur: & quid ex sanguinis euomitu eueniat/describit. ibidem
Capitulum quinquagesimumseptimũ Gregorij pontificis persecutionẽ: & Caroli francorum regis in ecclesiam collata beneficia ostendit. lxxxviij
Epistola quinquagesimaseptima Darij & Alexandri nonnulla prodigia narrat; & in calce causas quibus singultus reprimitur/docet. ibidem
Capitulum quinquagesimumoctauũ Zachariæ pontificis afflictionẽ: Longobardorũ aliquot regum: & Carolomani uitam breuiter perstringit. ibidem
Epistola quinquagesimaoctaua Rachis longobardorũ: & Carolomani francorum regum uitam monastice probat: & unde hydropisis proueniat/interpretatur. ibidem
Capitulum quinquagesimumnonũ Stephani pontificis persecutionẽ Longobardorum: & aliorum Barbarorũ dissensiones cõnumerat. lxxxix
Epistola quinquagesimanona Haistulphi longobardorũ regis perfidiã Hannibali pœnorum duci comparat: & quæ intestina cibum citius egerant/declarat. ibidem
Capitulũ sexagesimũ Pauli põtificis pietatẽ: & Cõstãtini imperatoris ipietatẽ cõtinet. ibidẽ
Epistola sexagesima pontificũ cõtemptores eo supplicio affligi optat: q̃ Palestini qui fœderis arcã ꝓphanabant/olim correpti fuerunt: in fine causas ructũ generãtes ponit. ibidẽ
Capitulum sexagesimumprimũ Stephani pontificis persecutionẽ: & Desiderij longobardorum regis insolentiam complectitur. ibidem
Epistola sexagesimaprima sacerdotum contemptores taxat: & quantum mali ex lumbricis proueniat/in fine declarat. lxxxx

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas deum de exagitione pontificũ fœliciter exorat.

Eus ciuilitatis/cõtemplationisq̃: & illius fœlicitatis quæ est totũ habens/largitor: affabilitate cuius prouide cuncta moderarẽ: in auxiliũ meũ propicius intende: ne a quouis somno qui sensus exteriores ligat/offendar: & ut appetitus obediat rationi/alme pater miserere mei. Tu uirtutis/rerumq̃ omnium ultimus creator: ut uotis in tam arduo traiectu titubanti aspires: quæ bona sunt/cõferas deprecor: & stratus humi iterũ supplico: miserere mei. Tyranni q eoas/occiduasq̃ opes possident: illas sibi habeãt mihi in isto opere Iani probitatẽ & sollertiam tm̃modo: ut plusq̃ alij uideam/concede. Ianus in agendis maturus: & primus deorũ uenerator tantæ sanctitatis prudentiæq̃ fuit: ideo ꝙ esset biceps/ꝙq̃ ante & post hominũ errata atq̃ illorũ pia facta uideret: illius illecti uirtute finxere maiores. Fideliũ necnõ pontificum tua benignitate udus exitia aliqua præmisi: nunc ab integro in isto quarto uolumine armari: sollertiusq̃ accitis præsidijs prestat castrametari. Põtifices nõ uno corporis martyrio/sed mente excruciatos factionib9 & heresibus nõ parcius uexatos asserere modo adsis/conabor. Calamũ ut uera insectet / dirige: amotis obtrectatoribus laudes undiq̃ confluant: ꝙq̃ opus cunctis sit amœnũ/sitq̃ conspicuum/annue.

Ianus biceps

IVLII PONTIFICIS CONQVESTVS ATQVE EXAGITATIO CAP.I

Vlius Rustici romanus Constantio Arium recipi demandante se opposuit: unde secundo Constantij anno apud Laudiceam siue Tyrum ad dirimendas lites/concilium coactũ est. Athanasius Alexandrinus præsul litteratura ac sanctitate uenerabilis/rationes Arianorũ infracto animo expugnabat. Cum Arius in conflictu se rationibus cedere animaduerteret/Athanasium maleficum exclamauit. Constantij auctoritate & suffragijs sic conuenerant: Athanasius damnatur: qui clam diuertens in arida cisterna sine solis aspectu sex annis dilituit. A quadam ancilla latebrarũ conscia prodi ueritus in lucẽ diuino monitu exilijt ad partes Constantis profectus. Qui Athanasij audito questu/fratri Constantio illum esse insontem: nec amplius debere inquietari significat. Arius talibus successibus arrogantior factus episcoporũ: populiq̃ frequentia stipatus: uentrem ut expurgaret/a cœtu secedens in latrinã interiora dimisit. Iulius exul decimo mense Romã reuersus: orientales inconsulto pontifice conuentus celebrasse nunciauit. Orientales nihil inclinati se religionis principes esse: & a seipsis ad occidentales decus sacerdotũ migrasse testati sunt: idcirco ecclesiam Romanam nõ iure dominari: uerum orientalem esse primariam: quoniam ex orientali fonte gratia occidentalis emanauerat. Altercatio hęc his uerbis inchoata nunq̃ inde est intermissa. Postea ut omnia ad ecclesiam pertinentia per notarios aut primiceriũ conscriberentur/est sancitum.

Athanasio ꝓbissimus

Arius hereticus

Oriẽtales

Lex

EPISTOLA PRIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Antonio Patauino fœlicitatem.

Rothonotariorũ decus/ quos ad conscribenda ecclesiæ gesta deputatos fuisse diximus/adhuc uenerabile extat: in quorũ numero sunt plurimi: maiorũ stemmatum elegantia: litterarũ eruditione: uitę grauitate: celeberrimi intima Bonifacio beniuolentia sua circumspectione ac generositate astricti. Tonsores etiã ex his atq̃ opifices: famulos quoq̃ & pincernas: delatores etiam & exoletos tali prælatura insignitos: uirtutis immunes atq̃ falaces uidi splendorẽ proborũ suis tenebris aperientes: nam laruis/tripudijs/coniurationibus/armis/baccho/conuiuijs uacantes per uicos ut prophani palam: & ceu proci meretrices nullo pudore cohibiti insectantur. Rudes qui se & indignos sentiunt: Valerij episcopi exemplo utantur. Valerius episcopus sanctitate uenerabilis: blesus tamen atq̃ sermocinari incautus uices suas Vincentio diacono remittens pijs operationibus: orationi: cõtemplationi: elemosynis infirmis miseratus uacabat. Tyberius Romanorũ præses imperare nõ omino dignus a consortio populi secessit: & ad secessum caprearũ cõsultius abijt: ibiq̃ sæuientis feræ more delituit. Antoni ipsum Tyberium rigidæ texturæ nationes rigidissime fouere/senatores quandoq̃ exprobrarunt. Tactu pellis duricie aut mollicie ingenium pronosticamus. Ipsa cutis corpus ambiens nocumẽtis resistit: quod tali experimento probatur: nam si homo in euulsa parte corij tepidam aquam infundat: illam ardentẽ dicet: quã tamẽ pelle nõ amota temperatam iudicabit. Pellis ut plurimũ est alba quasi perspicua: idcirco color sanguinis qui est naturalis & pulcher per eam uidetur. Secus si e frigiditate corporis corrugatur pellis: quia tunc denigrantur ac palescunt homines: & tunc rubedo sanguinis ægre per eam conspicitur. Quidam sunt spissi corij a quibus iniquę resoluuntur superfluitates: nec sicut pellem tenuem habentibus. In talibus frigus corticem inspissauit: in quo non resoluuntur: imo superfluitates multiplicatæ inficiunt.

Valerius episcopus

Tyberius

Cutis

Pellis

LIBERII PONTIFICIS INQVIETATIO ATQVE INSTABILITAS CA.II

Iberius Augusti romanus: Cõstante tumultu militari interfecto Arianis respirantibus infirmius præfuit. Arianis Athanasium expugnantibus in concilio Mediolanensi Athanasio fauentes: illis incomodis uexati: sicq̃ defatigati laboribus & infidijs cessere. In synodo Ariminensi cum orientales sacerdotes uersatilis ingenij occidentales ut pueros simplices argumentis superarent: disputationibus calcem imponere sagaces conuenere. Liberius pontifex in prima intronizatione Arianis infestus Athanasiũ iussu imperatoris damnare recusans triennio exulauit. Sacerdotibus interim uice Liberij Fœlicem præsbyterũ uirum optimũ in pontificẽ sufficientibus Constantius Liberiũ restituit: qui reditu mollior hereticis (ut fertur) Fœlice exulante paruit. Ex utriusq̃ pontificis exilio adeo altercatũ est: ut se mutuo etiam in ecclesijs religiosi occiderẽt. Liberius & si arianis cederet: templa tamẽ impensissime restaurauit. Donatus afer a quo Donatiani & Donatistæ uocantur: per Africam & Iudæam filium esse minorem patre: spiritum sanctum minorem filio: ac catholicos rebaptizandos insinuauit. Homines Liberium pontificẽ in retractationibus imbecillum arguentes Athanasium intrepidum Paganis & Hereticis infracto animo resistentem/in sublimi deificarunt.

Arianí cõsurgunt

Oriẽtales sacerdotes

Fœlix antipapa

Donatus

Heresis

EPISTOLA SECVNDA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Triſtano cipello fœlicitatem.

1 Iberium pontificem ſemper ancipitem a tanta maieſtate leuitate ſua indignũ a maioribus comperimus fuiſſe probris affectum. Viros fortes luxuria: auaricia: leuitate: gratia: etiam in ſumma quiete uarios fuiſſe: & effœminatius etiam q̃ iſte pontifex turpibus implicari legi & quotidie experior. Craſſus Craſſus e romana potentia uel ex tribus uarius unus: auidus: tenax: nulli firmiter amicus: nec hoſtis inhæſit facili momento: ut opes excreſcerent: alternis uicibus amorem in odium ſolitus cõmutare. Si patrocinium alicuius quandoq; geſſit: eundem nõ eſt uerítus accuſare. Suaſor legum eadẽ leuitate diſſuaſor erat: ideo Antonius a populo magis timore q̃ gratia ſolitus eſt uenerari. Antonius uoluptatibus indulgens modo tardus: modo feſtinus legatos ac duces: & magiſtratus aditus obſeruantes reiecit: cũ mimi & pſaltatores rapinas Antonij deuorantes facile admitterent. Sumptibus & largitionibus Antonij nullæ proſcriptorũ fortunæ: nullum uectigal: nulli theſauri etiã calumnijs extorti ſatiſſecere. At ſi præliari opus erat: nullus hortatu/laborum tolerantia/robore ue inter milites fortior apparuit. Cuius nobilitas/eloquentia/magnificentia/liberalitas/cõmitas tam tam reuerentiã/obedientiamq; apud omnes magiſtratus peperere: ut gratiam Antonij propriæ ſaluti præponerent. Ex uario ingenio cum errata tardiſſime ſentiret: illo ignaro præſides iniqua ſtolidaq; gerebant: quoniã ipſe ex magnitudine animi ad pœnas tardus: ad præmia & ad miſericordiam pronus cõmiſſa obliterabat: Vnde uerſuti una arridendo ſicq; data libertate cõfidentius in magnis rebus aſſentando ac blandiendo Antonio minime ſuſpicantem ad inſontium exitia captauere. Sanctos pariter hac peſte inconſtantiæ cunctatos: ſi Iuuenes abſq; diſpendio ſic expedit/apponamus. Iuuenes honorati duo bonis pauperibus collatis: honorati Ioanni miraculis potenti & deo adhæſere: ſic ſancte ac rigidius uiuentes/cum mancipia ſua purpureis indumẽtis ſe autẽ ſordidis ueſtiri intuerent: ſuas fortunas temere abiecíſſe infremuerunt. Ioannes hos inopia lamẽtari aduertens: ut uirgas & lapillos a littore maris ſibi afferrent/iuſſit. Allata in aurum & gemmas benedictione tranſmutata iuuenibus: ut uberius ditarentur/tradidit. Agros/uillas/ſupellectilẽ/aulea/ apparatus ſplendidius etiam q̃ ante uiuentes emerũt. Adoleſcens defunctus precibus Ioannis reuiuiſcens his laute uiuentibus talia ſpernenda iterũ perſuaſit. De alio ſæculo illis ſciſcitantibus eos miras opulentias/ inexiſtimabiles ornatus: mira pallatia gemmis cõtexta in cœlis amiſiſſe: & angelos ſuos flere & triſtari: dæmones ꝯo de ſua inſtabilitate lætari reſpõdit. Iuuenes ſupernas ſedes & præſtantiam ſplendoris admirati: decq; reatu ſuo pœnitentiã agentes ſupplices ad Ioannẽ iterato ut oĩa erogarẽt/cõuenere: quibus nõ eueſtigio leuitas & noxa oblitteratæ ſunt: ſed tã diu p remiſſione incõſtantiæ q̃ad uirgæ & lapides in ꝓpriã naturã reuerterent/ ſibi miſereri exorarunt. Triſtane adoleſcẽtes in luxuria rerũ ſæpe ægri & ſqualore informes: cũ gratia cœli & Fellis no oĩpotẽtis albo/rubroq; colore cito formoſi effecti ſunt. Quæq; aĩalia fel epati adhærẽs chicumentũ ſtifelis a philoſophis nuncupatũ habẽt. Si a chiſtifelis colera nõ attrahit/per corpus euporat: & in luteũ colorẽ ſoluit: qui palor hoiem turpẽ agit. Quibuſdã aĩalibꝰ ut in ceruo/ equo mulo & uitulo marino: nõ in epate/ ſed inteſtinis fel eſſe uidet: ideo eorũ inteſtina ſunt fetida atq; amariſſima: quæ a canibus niſi a famelicis nõ edunt. Illis brutis quibus fel nõ eſt in epate/in alijs partibus eſt: quas per fetorẽ ac amaritudinẽ cognoſcimus.

FOELICIS SECVNDI PONTIFICIS VEXATIO CAP. III

Oelix Anaſtaſij romanus Cõſtantiũ magni Cõſtãtini filiũ inito põtificatu/hereticũ
Eunomij f uulgauit: cũ Eunomius a q̃ Eunomiani/ leproſus: diſſimilem patrẽ & ſanctũ ſpiritũ
Hereſis cũ filio nõ cõmunicare diceret: Ariana hereſis biſariã diſcreta eſt. Epiſcopus ad conciliũ generale accitos: aut uenirẽt aut ĩpedimẽti rationẽ ſcriberẽt: Fœlicẽ cõſtituiſſe memo-
Lex rant. Fœlicẽ dũ ipeſius eccleſijs dei edictis & cura ſatiſfaceret/ ab aduerſarijs ſublatũ aiũt.

EPISTOLA TERTIA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Carolo de Lugo fœlicitatem.

N Eunomius ultione diuina uel a natiuitate leproſus fuerit/ curioſe ſciſcitaris: de
Lepra a his abſtruſis & etiam de leuioribus neſcio augurari. Lepra tamen quæ eſt cancer
qd ſit uniuerſalis: a natiuitate hac ratione cauſari poſſet. Menſtruũ fœminarũ in partes non æqualis uirtutis ſic diuiditur: Quoddam eſt tertiæ digeſtionis ſuperfluum: qd' cũ purũ

ſit: mulieris ſit ſemen: quod inde per conbinationẽ utriuſq; in ſubſtantiam fœtus a uirtute uirili coagulat. Fœtura: ut indies experimur: nõ eſt ſemp uniformis: illa aliquãdo coeuntiũ lætitia: aliquando perturbatione uariatur: in fluentiæ etiã animæ dominiũ habentes diſpoſitionẽ animi & corporis decorẽ: uel monſtruoſitatẽ operantur. Mẽſtruũ illaudabile ac impurum eſt ſuperfluitas: atq; fœminarum imundicia ex mulierum guloſitate per indecoctionẽ ciboꝝ cauſatũ. Ipſæ frigide naturæ tanta caliditate: ut totus cibus decoqui poſſit uacant idcirco quottidie ex alimento aliquod imundũ relinquitur: quale p morã in naturã ueneni conuerſum: omni menſe lunari ab orificijs fluit: alias fœminæ: niſi ſic expurgarẽtur: ſi nõ eſſent fortes: atq; uiragines: cũ iactura & proſtratione uirtutis ægrotarent: ideo natura ſagax tali ꝓfluuio eas ſeruat indemnes: & ſic ſanæ/caſtæ/meliuſq; concipiẽtes fiunt. Bruta uero inſtar hominũ modici nutrimenti cũ p pilos etiã expurgẽtur (ut fert) nihil aut parũ menſtruant. Maſculi calore/& labore/& pilis ſe uacuantes hãc luẽ nõ ſentiũt. De melãcolicis in Melãcolia
quibus melancolia exuberat: ſecus dicemus: in talibus enĩ (ut humor euacuet) ad ſplenem qũomõ ex
fluit: a ſplene uero ad dorſum: deinceps alias uenas circa ultimũ inteſtinũ quæ emoroidas purgetur.
uocantur: dirigitur. Et tali uenarũ fluxu melãcolici iuuamentũ: niſi ſit exceſſus: accipiunt. Iudei
Iudeis ad melancolicã naturam procliuibus hic fluxus hac ratione: licet aliqui: eum eſſe di- Menſtruũ
uinitus: interpretentur ſuper abundant. Menſtruum impurum uirus eſt: quod a natura ſagax ad animalium bene eſſe: expellere nititur: hac ratione euacuationẽ patiẽtes dolẽtius in quarto & decimo anno ob meatuũ anguſtiã torquentur. Pudibunda uirginũ e conſuetudine menſiũ: ſtricturaue foraminũ: maxime ſi oleo roſarũ fuerint delinita: nõ a fluẽte uenino leduntur: at nõ uiri a tali contagione declinent: quoniã eoꝝ mẽbrũ obſenũ ſpongioſum eſt: ideo hanc tabem imbibit: & quandoq; ad fatũ uſq; patientes anguſtat. In his inguinum languoribus aloes eſt ultimũ iuuamẽ. Mulierũ cõtactus quantũ tunc exitialis ſit: experimẽto conijciamus. Specula adhuc noua ex uaporibus egredientibus rubeis maculis inficiunt Leproſus
Si ramus uiridis ea lue tangitur areſcit. Paſtione huius ueneni canes rabidi: & q̃ plura mala a natiuitate.
nunc tacẽda fiunt. Si e menſtruo impuro fœtus oriatur: natus erit leproſus/fragilis/ & infortunatus. Alias corporis ſupfluitates uarijs modis natura euacuat: craſſiores ab inteſtinis p Corporis
egeſtiones: tenuiores ab epate p urinã: tenuiores etiã a mẽbris p manifeſta: uel occulta ſpiramina: & ſudores euacuãtur. Foramina manifeſtius flegma eijcientia nares ſunt: ſicut ocuֻli melancoliã: & aures coleram. Occultiores meatus ſudores: fordeſcq; emittũt: aut in pilos ungues/cornua/& aliquando in apoſtemata ſupfluitates prius tranſmutant.

DAMASI PONTIFICIS INSTITVTA ET VEXATIO. CA. IIII.

Amaſus Antonij Hiſpanus eo tpe: quo Iulianus ſua doloſitate Chriſtianos circũ- Iulianus
d uenire innixus eſt: eccleſiæ pfuit. Perſuaſionibus: ac præmijs: & magiſtratibus ho- imperator
norati ex Chriſtianis permulti Iuliano aſſenſere. Imperator ipſe magicis illuſionibꝰ oblectatus. Athanaſiũ pcibus augurũ maleficoꝝ: quoniã eoꝝ ars p ipſum exprobrantem uileſceret ſubmouit. Iulianus: & ſi i Chriſtũ proteruus: in imperij tamẽ molle: & diſcriminibus homo erat laude & admiratiõe dignus. Ipſe diſertus: & ſolers/ac in prælijs ſtrenuus: in archanis naturæ auidus: cũ in ſeceſſu cuiuſdã ſpeluncæ magũ ſequeretur: a dæmonibus ob uiantibus offenſus expauit: quos maleficus: ne imperator uoces & incurſus dæmonũ in eo Crux fuſpecu degentiũ horreſceret: & ſigno crucis arcebat. In ſigno crucis tantã uim ineſſe Iuliano gat dæmoadmirante magus ait: o imperator dæmones a cruce diffugiunt: quoniã ab ea: ut ab ultimo nes.
ſupplicio torqueri ſolent. Damaſus adulterij crimine accuſatus a publico cõſilio inſons eſt Damaſij
expiatus. Talionis pœnã ut falſo accuſantes ſubirent: ob gratiã pontificis tunc compertam acta.
eſſe tradunt: qui uitas pontificũ: diuinũ cultũ: eccleſiaſq; ampliando compoſuit: & in eccleſia: ut alternis uicibus pſalmi: & in fine eoꝝ gloria patri/& filio/& ſpiritui ſancto cõcineret Lex
inſtituit: qui etiã cum Hieronymi ſcripta non curari: ſed ſeptuaginta interprætũ uolumina Hieronymi uoluֻlegi conſpiceret: Hieronymo inheſit: & biblia Hieronymi tunc cœpta eſt penſari: ac pſalmi men.
ex hebreo quoniam erant fideliter traducti: & ut in principio miſſæ confeſſio: ut nũc diceretur: idem Damaſus ſanciuit.

EPISTOLA QVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Preſbytero Machario fœlicitatem.

E ſeptuaginta interpretibus (ut ais) ſi cupis eruditi: auerte: quoniam quædam
d longius: quam uelis præmittam. Principes magni Alexandri impuberes tutores

primis initijs mites regnis præfuere: deinceps ad ſolytam tyrannidem cum prōlapſi eſſent.

Ptolemæus Lagi Philadelphus Ptolemei

Ptolemæus filius Lagi Aegypto occupata Hieroſolymā obſedit. Iudeoſq; patria ſuperſtitione in ſabbato nihil pugnātes occupauit: urbe ipſis nō reſiſtentibus populata ſupra centum & uiginti milia captiuoꝝ recedēs abduxit. Philadelphus huius natus patre defuncto p Demetriū ex toto orbe ī bibliothecā ſuā libros congeri iuſſit. Demetrio decorē bibliothecę iudeoꝝ: & eoꝝ leges habēdas inſinuante Heleazaro Hieroſolymitarū ſacerdotū principi: ut in legū trāſlatione uacaret: litteras dedit.

Ariſteus ꝓ iudeis

Ariſteus regi intimus: ut iudeos captiuos dimitteret: licet cū rege antea tentare uoluiſſet: hac oportunitate capta cuſtodes regios: ut ſi quicq; regi diceret: dictū approbarent: admonuit: deinde regi ſic ait: legem iudeoꝝ recte interpretari iubes: ſed quomodo tot iudeis ī regno tuo ſeruiētibus apte fieri poteſt: quos ut bene ſit cunctis abſolues conſulo. Ipſi tuis meritis: deū oīm factorē: quē nos Iouē nūcupamus: colentes ꝓ te: & regno tuo ſuis ſacrificijs placabūt. Non illis proximus: aut ex illa gēte ortus uel beneficijs ſubornatus ad te ueni: ſed ultro ut deus tibi: & Aegypto ꝓ ut tali munificētia propitietur ſupplico. Rex ꝓ magnitudine impēſe quędā primo cauſatus ocius ad eos tamē exigendos ex ærario ſuo talenta: ad nationes ita ſcribēs: donauit: ſub noſtri patris imperio milites captiuos abductos uendentes Siriā: Phœniceāq; & Iudeā uaſtarunt. Quicūq; igit tales habēt: ꝓ ſingulo dragmas centū uiginti accepturi: quos cōtra iuſticiā detētos arbitror dimittant. Iuſtū eſt enī miſereri: ideo iudeos infra tres dies abſolui iubeo. Poſſeſſores cōuenīant iudeos oſtēdentes: ni uelint p regiū fiſcū maiori pœna mulctari. Talentis ſexaginta ꝓ redēptione impartitis intra ſeptimā lucē regis iuſſa expleta ſunt: Inſup ad cōponēdas cras teras & libatoria: talēta q̄nquaginta: lapidūq; p̄cioſoꝝ multitudinē iextimabilē erogauit: Tum ſacerdotibus ſe ꝓ imolatiōibus centū talenta mittere. Ptolemęus Heleazaro principi ſacerdotū in hanc ſententiā ſcripſit: benefacies eligēdo uiros optimos: ſeniores ab una quaq; tribu ſex: q̄s mihi diriges: qui p ætatē legū ſint periti: qui ualeant interpretationē circa diuinitatē legis nobis exponere. Vt opinor: his pfectis maximā gloriā nobis p̄parabūt: & ad miniſteriū dei p̄miſſæ magnificentię menſam ex auro mirabilē uarietate gēmarū: & celatura templi tabulā excedētē addidit. Heleazarus ſeniores cū legibus litteris aureis inſcriptis

Interp̄tes ī Aegyptū miſſi ſunt.

in Aegyptū miſit. Rex Ptolæmeus comiter illis occurrēs ait: gratias ago uobis de aduentu & maiores illi: q uos miſit: ſed ante oīa deo: cuius hæ uenerādę leges ſunt: legatis uero ꝓſpera: & diuina p̄ſidi ominātibus p̄ gaudio in lachrymas rex ꝓrupit: q̄s ex oſculatus diē aduētus inter faſtos uenerari: eos ſecū epulari: in arce hoſpitari uoluit. Diſcūbēs cū unoquoq; interpretū p duodecim dies in cōuiuio eſt philoſophatus. Interpretes iuxta mare regio apparatu habitātes mane ſemp regiā adiere Ptolemęum ſalutātes. Ex omni parte corpis poſt remeationē purificati duobus & ſeptuaginta diebus legē enodarūt. Quoꝝ rex unūquēq; tribus ſtolis: & auri talentis duobus: calice quoq; unius talenti donatū dimiſit. Heleazaro abſenti lectos cū aureis pedibus decē: calicē talentoꝝ trigīta: ſtolas decē: pupurā: & coronā decorā: pateras: ac libatoria: & crateres aureas eſt munificētius elargitus. Machari interpretes iſti donati ac ditati: & ſoſpites p̄ter delicatiores quoſdā redeūtes ingenti plauſu: ac feſtis

Humorū generatio Motus

totā ciuitatē affecere. Quies/frigus/ſomnus/flegma multiplicāt: & ab his pariter cæteri humores ingroſſant: ideo philoſophi ludos in theatris/gymnaſia/ paleſtrā cæteraq; exercitia inuenere: e quibus ſpiſſitudo: uiſcoſitaſq; humoꝝ diſſolui queant. A motu corpora euentā tur: cū calor naturalis quādoq; ſopitus etiā excitet. Humores hos ſubtiles: uel ꝓfundos eſſe exilitate: uel duriciæ pellis intelligimus. Subtile cū facilime euaneſcat: humores tenues cū ſpiritibus in temperato motu cito reſoluunt: idcirco delicatis cibis utentes: cū ipſi ſubtiliū humorum ſint e modico exercitio: uel labore debilitari poſſint.

SIRICI PONTIFICIS INSTITVTA ET VEXATIO. CAP. V.

Hereſis Ebion hereticus Lex

f Iricus Tiburcij: Romanus Valente Chriſtianos exilio: ac metalloꝝ defoſſione: & in inſulas relegatiōe: aliiſq; malis afficiente: Athanaſij etiā obitu: qui eccleſias: ſex & q̄dragīta annis integritate/uigore ſctitate defenderat. Ebionis quoq; hereſi iua leſcēte uexat⁹ fuit. Ebiō Chriſtū coitu Marie natū: uirūq; iuſtū fuiſſe declamauit. Siric⁹ pōtifex monachos uitę approbatę a primis ordinib⁹ uſq; ad ēpatū poſſe ꝓmoueri: manicheos cū fidelibus nō cōmunicare pœnitentes: & ad fidem redeuntes: ſi monaſteriū ingrederent:

ac ieiunijs/orationibus toto uitæ tempore ſe extenuarent: recipi: uiaticū illis dari: præſbyterum niſi ab epiſcopo poſſe conſecrari: cū uidua cōtrahentes nō in ſacerdotiū recipi: hereticos ſola manuū impoſitione admitti cenſuit. Didimus Alexandrinus a natiuitate cæcus ea tempeſtate floruit: quia primis elementis in Geometria: Dialetica: in Mathematicis cōponens ſuper euangelia pſalmos/ac contra hereticos codices edidit.

Didimus cæcus

EPISTOLA QVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Chriſtoforo Beneuentano fœlicitatem.

Thyreſias Pyrrhus rex

d Idimus cæcus: ingenij pſpicuitatē orbis: ſi Thyreſiā: ſi pleroſq; luminibus captos ſi Apium Claudiū adiungimus: ineſſe admonet. Pyrrhus a Tarentinis & Samnitibus in Italiā accerſitus: & ī Romanos bis euertiſſet: per Cineā tamē legatū mira benignitate eis reconciliari tentauit. Cineas a fœminis: & a primatibus ciuitatis munera offerens reiectus: in ſenatu ſi captiui dimitterētur: q; Pyrrhus ad ſubigendā Italiā illis auxiliū præſtaret: nec in captiuoꝝ cōpenſationē quicq; niſi populi Romani amicitiā: ac Tarētinis indemnitatē poſtularet cōcionatus eſt. Romanos ī Cineæ ſententiā inclinātes Apius Clau-

Apius Claudius cæcus

dius ſolus retinuit. Ipſe illuſtris ſenectute: ſed orbus: qui reip publicæ iā ceſſerat: in ſenatū labentē lectica ſic orſus ſe deferri iuſſit. Ante hoc tempus uidēdi infortuniū cū ægre ferrē: ad cæcitatē: q; nō ſim ſurdus: modo uehemētius angor: quoniā turpes conſultationes: q̄ huius urbis gloriā deturpāt: nō audirē. Vbi nūc eſt illa ueſtra iactantia: qua Alexandrū: ſi in Italia cū Romanis manus cōſeruiſſet: aut in gloriū fuga cedere: aut mori coactū urbē hāc æterna gloria decorare cogi poſſe gloriabamini. Inſolentiā hāc uerboꝝ nūc manu: nunc uirtute approbate. Chaonis: & moloſſis Macedonū prædę uix Pyrrhus dominaꝰ. Ab hoſtibus: q; per fugā ut euadat: Tarētinis auxiliari ſimulat. Ad Italiā debellandā illam potentiā: illū exercitū quo Macedoniæ partē exiguā retinere nō potuit: Romanis ſpōdet. Vult nobis amicari: ut inde ab Italia nō poſſit euelli. Exemplo huius cæteri idem ſperātes in contemptū noſtrū merito latiū inuadēt: ſi Pyrrhus compos uoti accepta mercede abſceſſerit. Per Claudij orationē patres accēſi Cineæ: q; Pyrrhus ex Italia cederet: inde de amicitia: & ſocietate tēta

Democritus ſe excæcauit

ret reſpōderūt. Democritus cæcitatē beneficiū eſſe: & oculos ingenio obeſſe ratus ſe execauit: qui theologiā: & aſtronomiā a Caldeis tēpore Xerxis didicerat: in Aegyptū: ut geometriā: in perſidem ut diuitias: ſcientiaſq; hauriret: ꝓfectus eſt. In patriā reuerſus inops in quibuſdam hortis uiuēs de omni caſu æquo: uel iniquo: ac ſi uices rerū illuderet ridebat. Rerū imagines/animos/& acumē cogitationū oculos diſtorquere arbitratus: ut ſubtilius cōtemplaretur: ſe excecauit. Temporibus meis Alamanus a natiuitate orbus in Italiā p tot p̄cipitia principibus gratus atq; donatus uenit. Q̄ē in cythara: & ī organis peritiſſimū Orpheo aut Orioni audiētes: in muſicis aſſimilauere. Luminaria cœli in ortu gentiū indiſpoſita: ut ſolem in dextro: lunā in ſiniſtro oculo cecitatē cauſari aſtronomi memorāt. Ego uero nō ſolum ab aſtris: ſed hunc defectū a deis etiā dari: ſic arbitror. Seſoſtris rex diuinitate uolente

Alamanꝰ

Seſoſtris rex

orbus/ſortibus & uaticinijs ſtuduit uidere. Illi decenniū circa myſtica operanti: ut in faciē mulieris: quę nullū niſi proprīū uirū agnouiſſet: pro uiſu recuperādo inſpiceret: reſpōſum eſt. Vxorē placuit primo attentare: deinde parili ſtudio reliquas: ſed nullā in tanto grege pudicā: niſi cuiuſdā olitoris uxorē: a qua ſanatus eſt: inuenit. Adulteras omnis ī Aegypto eſſe ſucceſſus illas ī ultionē in uico coactas unico incēdio cōbuſſit. Chriſtofore cæcitatis defectꝰ ex indiſpoſitione flegmatis quādoq; cauſaꝰ: cū nō oīa membra puro ſanguine nutriantur. Cerebrū/oculi/nerui/& ſimilia flegmate augent. Flegma eſt humor: quē nō pfecte: impedi

Flegma quid eſt

ente aquoſitate eius: calor naturalis decoxit. Qui humor: qñ eſt naturalis: calore decoquēte fit ſanguis. Si eſt inaturalis calore corrūpente: generat febrē. Flegma naturale ad membra cū ſanguis in epate retinet: in ſanguinē conuerſum membrū in tali penuria cibat. Si ſic natura nō curaret: calor naturalis membrū exicādo extenuaret. Similiter adherēdo iūcturis humectat: ne a fortibus motibus exiccentur: nā ſi areſcerēt imobilia ad operationes eſſent.

ANASTASII PONTIFICIS INSTITVTA CAP. VI.

Ambroſius.

a Naſtaſius Maximi: Romanus a Graciano deturbatis Arianis: & Auxentio hereticorū epiſcopo defuncto: & in Mediolanenſi eccleſia ſeditione uexata Ambroſium electū fuiſſe: gauiſus multe ſtatuit. Ambroſium uirū cōſularē prouinciæ præſidē:

Ambroſius.

litem clericoꝝ conciliare conatũ episcopoꝝ conuẽtus dignitatẽ hanc abnuentẽ: sed tandẽ baptisatũ: archiepiscopatui prefecerũt. Quanta doctrina/ qanta sanctitate uir iste fuerit uo-
Lex lumina ab eo composita satis superq; ostendunt. Anastasius sacerdotes: dum sacrũ euange lium legitur: aut præcinitur: non sedere: uerũ incuruari: peregrinos autẽ maxime trãsmari nos in clericos nõ recipi: nisi quinq; episcoporꝝ cautione: debiles: membroue aliquo carẽ tes in clericorum numerum non admitti cauit.

EPISTOLA SEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Petrino Mediolanensi fœlicitatem.

Nformes cũ deuocius e defectu inseruirent: a sacerdotio repelli miraris: & fantasti-
i cas rationes: quæ nõ comperiuntur exposcis. Virtutes potentatus: splendorẽ infe-
Membra obsũt aiæ rioris orbis a cœlo gubernari sentiunt sapiẽtes: archana tua pscrutãtes. Per iacturã membroꝝ animã in operationibus indisponi: nec uim suã per organa inæqualia infundere
Iupiter posse adiũciunt. His p̃missis compẽdiosa quędã Astronomoꝝ dicta: ut leuius de animabus sentias: dicemus. Iupiter in ortu hoĩm ab infortunijs saluus: animæ si dominatur: natus erit decorus in anima & in corpe bene disposit̃us: cuius phisonomi animæ p̃stantiã: uel segnitiẽ p oculos animæ speculũ: & flores: qui in eo clari erũt iudicabũt. Quilibet in fluxu Iouis edi tus bonus: celer/ modestus/ honestus precioso- indumentoꝝ amator/ largus/ iocundus/ mi-
sericors/ mundus/ ambulando qui terram inspiciet: ac e caliditate & humiditate ad luxuriã pronus erit. Iupiter si solus in cœlo esset: in his inferioribus: ut scriptũ est: nulla corruptio fieret. Iupiter in ordine planetarũ Saturnũ sequitur: qui sua bonitate infortunij superioris
Saturnus malicią moderat̃. Saturnus si (ut Luna) terræ ꝓpinquaret: frigiditate sua maliciaue quæq; confunderet. Saturnus itaq; obscurus/ tardus/ grauis simillimũ facit sub eius dominio ortũ fuscũ/ informẽ/ obtortũ in omnibus/ in corpore male disp̃sitũ: in pectore stricto: cuius spi-
ritus est multæ pfidiæ/ tristitiæ/ ac ambiguitatis: turpibus indumẽtis semp amicitur/ diligit fetida/ piger est in iceſſu: quicũq; sub Saturno nascitur: malas habet in mẽbris disp̃sitiões
Qui erit ex talibus: quos ecclesia repellit: scilicet auarus/ proditor/ cupidus/ e frigiditate nõ
Vulcanus luxuriosus coitũ abhorrebit: & talẽ uulcanũ dicimus fuisse. Vulcanus informis: claudus Ioui genitori exosus ad sordida loca: ne uiueret: est expositus. Qui inter fabrilia opa auctus in his miro ingenio poluit. Sicq; imbellis parẽti arma missilia nõdum cõperta ꝓparauit: ꝙ circo ex ingenij claritudine patris in gratiã est restitutus. A decora eruditissimaq; Pallade
Virginũ pruritum puella ex informitate reiectus Veneri nupsit. Petrinæ Nymphe salaces Veneri persimiles: ut indiscrete pruritũ soluant: etiã turpes quãdoq; admittunt. Puellæ semine exuberãtes cõ-
primi æstuant: & ideo mira p̃udentia: ut in quartodecimo anno custodiendæ sunt. Quę cre
bro e sanctitate mẽtis feruorẽ nõ soluentes infirmantur. Illis a tali ueneno expedit euacuari
Vrina ne matricis p̃focatione moriant̃. Si sic sæpe lacessitæ fuerint: uoluptate tali inpinguent. Vir ginũ pudicaꝝ urina clara plucida castitatis: crocea uero ponderosa titulationis est signum.
Venus sic inpinguere appetẽs Vulcanũ cõiugẽ a Saturno disp̃sitũ coitũ abhorrentẽ alios
Fœminæ q̃ raro in- asciscẽs irrisit: quæ cũ Cypro imperaret: ut uoluptatibus liberius indulgeret: p leges mere
firmãtur tricari licere instituit. Fœminæ deductis impedimẽtis beneficio mẽstruoꝝ uenenosam luẽ euacuantes minus quã uiri infirmantur. Ipse sanguinis fluxũ e naribus: atq; p anũ: ut perri
mã expurgatę minus incurrunt. Vinũ multũ forte: ac rubeum potantes plus alijs sanguine
Sanguis habũdant. Pingues q̃uis sanguine extenuentur: eoꝝ tamẽ sanguis paucus est mũdus: quia eius aquositas in pinguedinẽ tendit: Pinguedinis augmentatio sanguinis est extenuatio.

INNOCENTII PONTIFICIS FOELICITAS ET INSTITVTA. CAP. VII.

Nnocentius Innocẽtij natione Albanus Theodosij bonitate in ecclesiasticis succes-
i sibus elatus est Theodosius diuinitus tyrannos ceruicẽ imperij p̃mẽtes: & iprimis
Martinus Maximũ Gratiani interfectorẽ confecit. Martinus uir sane almus Maximũ Britã-
Theodo- sius. nią populantẽ: ac Italiam se euersurum solitum minari: ꝙ eã non attingeret: assidue p̃dixit. Theodosius ad mystica ingressurus ab ingressu templi ob facinus commissum prohibitis æqua mente ferens Ambrosio de admonitione gratias egit. Thessalonicenses iudicẽ suum interfecerant: in quos iratus ab Italicis sacerdotibus ægre est: quin omnes necaret: reten-
tus. Ad se rediens: ꝙ iratus: nimisq; præceps pene deliquisset: fleuit: & circa anima duersio-

nes sententia principis ad certã diẽ usq; quia pœnitẽtia duci: misereriq; interim posset: ius sit prolatari. Iratus: si quicq; iussisset: quoad omnes litterarũ notas expressisset: ut fertur: ma gistratus cunctari uoluit: sanguinẽ accensum tali mora ratus sæpius tepescere. In bello nec minus in pace cõsuetudine: atq; ingenio cuiusdam Ioannis monachi anacoritę usus est. In-
nocentius sabbato ieiunari: quoniã tali die Christus in sepultura iacuit: ac eius discipuli ia-
Lex cuerũt: Iudeos etiam: & paganos: hereticosq; ab urbe expelli mandauit. Pellagiũ monachũ Cœlestinũq; hereticos: qui liberũ arbitriũ diuinæ gratiæ auferre: & ad impediendũ diuina iussa uoluntatẽ sufficere dixere expulit. Hieronymus p̃sbyter uir ꝓculdubio integerrimus
Hierony- in Bethleem habitans sua uirtute: atq; sanctitate eo tempore uiguit: qui laboribus & facun-
mus. dia orbem illustrando Christi fidem codicibus. & omni ꝓbitate ampliauit.

EPISTOLA SEPTIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Renato Triuultio militũ p̃fecto fœlicitatem.

V indole corporis/ ac animę integritate: & recta inter quoscunq; æquitate pollens:
t Theodosij etiã leges: pœnitentiãq;: & mores laudãs: reliquos principes si sic se cõ-
tinerent: deos magis: quã hoies nuncupari dignos asseris. Inclytissime uir: quem de omni re: & potissimũ de principibus audio rectissime ratiocinantẽ: sententiæ tuæ inhereo: nam si duces nõ imperiosi: nõ gentibus iniurioſi sunt: cœlestibus illos dignamur æquipara ri. Mali uero imperiosi/ inaccessibiles rapere/ adulterari/ funestari/ interficere magis/ q̃ pieta tiinseruire gestientes/ malis spiritibus: ut de quibusdã exempla p̃feremus: conueniunt. Ar tabanus Dario frater Scythas iopes lacessendos bello frustra dissuasit. Expeditione in pro-
cinctu existẽte Oebazus persa uni e tribus filijs militãtibus principis amicicia fretus voca-
Darius tionẽ militiæ obsecrauit. Darius hilarissime amico modesta petenti se omnes liberos reddi-
Oebazus turũ pollicitus: militiæ p̃positus Oebazi filios protinũs necarent p̃cepit. Immanitatẽ huius ducis dij ægreferẽtes Scythas auri: diuitiarũq; expertes in eũ concitarunt. Ipsi repente in ca
Scythæ stra p̃silientes affuerũt: qui p bis centũ milliaria ĩ horridioribus desertis paulopost aberãt: inopes mox insperate superuenientes ridentiũ more illudentes hostẽ ambibant. Ex inopia rerum Dariũ crudelitatis pœnitere Scythe reges tenẽtes illi caduceatorẽ/ auẽ/ murẽ/ ranã: & qnq; sagiptas afferentẽ: & interpretationẽ numerũ expoſcentẽ mittũt. Gobrias persa cęteris re-
Gobrias gi adulantibus munerũ euentũ sic coniectauit: ꝙ nisi Persæ: ut aues euolarẽt: uel ut mures in cuniculis terræ latitarent: aut ut ranæ in paludibus prosilirent sagiptis conficerentur: in-
terp̃tatus est. Rex interp̃tatiõe attonitus e septingẽtis millibus armatis: nonaginta millib⁹
Aegypti⁹ amissis ad Istrũ fuga euolauit. Homine Aegyptio: qui reliquos totius orbis mortales cona-
tu: & excellentia uocis excedebat: Istieum pontis custodem: ut ipse Darius trans amnẽ tre-
Xerxes & pidus fugeret euocante: Xerxes in grecos cõcitatus Celenas usq; cũ expeditione peruene-
Pitius princeps rat: quẽ Pitius princeps lydus cũ toto delectu hospitio comiter susceꝑit: ꝑterea ad sumptus belli pecuniã inumerabilem se daturũ regi offert:. Xerxi: quisnã esset tam liberalis hospes: a Persis percunctãti: hoiem approbãtes: ꝙ Dario patri nõ parcius donasset: ꝙ q; in diuitijs finitimos superaret respõdere. Acceptis quibusdã pecunijs se cõpẽsaturũ rex dicẽs gratias affabilissimo hospiti egit. Sol eclypsatus: cũ expeditio ꝓgrederet̃ defecit. Pitius: qa sol oriẽ talem regẽ significat: ex eo defectu expauit: ideo suis muneribus: & ꝑterite comitati: ac re-
gijs ꝓmissis fidens e quinq; filijs militantibus primogenito ad contrahendũ nũmos militiæ uacationẽ fecit. Cui Xerxes succensus ait: improbe ego filios/ fratres/ amicos in hac expedi tione habeo: & tu qui seruus meus cũ tota familia me comitari debes: remitti filiũ tam calide petis. Te stolidum: & quattuor liberos: nec munera proderunt mulctabo. Deinceps filium Pitij in duo frusta diuisum: a dextera leuaq; itineris: ut per mediũ corporis turmæ transirẽt suspendit. Vndecim centena millia hominum Xerxes qui armauerat: maria qui pontibus traiecerat: montes ad uelificandum qui effoderat: nauali prælio græcis disfractus: inconti-
nenti castris desertis exigua cimba in Asiam mitis atq; trepidus in ultionem suæ ingratitu-
dinis remeauit. Cuius maiestas cum indies uilesceret: ab Arthabano præfecto imperij aui
Tygranis dilate in concitato propria regia confossus interijt. Tygranes Armeniæ rex regũ appella-
arrogãtia tus: reges quosdam ex arrogantia ut pedissequos: satellitesq; habere uolens: ut equitan-
ti equestres occurrerent: sedenti inuicem connexis brachijs non sine seruitutis imagine illum circuirent: imperauerat: ad quem Mithridates/ Lucullo fortunis/ regnoq; exutus

fugerat. Lucullus Mithridatē iure belli triumpho deditum per Appium legatum: q̄ si re-
niteretur: bellum se habiturū sciret: exposcit. Tygrane multa cominante: & parere abnue-
Lucullus te Lucullus Armeniā occupat. Hostem tam propinquū nō esse ratus: nunciantē Lucullum
regnū inurere: & copijs prouincias urgere: & regi propinquū imminere: securi percuti iussit.
Morte nuncij reliqui formidantes clades: & properātē hostem se nescire fingunt. Rex arro-
gans de se: deq̄ suo potentatu multa solitus iactare Romanos prius est cōspicatus: q̄ ciuiū
aut urbiū languores: & dāna sentiret. Turpiter a Lucullo fusus: cū nihil esset effœminatius
Pompeio successori: quē pedes p castra audiuit: abiecto diademate se inclinauit. Ipse in pa-
lestra fœminarū solitus ut plurimū decertare Romanos æque imbelles regni amissione ne-
Coitus ex glexit. Nihil est regibus: & cunctis damnosius: aut spurcius: q̄ supfluo coitu uti. Omne ani-
citat fœto- mal: & p̄cipue fœmina peracta combinatione fœtet: ratio est: quia calor p coitum excitatus
rem. humidum quale ducit: corrumpit: in eo potissimū inter inguina fetulentia augetur. Semen
hoc tam stolide effusum e sanguine subtili optime in quarta operatione digesto generatur.
Coitui uacātes ideo sæpe palescunt: quia æque ac si quadragesies tantū de sanguine emissi-
Semen. sent: debilitantur. Debilitatis ratio hæc est: quia semen ad transeundum in membra est res
iam habilitata: cuius supfluū in pilos euaporat. Quod ex omnibus membris & potissime a
capite: a quo decoctionē fortem accipit: exsudat. In capite digeritur: quia in eo animę uires
sunt nobiliores. Qui per spongiositatem membrorum descendens ita testibus: a quibus de-
albatur: sicut sanguis a uentosa trahitur.

ZOSIMI PONTIFICIS INSTITVTA: ET PERTVRBATIO. CAP. VIII.

Osimus natione græcus successibus Gotthorum: insolentijs ac in terminationibus
z uticę studit cōsilijs mederi. Radagaisius Gotthoꝝ rex Italoꝝ multis fortunis prima
Radaga- congressione exhaustis/ferro/flāmisq̄ residua uastasset: nisi in mōtibus phesulanis
sius duce Stilichone hunc Romani oppressissent. Huic Alaricus successit: qui a Romano duce
Alaricus in Gallia lacessitus pturbationis auctores aggrediens obsessa urbe potitur: cœdibus absti-
nere: atq̄ ad Petri & ad Pauli Basilicas fugiēti parcēdum militi iussit: utq̄ ciuitati salubrius
conferret: raptim abijt: cum nihil incendio ex imperatoris abstinentia grauius fuerit: cui
Cosentiā diripienti extincto Athaulphus proximus Gotthoꝝ omniū assensu in locum de-
Athaul functi regis sufficitur. Ipse ferox Romā dirruere nouam Gotthiam appellandā contendet
phus & nomen a seipso imperatoribus relinquere statuerat. Vxor illius Placidia Theodosij filia
Placidia hunc: ne cœdibus & rapinis urbem perturbaret: illecebris & rationibus demulxit: cum nō
Cæsares: nō Augusti: sed Athaulphes magistratus Inscribere iam cœpissent. Zosimus pō-
Lex tifex inter ista conamina cum multa urbi utilissima statuisset: diaconis celebrantibus lenas
limnosticis tegi: clericos in publico non bibere: seruos in clericos non recipi ad Carthagi-
nense concilium legatos ire: qui nihil sine auctoritate ecclesiæ Romanæ fieri prohiberent
statuit. Diuus Augustinus beati Ambrosij in fide discipulus homo affabilis: sincerus: ele-
Augusti- gantissimus in Affrica episcopus: qui fidē nostrā morę splendore/scriptis/disputationibus
nus. & omni genere uirtutis auxit: eo tempore floruit.

EPISTOLA OCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Henrico Alamno fœlicitatem.

Imonē quendā: qui ex alioꝝ imprimis ex clericoꝝ infamia/famā suis scriptis que-
t rit Horostrato æquiparandū puto. Horostratus segnis obscurus: ausu aliquo scele-
re: ut in orbe æterno tempore posset decantari: templum Ephesię Dianæ opus im-
Horostra- pensa: & architectura mirabile intercentū annis totius Asiæ concursu uix expletū ea nocte
tus qua Alexander Philippi natus est: incendit. Piaculum tale nulla expiatione dignum quare
attentasset: interrogatus: ut e tali maleficio aliquod nomē perpetuū inter mortales haberet
respōdit. Sic q̄q̄ Timon iste atrox/rudis/obscurus semetipm sacerdotū detestatione nēpe
clarificare innititur. Attentamina: & insolentiā cuius infortunio cuiusdā p̄fidis deus omni-
Anastasia potēs: ut memorabo: cohibeat. Anastasia celebs iuuēcula diues: diu procos frustrata proxi-
uirgo morū hortatu atq̄ importunitate Publio nupta languorē insimulans inter uirginitatis clau-
stra intemerata pmānsit. Vir eā sola ancilla comitata: uili ueste carceres Christianoꝝ ambit
nutrimēta: elimosinas illis cōferre: audiens illā ad inediā usq̄ carcerari studuit. Tres soro-
res/forma/uenustate/abstinētia/elegātia moꝝ inclyte illi erant. Ad eas ciuitates p̄fectus: cū

in turbine sororis desolatę essent/temerandas ingredit. Thalamū harū pudicarū uirginum
ingredi credens a dæmonibus illusus coquinā inuadit. Vasa informia coquinę iuuenculas
esse ratus uasa premere & osculari cœpit: subiectare manus & omne quod est turpius patra-
re: tum membra oraq̄ arctare se existimans: sartagines/lebetes/aena/pelues/& tetrea quęq̄
instrumēta furiali mente amplectebat: sic dum cuncta desuauiaret atq̄ cōprimeret: fetore/
ferugine/squalore/uestes redimitæ/manus/ora/crinesq̄ præfecti deturpant. In fictilibus ca-
liginosis expleta uoluptate obsenis membris nullis claustris adhibitis/ ad suos more ruden-
tis asselli cachinnans egredit. Famuli diuina ope magisq̄ spiritu limphatico affecti præsidē
rusticū esse quendā e temeritate insanientē: ac illis illudentē rati pugnis/pedibus/ fustibus/
luto/lapidibus dominū cōtondunt. Dumq̄ imperatorē famulos accusaturus adiret: missi-
libus/probris/acclamationibus populi offensus sistit iter: & ad se rediēs uirgines maleficas
causatus illas tortoribus excruciandas tradidit. Sed ne aliqui hęc mea dicta ueluti a christia-
nis cōficta retractent: de Aiace mirabiliora q̄ Timonis huiꝰ discipulis: & sacerdotes calum-
niari affectantibꝰ eueniāt/dicemus. Aiax fortis & prelijs strenuus: Achille interfecto ipsius Aiax
arma agnitionis iure Pyrrhus heres aberat/a græcis petijt. Vlyxes uersutus in cōpensatio- Vlyxes
nem laborū: cum e longi belli inopia argiui alia maiora dare nō possent/ eadem arma petit.
Aiax bello alijs prælatus: sed fari rudis inconditus: indisertus a populo neglectus: & hosti
cedens intabuit. Vlyxes callidus/facundus sollerti insinuatiōe ad sua uota astantiū & prin-
cipum suffragia deduxit. Aiax facundo uiro inferior: & ideo insaniens armenta/ gregesq̄
homines arbitratus esse mactauit. Tauros Agamemnonē: Vlyxem: & Principes græcorū.
putans frustatim sternebat. Sic ultus pecudum & bouum cruore udus ad se rediens pudore
torpuit: & ubi boues/pecudesq̄ se mactasse cōperijt: semetipsum illo met ense cōfecit. Vti-
nam Timoni nostro persimiles nō ex uera combinatione/sed e luto & uligine hominū: ceu
animalia imperfecta orti: ut sacerdotes obliuisci queant/ instar Aiacis & prefecti insaniant. Aialia pu-
Vt in Aegypto apertius liquet: animaliū plura e calefacto limo generari uidentur. Ita etiam trefactio-
quidam pisces e limo/arenaq̄ nasci dicuntur. Anguillæ in quibus masculis uel fœmina nō ne orta
apparet: e lumbricis superueniente aqua gignuntur: pisces etiam nonnulli ex putrefactio- Anguille
ne spumæ desuper natantis oriri dicuntur. ortus

BONIFACII PONTIFICIS INSTITVTA ET VEXATIO CAP. IX

Onifacius Iucundi romanus in ecclesia Iulij ecclesiastico ritu & sanctitate electus
b cū Eulario a factione opposita in alio phano hostiliter electo ab Honorio: qui Me-
diolani aderat: instante Placidia ab urbe ut discrimina tollerent/ pellitur. In septi-
mo mense fortuna Bonifacio æquior: ut solus ab exilio reuōcatus præesset/ fauit. Ne muli- Lex
ercula ulla neq̄ monacha sacram pallam aut thura cōtingerent: nec serui obnoxij in clerum
reciperent/sanciuit. Hieronymus presbyter sanctitatis/uirtutisq̄ luminare maius in Beth- Hiero-
lem ætatis anno uno & nonagesimo hac tempestate expirauit. nymus

EPISTOLA NONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Petro albulino fœlicitatē.

Rimus factiosus in suffragijs quis p nummos subornare caluerit: si apud me com-
p pertum est/scribendum poscis. A pictoribus uel a poetis huiusmodi fantastica ex-
plorare tempta: q̄ Iason: Hercules & Ouidius a patria longius exulauerint: uel q̄
Osiris inter peregrinos primus comam nutrierit: possem forte securius si in his datur uatici-
nari/scribere. Osiris magnitudine animi orientē paterna eruditione & pietate potius q̄ cras- Osiris
satione uoluit subijcere. Compositis in patria rebus ad Aethiopiam: & remotius peregri- coma
nari statuēs comam quoad denuo ad Aegyptū remearet/fouit. Regia hæc cōsuetudo apud
errantes: ut ante reuersionē intonsi manerent: in Aegypto inde inualuit: in castris nō pror-
sus missilia: sed etiā musicos: scœnas: theatra: ludos: choreas astruens: & nouę uirgines ca-
noras scientijs/moduliscq̄ eximias habuit: quas uirtute claras nouem musas græci nomina- Muse que
runt. Osiris prælia cum pace cōmutans agriculturā mansuescere: ditari: deos uenerari: cæ- fuerint
teroscq̄ bonos mores efferatis gentibus ostendit. Post ditionem uicos: opida: regias erigens
præfectos populis ut tributa exigerēt: iusq̄ dicerēt/imperabat. Vna ex his uirginibus quæ
absq̄ cōpressione se peperisse dicebat: nunc Platonicorū (ut fertur) auget errorem. Q̄ uir- Cōceptio
tus formatiua seminis fœminæ aliquando sine masculo cōforteť: & fœmina e seipsa impre- sine ma-
gnetur & pariat: Platonici dixere. Confortatio talis per stellas in primo & quarto clymate: sculo

in quibus ſyderū uirtus eſt magis efficax/præcipue ſit. Hi ut præmiſſa corroborẽt/addunt; q̃ frequẽter ſtellæ nouas figuras uirtutibus formantibus cõtrarias imprimunt: ut eſt quan do e ſemine porcæ generatur homo: uel e ſemine hominis fit ſimilitudo tauri uel aliūd mon ſtrum in natura. Omittamus Platonicos; atq̃ dicamus/q̃ ſemen maris eſt ſicut operator & artifex; fœminæ ỹo ſuperfluitas eſt ſicut operatum & artificiatum

Semen maris

CELESTINI PONTIFICIS INSTITVTA ATQVE INQVIETATIO CAP. X

Genſericꝰ

Eleſtinus natione campanus Genſerici tempore multa cauit. Genſericus rex Van dalis; alamanis; gotthis gentibus feris iunctus; ab Hiſpania in Africã traĩciens ra pinis incendio occurrentia quæq̃ populatus: fidei catholicæ ariana impietate inſi diatus nõnullos epiſcopos exilio ſubmouit; quoſdam etiã obſidione preſſit. Beatus Augu ſtinus hiponenſis epiſcopus rebus ita æſtuantibus; tertio obſidionis menſe/anno ætatis ſe ptuageſimo obĳt. Celeſtinus ut pſalmis Dauid ante ſacrificiũ antea inconſuetum præcine rent/omnibus iuſſit; quoniã epiſtola euãgelioq̃ perlecto finis ſacrificĳ erat. Iudica me deus & diſcerne cauſam meã/his p̃emitti adiunxit; Neſtorius Conſtantinopolitanus epiſcopus Chriſtum e Maria hominẽ tm̃ & non deum natũ; eiq̃ diuinitatẽ pro meritis collatã aſſeruit. Quem pertinacius in reatu perſiſtentẽ/Pontifex & Synodus damnarunt. Illamet ætate dia bolum Moſis imaginem indutum/multos Iudæos e Creta in terram promiſſionis ſicco pe de eos ſe ducturum pollicitum decepiſſe aiunt. Iudæos hunc Moſem ſecutos in mari ob tos; Chriſtum uerum deum eſſe credentes/euaſiſſe tradunt.

Augu ſtinus

Neſtorius

Diabolus

EPISTOLA DECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Antonio uicino fœlicitatem.

Aemon ſapientiſſimus ſi Creta Iudæos præſtrigĳs ſeduxit; haud mirum eſt/ cum iuuenis hebræus ſe filiũ Herodis aſſerens; ac nationibus ſic illudens/ ſollertius cõ mentus ſit. Herodes rex Hieroſolymitanus circa uxores/natos/fratres/proximos infortunatiſſimus Alexandrũ; Ariſtobolũ filios ab Auguſto educatos in cædem patris con ſpirantes laqueo ſuſpendit. Herode defuncto ſupra octomillia Iudæorũ regem extinctum reum/obnoxiumq̃ accuſantes; Romã applicuere; a malis poſſe reſpirare: ſine rege ſuis le gibus uiuere exorantes. Octauius Archilao imbecilli regnũ paternũ nõ tradens reliquis fi liĳs & affinibus Herodis illud impartiẽ. Inter has decertatiões iuuenis genere Iudæus apud Sidonios nutritus; Alexandro Herodis ſuſpenſo ſimilimus; a quodam libertino ſuborna tus ſe Alexandrũ eſſe; ſibiq̃ paternũ regnũ deberi magiſtratibus & nationibus ſcripſit; fue gentis hominẽ ingenio ad magna negocia callidum; pallatij actorum gnarum; figmentorũ adiutorẽ aſſumens. Iuuenis occurrentibus/ ſciſcitantibuſq̃ ſe Alexandrũ Herodis per car nifices qui alios ſuppoſitos occiderunt; cum Ariſtobolo fratre a morte exemptum ait. His nugis peregrinando ob patris & inclytiſſimæ matris memoriã oblationes; dona; pecunias affatim a beniuolis; uel ad cõpenſationẽ optantibus coegit. Romã hac fœlicitate traĩciens in obſequiũ ultro illi ſe multi dedere; itinera; diuerſoriaq̃ ceu regi diſponentes. Omnes qui Alexandri cõſuetudinẽ habuerant; illum eſſe atteſtantes neminẽ decipi poſſe gnarus: fallacĳs non credidit: ſed ad urbem ingredienti Iudæi ad famam præcipites; hominẽ diuinitus ſeruatũ cenſentes; ac pro eo uouentes ſacrificauere; quẽ per plateas & uicos ſella ſublimem regali cultu detulerunt. Octauius Herodem in rebus agendis nõ decipi poſſe gnarus: fallacĳs non credidit: ſed ad ſit. Cella parili credulitate ceu multitudo deceptus: illum omnino Alexandrũ eſſe atteſtaꝫ. Cæſar Auguſtus in hac indagatione circumſpectior illum accerſitũ aſtantẽ bene rimatur; Alexandrũ mollem eſſe nouerat; hunc ỹo laboribus attritũ; duriori etiam craſſioriq̃ corpo re cõpactum intuetur; credere & ſtupere ſimulans / de Ariſtoboli fortuna interpellat. Illum uiuere adhuc in Cypro maris procellis uexatum permanſiſſe affirmat. Cæſar cõmentantẽ ſeuocat; cui ſi rem ad unguem enarret; ſi figmentorũ auctorẽ etiam prodat; ſalutẽ pollicet. Ille ingenio imperatoris diſcuſſus; & interminationibus imbecillior rite oĩa faſſus eſt. Cæ ſar perfidiæ auctore necato iuuenẽ lacertoſum laboribus aptum remigio aſtrinxit. Anton iuuenis iſte pro regno tam callidus Pygmeos inter munera Octauio obtulit. Pygmei/quos multi uidere cubitũ nõ excedentes; hominibus in figura perſimiles ſunt; recte incedunt; lo quuntur/ſed imperfecte; ultra Aegyptũ circa originẽ Nili habitant; in tertio anno generãt

Octauĳ prudẽtia

Pygmei

eum in fine Octauĳ moriant. Licet equos ualde puſillos equitent: uſu tamẽ rationis carent nõ uerecundia; nõ honeſtatẽ; non iuſtitiã colunt; neq̃ reipublicę iudiciũ exercent. Ideo eos ratione carẽtes; nõ hoĩes/ſed bruta nuncupamus. Qui tm̃ (ut ferẽ) ut oua gruũ infringãt/cõ ueniunt: at grues ouorũ iactura fortius adnixæ q̃nq̃ ex his puſillos in ſublimi exportant.

SIXTI TERTII PONTIFICIS AGITATIO CAP. XI

Ixtus Sixti romanus & occidentales omnes in Atillę fortunã ſe inuicẽ cõcitarunt.

f Atilla & Bleda fratres hunnorũ reges Panonias; Macedoniã; Myſiam; Achaiam; & utraſq̃ Thracias prælĳs uaſtarunt. Atilla fratre Bleda obtruncato; expeditionẽ in occidentẽ uertit. Romani; alamani; bergundiones; franci; ſaxones; & tractus occidenta les una in campis cathalaunicis Atillæ occurrunt. Obſtinatius prælio ferueſcente ex incer to auctore uox ſuperueniens certamẽ diremit. In eo conflictu centũ octoginta hominũ mil lia neutro referente pedem deſiderata ſunt. Sixtus a Baſſo accuſatus; ingenti gaudio a Sino do Baſſi exilio abſoluit. Baſſus patrimonio eccleſiæ nõ ỹo fiſco adiudicato e dolore nõ ſu peruixit. Sixtus tm̃ cadauer linteaminibꝰ/aromatibuſq̃ inuolutũ ꝓprĳs manibꝰ cõpoſuit.

Atilla

Vox incer ta prælĳ diremit

EPISTOLA VNDECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Petro guarino fœlicitatem.

Vm e tanta hominũ dira ſtrage quæq̃ cruore uda forent: & duces niſi incerta uoce

e admoniti a bello nequaq̃ deſiſterẽt: an hęc ferocitas & uirtus militaris; an uis & in clinatio cœlorũ; an quædam obſtinatio honoris gratia dicenda ſit/cupis per elima tas rationes audire. Neſcio ut quidam qui mira iactant ariolari; nec uolo cum nõ ſim/fatidi cus haberi: quædam tamẽ ut tibi ſatiſfaciã / ſcd'm aſtronomos ſi tibi & rationi applaudunt/ dicam. In natiuitate quorundã Tyrannorũ ut multi pro eorũ gloria patiant̃/cadant/morian tur; abaſtris datum eſſe periti ſuadent. Atillam: Cæſaremq̃: & plures alios inter tales annu merandos eſſe dicimus. Pro Alexandro in oriente: pro Cæſaris excellẽtia infinita hominũ millia in Aſia; in Europa; Africa traiecta cecidere. Titus in bello Iudaico ultra decies cente na hominũ millia ferro/fame/ruinis/machinis cõſumpſit. Iudæi in romanos qui defecerãt: quoſcunq̃ interitus maluerunt pati/q̃ de deditione niſi ſuperbe loqui. Vallo: aggeribuſq̃ Hieroſolymitæ arctati ad herbas legendas non poterant egredi; ideo incluſi; inediaq̃ exte nuati ex cloacis bouum ſimũ ad uictum extrahebant. Inualeſcente fame mulierũ & puero rum; turba undiq̃ collabente quæq̃ olebant. Iuuenes imo iã potius umbræ/ ac ſenes paríe tibus inhærentes ſpiritum efflabant. Sæpe alios pie condentes in illamet ſepultura ingreſſi: uel in propria domo ceu in tumulo iacuere. Sumptu & publica cura in primordĳs ſoliti ef ferri; ubi cadentium multitudo increpuit; polinctoribus & ueſplionibus labori/ fetoriq̃ ce dentibus: e mœnĳs in ualles cadauera contra eorũ legẽ iuſſa ſunt præcipitari. Titus urbem ambiens; tabe fetoreq̃ offenſus: & tot corpora inſepulta animaduertẽs fleuit: ac in cœlum extenſis manibus tale exitiũ nõ ſuũ eſſe ſcelus; ſed obſtinationẽ iudæorũ apud deũ: ut ſibi innoxio parceret teſtatus eſt. Has ambages quare præmiſerim Petre niſi aliud aſciſcã/ forte miraberis. Auicennã in codice de diluuĳs hominẽ ſine hominũ combinatione; putrefactio one cum uirtute cœli poſſe generari: & poſt magnũ diluuiũ homines e cadaueribus defun ctorum cœli uirtute fuiſſe regeneratos/diſeruiſſe aiunt. Gigantũ ortus ex multis cadaueri bus inuicem conglobatis; ut in Traiano bello fuiſſe adĳciunt. Hæc fantaſmata uiri illuſtres q̃is abnegent tam uaſti corporis gigantes e ſemine parentũ una cũ cœleſti influentia geni tos: ac quotidie gigni poſſe ſapientes affirmant. Si congeſta corpora gigantes fœtificarent: Atillæ prælium & Hieroſolymitanæ ualles hoc mirabile nobis exhibuiſſent: qd' ſi uſq̃ eue nerit; per hiſtorias eſt adhuc inexpertũ. Petre præliari eſt a natura; nec numeremus anima lia in dies inuicẽ ad interitũ uſq̃ pro cibo aut uoluptate decertantia; illa etiã quæ rapinis: po pulationibus; inſidĳs nõ utunt̃: turmatim ſi bella formidant/meant in elephantibus: & for te magis in gruibus ſimilia experiunt̃. Grues quando ad ſeptentrionales oras remeant; in compoſitæ duce & ordine uacant; in auſtrũ ſi deuolant: quia pygmæorũ ac rapaciũ auium pugnam uerentur/inuicem compactæ rectorem præponunt. Quibus multæ aues decertare infirmæ in ſeceſſu aſſociantur; non longe a caſtris gruum cubantes. Hæ grues a meridiona li uento impuro calorem/uirtutẽ/ac ſpiritus reſoluente fatigantur. Ipſe humidus ponderoſa debilia/infirma reddit eorũ corpora. Hæc eſt ergo una ex cauſis quare uolando uociferant/ quoniam tali queſtu defatigationẽ corporũ demunt.

Tyranno rum nati uitas

Titus

Iudæi a ro manis deſi cientes

Generatio exputre factione Gigantes

Preliari an ſit a na tura Grues euntes & redeuntes

LEONIS PONTIFICIS MIRACVLA CAP. XII

Atilla augurio Ciconiarũ usus

Ciconiæ Victores

Miraculũ

Nestorius hereticus

Eutichiꝰ hereticus

Maximus imperator

Mamercꝰ primꝰ deo supplicauit

1 Eo pontiani tuscus Atillam a pugna cathelaunica in panonias redeuntẽ: Italiamq; hostiliter ingressum auertit. Aquileam in limitibus prouinciæ sitam cum triennio obsedisset: castra soluturus augurio ciconiarum moratus est. Ciconias ab urbe in agros pullos efferre intuens: milites in opidum hortatus: illomet impetu expugnatum/diru tumq; incendit: nulli ætati se flagellum dei nominas pepercit. Hunni uictores Mediolano: Ticinoq; depopulatis: ceteras Venetiæ urbes per incursiones: & si se dederent/euertebant. Romam iam exercitu adeunte Leo pontifex regi fit obuiam: ne ulterius hostili milite prograediatur/suadet: quoniã exẽplo Alarici capta urbe statim infortunatius mori posset. Atilla admonitus remeauit: quoniã dum ita loquerent: duos uiros scilicet Petrũ & Paulum euaginatis ensibus ni pareret: mortẽ cõminantes uidit. Nestorius cõstantinopolitanus episcopus uirginẽ nõ dei/sed hominis genitricẽ dixit: ut aliam carnis: & aliam diuinitatis personã faceret: & alterũ esse dei filiũ: alterũ hominis ostenderet. Eutichius cõstantinopolitanus abbas diuinam cum humana natura in idem cõpositũ recidens: ac affirmans unumquodq; factum: nec ullo modo inter se distingui debere in heresim abijt. Leo calcedonense concilium sexcentorũ & triginta episcoporũ ad hereses abolendas coegit. Ibidẽ duas naturas in Christo fuisse: utq; unus idem Christus deus & homo crederet: omniũ auctoritate Nestorio: Eutichioq; damnatis decernit. Libri Manicheorũ publice unico edicto adusti sunt. In tali agitatione rerum Maximus imperiũ occupat: contra quẽ uandali ab Africa accíti: Romam ingressi Maximũ in primo tumultu exanimatũ in Tybrim deturbarũt. Obruto hoste urbem prædant: sacrarijs expoliatis quartodecimo die cum captiuis in Africam reuersi. Leone iacturam urbis emendante heresis adcefalorũ orta est. Mamercus Vionensis episcopus uirtute celebris: ob frequẽtes terremotus qui gallias uexabant: primus supplicationes quas graci Letanias uocant/instituit.

EPISTOLA DVODECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ioanni de pomis optimo sacerdoti fœlicitatem.

p Ius pontifex qui superstitiones & auguria & somnia continuo spreuit: tecũ in progressi conuenit. Iudæi aruspicinam artem sine qua multę nationes ut hetrusci quondam & romani ab his edocti nihil attemptassent: ut exemplo Mosolami discerem/improbarũt. Mosolamus sagyptarius efficax cum pergeret: augur nactus auem ad augurandũ: sistendũ comites admonet. Mosolamo de mora percunctanti: auis uolatum obseruari: quoniã si auis staret/standum: si ante uolaret/hilariter eundum: si retro euolaret/remeandum respõdent. Mosolamus socijs obiurgantibus alitem perfodit: & stipendiarijs inquit: Quid grauius in me probra conflatis? Auis uestra si propriam salutẽ ignorauit: quomodo uestram prædicere sciet? Quæ si futuras sortes tenuisset ne per iudæum caderet/locũ hunc euitasset. Agrippa iudæus Tyberij filio amicus: effusissime grandia elargitus: ad indies usq; est fortunis abusus. Eo ex ære alieno fluctuante Drusus morit. Tyberius ut per absentiam amicorũ filij fatum oblitteraret/ad se accessum inhibuit: quoniã eorũ imagine de Druso solitus erat recordari. Imperatoris mandatis: fœnore: ære alieno: inopia Agrippa oppressus in iudæam mœstus uelificat. In prorijs laribus fere mendicãs in se sæuisset: si uxoris amor: prudentia illecebræ ad uiuendũ nõ præualuissent. In patria: in peregrinatione exagitatus Romam denuo ut ad ultimũ confugium redijt. A Tyberio principe capreis immorante comiter in salutatione admissus Gaij custodię præficit: cui interloquendũ ait: Vellem ut Tyberius expiraret: quoniam tu melior & dignior imperares. Eutichius Agrippæ libertus furtis obnoxius: cum carcere arctaretur/audita hęc Tyberio narrauit. Tyberius Agrippam in quadã arbore ante pallatiũ quotidie cũ sontibus alligauerat: & bubo super Agrippam arborẽ insedit. Quidam Germanus nomine inter uinctos auem alias funestam conspicatus per interpretẽ Agrippæ bene ominando dixit: O iuuenis præsagiũ dei aduerte: mira tibi ex eo certe nunciabo. De his uinculis confestim nõ liberari: & ad magistratũ cum inuidia multorũ nõ ascendere est impossibile: diuitias: amicos: beatitudinẽ usq; ad finẽ uitę quã filijs relinques/habebis: sed cũ primũ auem hanc super te insidentẽ uidebis: q; infra quinq; dies expirabis memento. Cum numẽ auem fœlicitatis prænunciã miserit: nolui te in presentia tanta bonitate per ignorantiam defraudari. Tyberio paulopost defuncto: Gaius amicus Agrippæ imperio successit: qui uicis & bonis Agrippę ampliatis capiti etiam diadema

Mosolamus neglexit auguria

Agrippa Iudęꝰ rex

Germanꝰ augur

adiunxit: & pro cathena ferrea qua solitus erat inter reos deuinciri: magnũ pondus auri condonauit: ac ut iudææ magister equitũ præesset/scripsit: Rex Agrippa omniũ stupore in patriam traiecit. Gaio coniuratione interfecto Agrippa qui redierat: sua contione Claudium ac patres de imperio discordes inuicẽ cõciliauit: ideo Claudius muneribus collatis regnum Agrippæ multa addendo uberius dilatauit. Agrippa regnum repetens: conciliare amicos: elargiri ciuitates: opida/uicos beneficijs fouere: suis sumptibus quæq; exesa adornare molitus: ciuibus alienigenisq; clementissimus: cum delicta & uectigalia remitteret: donis cunctis etiã miseratus est: Amphytheatrũ: theatra: porticus: balnea ad hominũ uoluptates ędificauit: & impensis exhaustus nulli in exigendo durus aut iniquus fuit. Ad quẽ sapientia clarum salutandum peractis in theatro spectaculis multi heroes & reges finitimi uenere. Regibus secedentibus in cæsaream ciuitatẽ rex Agrippa diuertens: ueste argentea redimitus in spectaculo se prodidit: a cunctis ut numẽ salutatus adulatores cum ipse nõ reclamaret: procius esto nobis/dixerũt. Nam & si hactenus ut homo nobis imperaueris: te nunc superiorís naturæ conspicimus. Inter hos plausus suspiciens supra suũ uerticẽ in culmine bubonẽ uidit: unde cadens animo: & iam languoribus contortus ad amicos respiciens/inquit: Ego deus uester qui immortalis dicebar/nunc morior. Quinq; dierũ dolore uentris cõfectus: quarto & quinquagesimo ætatis anno iuxta Germani uaticinia expirauit. Gordius in Phrygia sibi aranti: cum omnis generis aues circumuolare aspiceret: prodigiũ ad augures ferẽs uirginem decorã obuiam de augurũ domicilio percuntat. Quæ parentũ disciplina uaticinari docta auspiciũ apperiens/regnum sibi protendi prognosticat: cui per matrimoniũ iungi rogat: & Gordius sapientia & uenustate puellæ motus annuit. Ciuibus propinquæ ciuitatis factione altercantibus ad lites sedandas rege opus esse: & illum quẽ reuersi in templũ Iouis plaustro euntẽ offenderent/regno præficerẽt. Apollo respõdit: Sicq; Gordiũ delubrũ cum plaustro ingredi uolentẽ ciues salutatũ coronant. Alexandro Olympiadis in ægypto Alexandriam condente: cum plagam & sitũ & dimensiones urbis inspiceret: infinitæ ex omni genere aues a proximo lacu/ flumineq; in nubis modũ super locũ animũ regis turbantes deuolarunt. Rege augurio turbato aruspices optime sperandũ dixere: quoniã urbẽ quã conderet: multorũ ac ferocissimorũ hominũ domicilijs foret. Ioannes Agrippa in autumno deficiens potius prodigijs territus/q̃ humorũ defectu obijt. Autumnus salubris hoibus humiditate innoxius confert. Sed eo calido & sicco existente incinerat humores: qui in estate incensi: & exsiccati sunt/adurit: ex ea indispositione quartanæ & febres acutæ multiplicant. Contrariæ dispositionis autumnus humectat: caliditates æstatis incensas extinguẽs. Tunc saginantur homines & potissimum pisces. Veris: æstatis: autumni tempora si pluuiosa fuerint/aquatilia impinguant. Pisces longi: quia colerici uento septentrionali pisces lati: curti flegmatici meridionali flatu impinguere dicuntur.

Agrippæ liberalitas

Gordius e rustico rex

Alexãdria cum conderetur

Autũmnꝰ an sit sanꝰ

Pisces q̃n ĩpinguẽt

HILARII PONTIFICIS INSTITVTA ET LIBERALITAS CAP. XIII

h Ilarius Crispi sardus romanũ imperiũ sortis incertitudine labefactari cõspicięs: ne religionis decus & patrũ documẽta eo administrãte ruerent: exhortatione & elemosynis: aurũ & argentũ: & gẽmas largiendo cauit. Ne pontifices sibi successores eligerent: & hoc edictũ ad oẽs ecclesiasticos magistratus pertineret/decreuit. Ecclesijs: bibliothecisq; mira impensa reintegratis ex opum neglectu: & cõsiliorũ magnitudine inter sublimes pontifices effulxit. His meritis almus angelorũ colloquiũ ac salutationẽ meruit.

Lex

EPISTOLA TERTIADECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ioanni campano militi fœlicitatem.

d Iuum Hilariũ deorũ colloquio nõ solitũ cõtemplari: sed bene potum ac diuerso cibo infarcitũ mira solitũ uidere irrides. Abstine de superis deinceps tam petulanter: q; scelus est iocari. Vina enim ĩmoderatius sumpta: timorẽ: morbos: lemures: manes: choreas: imagines & fallacias mille tibi: & hebetioribus: sed nõ uera colloquia angelorum offerre possunt. Mulieres etiã coitu intemperato utentes: mox ex uiduitate se abstinẽtes: uapore uenenoso matricẽ eleuante suffocationẽ cõpresso diafragmate adeo sępe incurrunt: q; defunctæ iudicantur. E quarũ numero auxilio medicorũ si quæ reuiuiscunt: aliquæ furias: infernũ: dæmones: monstra: alias cœlos: intelligentias deum uidisse memorant. Hę nõ e sanctitate/sed ex uenenositate: uaporũ eleuatione deceptæ fabulantur. Imagines amœnas uel

Mulier in suffocatione

Vapores ꝗs imagines ostendunt

etiam tetras e fumi indispositione uident. Si uapores cerebrũ inquietantes grossi & nebulosi fuerint: se in inferno immersas: monstra: feras: dæmones nigros: & fantasmata uidisse putant. Fumi si subtiles ac clari extiterint: se in cœlo quiescere: deũ: angelos: ac alia mira se cõtemplatas aiunt. Circa sanctos abstinẽtissimos nulla mala cõsuetudine deprauatos piaculũ foret: & potissimũ de Paula talia imaginari. Paula urbis Romæ matrona tã inculpate cũ cõsorte uixit: ut nullus de eius pudicicia usq; susurrauerit. Defuncto uiro opes imensas licet a diuo Hieronymo de fusissima prodigalitate argueret/adeo erogauit: q̃ ad funus cõponendum nummus aliquis nõ superfuerit. Post cõiugis obitũ nusq; cũ alio etiã sanctissimo uiro comedit. Pro delitijs: pro apparatu nihil aliud nisi in diebus festis q̃parũ oleri sumpsit. Cæteris in languoribus carnes & obsonia ministrare solita sibi infirmãti penitus talia denegauit Illi semel ægrotanti: & e potu aquæ cũ medici hidropesim timerẽt: ut uinũ p̃ salute biberet: nõ pontifex: nõ diuus Epiphanius: nõ Hieronymus psuasere. Latinis & græcis/ hebræisq; litteris erudita ingenio/abstinentiaq; celebris non poterat quauis arte aut calliditate decipi.

Paula affinibus: filijs: proximis fletu abnuentibus: siccis genis nauẽ cõscẽdens: Hierosolymam Christi patriã applicuit. Exactis in Hierosolyma supplicationibus Bethlem profecta in diuersorio uirginis Mariæ inclinata fulgores: cantus: salutationes: infantem in præsepio reclinatũ: uagientẽ: pastores nocte hilares super uenire: magos prẽuia stella inclinatos adorare: & cætera quæq; pristinæ ætatis miracula uidit. Hęc continentissima nullis uaporibus menstruorũ: uel uini uel ægritudinis offensa fantasmata: sed uera deorũ comertia cõspicata est. Ioannes hastaialga de genere Psitaci latã: tenuem: & instar hoĩs linguã flexibilẽ habẽs: doctius q̃ reliquæ aues q̃uis irrationalis sit/ humanas uoces exprimit. Quæcunq; alites de Psitacorũ genere latas linguas habent/idẽ efficiũt: Picus quoq; linguosus extra rostrũ multum appetens linguã longissimã extendit. Tali ope de profunditate lignoq; uermes educit. Lingua illius est quasi cornea acuta: quã in corporibus uermiũ ut illos extrahat/infigit. Iste picus linguosus minime loquax: raro nisi in antiquis & arduis memoribꝰ ubi rara sit hominum frequẽtia/inueniẽ. Ioannes mortales circumspecti an ad loquendũ de sanctis: an ad bibendũ: uel fodiendũ sua lingua præstet/aduertant. Picus se ad loquendũ sciens ignauũ: neminem sua garrulitate offendit: immo in siluis se abdens homines abhorret.

Paula romana

Paulæ uisio

Psitacus

Picus

Picus

SIMPLICII PONTIFICIS INSTITVTA CAP. XIIII

Lex

f Implicius Crispini patria tyburtinus templa a se & a prioribus cõstructa mira splendore ditare studuit: hebdomadas presbyteris in templo Petri & Pauli & Laurentij: qui pœnitẽtia ductos audirent: & si accideret/ hospites baptizarent/ distribuit: urbe postmodum in quinq; regiones diuisa: ne clericus possessionẽ beneficij a laico caperet: qd cæteri etiam pontifices affirmauere inhibuit. Ea tempestate omnes fere ægyptij ad Diascorij errorem declinauerũt.

Heresis

EPISTOLA QVARTADECIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Antonio Florido equiti aurato fœlicitatem.

Aegyptiorum superstitio

a Egyptios superstitiosos animalia quondã uenerari: ad interitũ usq; pro eis decertare solitos in hanc heresim: & si est aliquid hac labe deterius/ prolapsos nõ miremur. Canes: accipitres: ibides: lupos: crocodilos: pecudes: fellem: & plura obseruantes: temporibus cõgruis nutrimẽta/locaq; æque ac suis deis disposuere. Ex his bruta casu quouis extincta sale cedri liquore: odoribus illita sacro loco: planctu cõponebant. Temere animal occidens publico cõuentũ excruciabat: si errans animal defunctum cõperijsset: procul lamẽtatione qua nõ esse cõscius cædis uideret/opus erat: ut a calumnia euaderet testari. Superstitio talis adeo erat inuiolabilis: q̃ dum Ptolemæus romanos in ægyptũ accitos sumptibus/beneficijsq; honoraret: & ipsi ægyptij hospitibus tanq̃ pacis seruandę auctoribus plauderent: quidã italus inopinate fellem occidit: quare eius interitũ cõcurrẽte plæbe cũ euadere nõ posset: regios principes auxiliares rex misit: q̃uis romani orbis imperiũ tenerent. Funestissima fames cũ ægyptũ in humanã carnẽ cõcitasset: hæc sacra tñ aĩalia nusq; inedia uiolauit: ĩmo populi grandi impensa circa tẽplorũ ambitũ ungẽtis: odoribus: stratis sumptuosis supra uires illa aĩalia semp cõdiderũt. Tanti honoris causam quidã remotius uenantes: sic de cultu aĩaliũ prędicãt. A primęua origine rerũ hoĩes pene siluestres nõ armis/ sed fustibus certãtes humanis carnibꝰ bello uel fortuito euẽtu oblatis nõ horruere uesci: cũ etiã potentiores/infirmos & imbelles seruitute tenerẽt. Audacius quidã agentes ob iniurias cõtra

Primi homines agrestes

ctas acies in globũ unire: modo insequi: uel referre pedẽ: & aĩal aliqd̃ depictũ p̃ uexillo prę ponere cœpere. Fortuito dispersi ad illud insigne cõglobari/ ac disfractos trucidare inchoãtes animalia sic p̃posita æque ac uictricia: & gentibus salutaria adorare cœperunt: & si aliã rationẽ addant. In Aegypto eo æuo quidã lentẽ: aut fabã nõnulli caseũ/cœpe/ & alios plurimos fructus: ut diximus de brutis: nullo pacto temerassent. Rex unus uafer dissidijs ac litibus sic populos posse altercari: calide excogitauit: nã animalia ĩ unaquaq; plaga q̃ ritu colenda: uel aspernãda forẽt: quos fructus legerẽt: quos euitarẽt: edicto cauit. Ratus: q̃ si aliq uni animali uouerẽt: & illud idẽ alibi: ut hostẽ tollerẽt: aut etiã aliq̃s fructus sererẽt: illosmet alibi ex inatis odijs uellerẽt: inter se tantũ disceptarẽt: q̃ nusq; in reges conspirarẽt. Antoni Aegyptios nõ sapiẽtius in rebus agẽdis cẽsentes brutis ĩ tantũ honoratis cõuenire aio: bruta imaginationẽ/fantasiã: & ex quo ad nidos: & ad lustra redeũt: memoriã habẽt. Profecto si cõcinne rerũ arbitria pensamus: ista oĩa nihil de speculatione participãt: q̃uis ut Grues & Apes prudẽter agant. Actio in gruibus atq; apibus cõmunitati cõfert: grues ne insidijs capiantur: excubias seruant. Apes sequunt̃ regẽ: ueluti cũ buccina ad exeundũ conuocant exercitum: & cum rege examen dealueari egreditur.

Bruta imaginãtur.

Grues

Apes

FOELICIS TERTII PONTIFICIS INSTITVTA. CAP. XV.

Lex

f Oelix Romanus e Colite pręsbytero natus: ab indole pius: necnõ & sanctus nulla ostẽtatione imperiosus: ut eccleſię nõ nisi ab episcopis cõsecrari possent: instituit.

EPISTOLA QVINTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Aluisio Arcimboldo aurato interpreti fœlicitatem.

f Oelicẽ sacerdotis natũ: ut te Aluisiũ: solẽnibus nuptijs ortũ arbitramur. Genitor tuus nũc inter Cardinales affabilitate/maturitate/sapientia lucifer alter: & inter cõsumatissimos uiros luminare maius. te etiã in prima lanugine animæ & corpis decore nulli scẽm ritu/pompaq; iugali genuit. Illius cõiugẽ te uiro enixẽ uidi: & patris tui in gymnasio Papiensi p̃conia: ac ĩ regia ducis munera ob illius uirtutẽ celebrata noui. Multis Romæ te furtiuis illecebris editũ putãtibus risi: teq; candidissimo matrimonio ex integerrima nympha in flore iuuentutis raptæ fœtificatũ iuramẽto tergiuersantibus sum attestatus. Patrẽ tuũ Ioanẽ instar Orphei de Eurydice oĩa luctu funestasse: & squalidum a connubijs/ hymnis/& sacris abstinuisse recordor. Aluisiũ uero molitiẽ: ac desidiã ignorantẽ Herculi q̃uis ipse notus esset æquiperaui. Herculi fauẽtes illius notã diuinitate tegũt: quẽ æquissimũ Iouis filiũ honoratius dixerũt. Ipse uir acer/umbra/uel ocio/ nihil effœminatus coacernatis laboribus scelera ultus foris expeditionẽ cũ omni aeris intẽperie duxit. Cum Herculeis fortis/æquus/religiosus dijs cõtinuo litaret: ac alios sacrificare erudiendo arctaret: & qa superstes nunq̃ nisi semel iurauit: natiões ex uirtute stupẽtes hoĩem etiã uiuentẽ deificarũt qui alpes inperuias patefacto tramite superauerat: tyrãnos populos edentes mulctauerat: & barbaros fustibus decertare solitos: iniurias armis ppulsare docuerat: ideo priscæ ætatis gloria interpretatus est: ut te Aluisiũ nostri æui gloriã cẽsemus. Aluisi senes/ flegmaticosq; debilis memoriæ esse sciens: cũ tui ortus rationes nõ tenerẽt/ infestiusq; instarẽt/ q̃ turbatæ rationis essent: sæpe repetebã: eo magis: quia multi ex talibus crapula: ut utres inflati ueritatẽ pcipere nõ poterãt. Ad ueritatẽ nõ turbulentia spirituũ: sed intellectu & ratione deuenimus. Spiritus paucũs impurus mõstra: & terribilia cogit imaginari. Spiritus etiã nõ nimis claros: sed p̃portionatos approbamus. Purus & mũdus spiritus/ac decẽter clarus bonas administrat cogitationes. Bona etiã cordis & stomachi dispositio imaginationi deseruit. Cor calidum in audaciã & iracundiã trahens turbat formas: quoniã imaginata multum cordis affectus & passiones sequunt̃: quæ p̃ fumus e stomacho ascendentes in deuiũ distrahuntur cõpositio membroq; bona imaginationibus deseruiens facit ad bonam fantasiam.

Hercules Iouis

Spiritus ĩ imaginationibus.

GELASII PONTIFICIS ACTA. CAP. XVI.

g Elasius Valerij: natione Afer sacraria restaurans: a fundamẽtisq; fastigiatas molles deducẽs cleri & pauperũ amator: hymnos quoq; & epistolas/ & codices edẽs urbẽ inopia rerũ languentẽ ab inedia exemit. Qui minas: & adulationes principũ irridẽdo Anastasium imperatorem Constantinopolitanum a fide deuium admonitum contumacius persistentem excõmunicauit.

EPISTOLA SEXTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Francisco Rancedulo fœlicitatem.

g Elasium Africanũ pietas/uirtutes/& inclyta acta decorãt: ideo propter ipsius excellentiã ex unaquaq; ĩmitti: ac detestabili patria aliqs summæ integritatis: atq; sanctitatis uiros cõperiri conijcimus. Afros ut bilingues: perfidosq; inter quos Hanibalem bellica rabie diu inuictũ: Iugurthã Numidæ: & Bocchũ Getulor̃ reges uarijs probris detestabiles calumniãt. Iugurtha auiditate imperij ad se nullo iure spectãtis cõsanguineos fortunis exutos Romanis exprobrãtibus cruentauit. Qui tã etsi p̃ scelere nefario dijs satisfaciendũ foret: a Boccho socero nulla iniuria affecto captus: ac uinctus ad supplicia Romanorũ traditus miserrime obijt. Libyã a talibus infamẽ ut nefandã multiplicatis calũnijs abhorremus: cui Gelasij Augustini Hannonis: & alior̃ q̃plurimor̃ ĩnominatorũ p̃bitate cõsiliamur. Hanno inter pœnos in senatu grauis: illustrisq; Carthaginensiũ instabilitatẽ detestatus Romanos placãdos: Hannibalẽ exterminan dũ uel hostibus tradendũ: cũ etiã ciuitas sæpius uictrix successibus floreret cõsuluit. Hannonis oratio si ualuisset: Carthago Romæ æmula: quæ succubuit orbi mirabilius imperasset. Tereus rex Thracũ philomenæ pudiciciæ nõ pepercit: ĩmo pacto stupro: cũ se crimen uulgaturã diceret: linguã abscidit: quã etiã a feris discerptã uxori mẽtitus: p̃sepibus sepsit. Sparthacus Thrax cũ quinquaginta cõiuratis a custodia ad mõtes diffugiẽs ex latronibus: seruis illũ spe rapinarũ adeuntibus mirũ exercitũ in quirites coegit. Qui ut gladiator primo neglectus Romanos duces & consules adeo sæpe conflictibus funestissime triuit: ut nullus ad petendũ consulatũ nisi Crassus descendere auderet. Licinius Crassus opibus/ac genere/& clientelis p̃stantissimus: quibus dam segnibus exauctoratis: sex legionibus prioribus additis Sparthacũ infortunatius tergiuersantẽ peremit. Ante ultimã cladem Sparthacus partẽ sui exercitus obtritã: ac Crysum socĩũ necatũ cũ animaduertisset: ad cõsules eũ retardantẽ cõuersus eos ĩmanissime strauit. Tercentos e Romanis in ea clade captos Cryso socio ĩmolauit: ĩnumerabiles inde neci tradens iumenta: & currus ut leuius rotarent: super illor̃ cadauera urgebat. Orpheus ex ea gẽte theologus & poeta insignis: cui⁹ excellẽtia moti Apollinis: & musæ filiũ effingũt doctrina cãtu/ poesi/& hymnis imortalis Thraciã a crimine alior̃ exemit: de quo etiã: quẽ Apolline patre cytharã a Mercurio ante sibi cõdonatã habuisse: suis modulis hoies/lapides/siluas traxisse: & inferni umbras cõcentibus ad fletũ coegisse fabulant. Frãcisce in unaquaq; sæua: & barbara natione (ut experimur) illustres uiros: sed non ita assidue fœminas affirmo nasci. Fœminæ a uirili robore: ingenioq; semp in aluo parẽtis/& extra uariãt. Masculus in quadragesimo die: fœmina uero in nonagesimo figurata inueniunt. In augmẽto mulieres citius q̃ hoies maturant. Quã rationẽ hanc esse nõ ambigimus: calori maturanti: & faciẽti incrementũ caro mollis: & lassa minus quã dura & sicca: sicut est caro masculorum resistit. Hac ratione pariter citius senescunt: fœminarũ humidũ quia cito frigescit/ac flegmaticum efficitur: & tunc canescunt rugas admittentes.

Afri bilingues
Iugurtha
Hanno
Tereus
Sparthac⁹
Crassus
Orpheus theologus
Fœminarum ortus
Augmẽtũ fœminarũ

ANASTASII SECVNDI PONTIFICIS PERTVRBATIO. CAP. XVII.

a Nastasius Fortunati Transimũdo Vandalor̃ rege catholicos infestante: qui etiam centũ uiginti episcopos in Sardiniã relegauerat: precibus & oratiõibus: & quacũq; uirtute occurrere cauit. Olympum Arianæ sectæ imitatorẽ trinitatẽ palam detestãtem fulmine diuinitus ictum aiunt. Barbas Arianus episcopus cum diceret: baptizo te Barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto: aqua euanuit. Baptizandus miraculo admonitus ad nostros ut ad uerum confugium se contulit.

Olympus hereticus
Barbas

EPISTOLA DECIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Theodoro de Guainerijs aurato medicinæ interpreti fœlicitatem.

d Eum cui oĩa subsunt: ac etiã dęmones: igne cœlesti aut uario fulmine ĩ tẽmerarior̃ ultionẽ sæpe usum legimus. Hebreis leges: & cerimoniar̃ ferię Moses diuinitati iunctus scripserat. Hãc religionẽ: & sanctos ritus filij Aaron temere: & iuueniliter litãtes neglexere: supra quos ita insulse operantes cœlestis ignis rutilãs: & inextinguibilis descẽdit. Si sic modo sacror̃ neglectores p̃ numina plecterent: maturius & accuratius nr̃i sacerdotes libarẽt. Aelias p̃pheta soli deo sacrificãdũ: pegrinos deos reijciẽdos: iudeos cũ exoraret: a quadraginta seductoribus p̃phetis lacessitus: quis deor̃ fortior sit: sic experiamur ait: desup altari sine igne hostiã ponamus: deinceps p̃phetar̃ qlibet suos deos: ut ignẽ mittat precetur. Seductores Aeliæ in sacrificijs annuentes: priores more suæ cõsuetudinis gladijs cedentes a mane usq; ad meridiẽ frustra numẽ occurrere: auxiliariq; sciere. Aelias taliũ sacra irridendo: quoniã dij sui lõgius secessissent uel forte soporati quiescerẽt: ut altius uocifer arẽt admonuit: qui mox maiestate uocis deũ sublimi hymno: ut errãti populo suam potestatẽ ostẽderet: precatus est. Ipso orante: adhuc populo suspiciente a cœlo ignis descẽdens hostias & aquã e cõposito iuxta infusam: locũq; extemplo usit. Aiax Oilei in puellam estuans: quã inter palladis sacraria uirginẽ cõpressit: sicq; sacrilega uoluptate functis: cum uelificaret: fulmine tactus expirauit. Salmoneus Eoli filius ĩ Elide regnãs se esse deũ: & mira posse populo cũ ostẽdere uellet: æreo ponte ĩ sublimi fabricato desup citatis equis ex curru faces iactans ferebat. Si quẽ in fragore currẽtis Salmonei iactatæ faces ustulassent: ut fulmine: & cæde dignũ satellites cõficiebant. Figmento tali se Iouẽ credi ratus a dæmone uero fulmine in ultionẽ stoliditatis crematus est. Strabo magni Pompei pater indiscrete auarus iura iniurias/piũ/fas questus gratia cõfundẽs: & ex hac auiditate ãb omnibus correptus & exosus igne cœlesti obijt. Cum proximos sicut externos rapinis uexaret: ex assidua languentiũ imprecatione fulmine ictũ constat. Cuius illustris uiri cadauer a feretro deturbatũ probris: uerberibusq; plebs nullis habenis cohibita inuasit. Theodore Strabo armis inclytus: sed sine religione rapax Magnũ Pompeiũ in strenuitate armor̃ æmuliũ in p̃bris dissimilimũ habuit. Morbi corpis parentũ nõ utiq; mẽtis filios deturpãt. Podagricus podagrũ leprosus leprosum: aut cãcrosum aliquãdo generat: & maculæ maior̃ quãdoq; etiã in pronepotibus inueniunt. Nec in cũctis successoribus hæ maculæ uideri queũt: ut ĩ quodã nato cuius pater maculã morpheę nigręi brachio habuit: q̃ cũ filius careret: nothũ cẽsuit. Deus & astra sæpe spiritus sublimãt: qui cũ p̃bris & fece paterna nihil prorsus cõmunicant.

Aiax Oilei
Salmoneꝰ
Strabo Pompei pater
Morbi parentũ anfijs obsint

QVARTVS FOL. LXXI.

SIMACHI PONTIFICIS EXILIVM ET INSTITVTA CAP. XVIII.

Laurẽtius

f Imachus Fortunati/ Sardus Laurẽtij cõpetitoris gratia senatũ: populũq; Romanũ bifariã diuisum hostes habuit. Rauẽnæ p cõciliũ Theodoro astãte cũ merita electorũ fuissent discussa. Simachũ in re potiorẽ affirmãt: qui clemẽtia usus Laurentiũ cõpetitorẽ Nuceriæ episcopũ p̃fecit: quẽ seditiosi: ut põtificatui præesset: reuocarũt. E tumultu rex indignatus Petrũ episcopũ Romã: ut utroq; pulso sedẽ teneret legat. Simachus centũ & uiginti episcopor̃ habito cõcilio obiecta pristinis honoribus sortitus Petro & Laurẽtio relegatis diluit e populo & clero p̃fugũ amici tumultuantes in se adeo arma sciere: ut in sacras uirgines sit etiã sæuitũ: & ex multitudine cadentiũ corpa insepulta nõ potuerint efferri Simachus pauperes: quibus apud basilicas Petri habitacula: uictũq; statuerat: æque ac affines coluit. Captiuos redimẽs episcopis: & clericis in Africa: in Sardinia ob catholicã fidem exulãtibus uestes & nũmos: & usui oportuna p̃buit. Ipse nihil qd̃ ad gloriã dei spectaret: omittẽs: ut ĩ die dñico: & in martyrũ natalicijs hymn⁹ gloria ĩ excelsis deo caneret instituit.

Lex

EPISTOLA DECIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Gregorio Quisquilino fœlicitatem.

p Latina electiones p̃ cleri: populiq; suffragia actas in uolumine de uita pontificũ: cũ cadauera efferri nõ possent approbat. Cardinales nũc: quo nihil est sanctius: absq; plebeio tumultu in cõclaui: ut plurimũ unanimes uirũ dei in põtificẽ assumunt. Si nostris temporibus: ut in p̃teritis annis sacerdotes. & seditiosi dimicarẽt: non in decembri more priscorum: sed in unaquaq; pontificis electione expediret tristari & lugere: atq; defunctus perentare: uel ad arcenda mala continuo februare. Romani exacto anno in mense decembri aduenient crepusculo inferias mortuis soluebat. In ea ætate patres Saturno: quẽ unum ex deis inferis dixere: decembrẽ consecratum: ut mortuis expiamen esset dedicauerant. In festis diebus/ac in saturnalibus solennitatibus/uoluptati/genio/ocioſi uacãtes curis negotijsq; tunc uacui: diebus festis rebus diuinis intenti a re omni prophana abstinuerunt exerceri. Prisci maioris circa sacrificia defunctorum Plutoni: & dijs infernalibus pro atauis litantes tota nocte facibus/ funalibusq; ciuitate illustrata umbris paternis propitiari

Inferiæ mortuor̃

Herculis sacerdos

solíciti erãt: cũ masculi: & fœminę tota nocte hostias offerrẽt. Nos solertiores toto anno mane: quod est sacerdotibus ex assídua oblatione solamẽ: rogamus. Nostri antístites templis: & mystícis sic assídue inculpare uacant: ꝙ Herculis sacerdotẽ lasciuientẽ per ocíų oportunitatẽ nequeũt ímitari. Herculis flamen ꝙdã ocio magis: ꝙ̃ laude deoꝝ contẽtus ludo: & tessaris diem terebat. Vna spaciari atꝙ ludere qui cõsueuerãt: casu cũ abessent: noluit lõgo ocio tristari: sed deũ (an ludere uellet: hac cõditione ínterpellauit: scílicet: sí deus in ludo succũberet: bonũ oĩno alíquod sacerdoti uíctori offerret: ac numíni in ludo fortiori laudatíssimã cœnã: decorãtꝙ iuuẽculã est pollícitus. Tessaras capiens alternis uícibus modo sua: modo dei uíce lusit. Deo potiori cœnã: pellícemꝙ: ut conuenerat: in templo clausit. Dęmonẽ cũ scorto cõgressum fœlicíssima puellæ psuasísse: quã geminos penitus psímiles peperísse: fabulãtur scríptores. Sí nostri antístites: & hebreoꝝ oblationes consequerent: solertius etiã tẽplis & hymnís uacarẽt. Iudei primogenita deo offerebant: quæ primogenita duodecim tribuũ

Iudeorum oblatiões

nísi leuitarũ: quoniã in templís soliti erant famulari: quinꝙ sicłis redimere opus erat. Bruto rũ etiã primogenita nísi asinoꝝ: quoꝝ loco ouẽ soliti offerre canes raptim necantes nihíl in hís pmutarũt. Diuites ꝓ primo nato agnũ: pauperes par turturũ: aut columbarũ deo obtułere. Gregorij fœminã a dæmone cõpressam: aut fabulã: aut cito sic se cõcepísse sensísse credo. Sanguínis menstrui clausa matrice retentio est fœturæ signũ. Talibus in inguinibus sit põdus: pstratio appetitus: quæ sup oculos obscuritatẽ: & glaucedinẽ e redundãtia mẽstrui habẽt. Hæc signa tarditate: uel celeritate sæpe uariant: quandoꝙ infra decẽ dies scd'm humiditatis supflue habundãtiã apparent. Hæc signa in corporibus tenuioribus retardari: in humidís accelerari dicunt. Gemíni ex uno cõcubitu ut plurimũ persímiles sunt. Albertus magnus gemínos fratres ita psímiles: ꝙ non poterant a quouís díscerni: símiliter loquentes atꝙ canentes a se in Germanía uísos ait: se adeo diligentes: ꝙ unus síne alio diu esse non poterat. Hæc temporibus nostris sæpe uísa non referuntur.

Impręgnationis sígnum

Gemíni psímilis

HORMISDAE PONTIFICIS INQVIETATIO ET FOELICITAS. CAP. XIX.

Hormísda iusti Frusinonius patria. Ioannẽ Constantinopolitanũ episcopũ hereticũ duas naturas diuinã & humanã in Chrísto esse asserentẽ p legatos studuit reuocare. Ioannes neglector ictus fulmine de heresi: & uiolata legatione probe ultioni satisfecit. Nam cõtra ius gentium Hormísdæ legatos correptos: rimosæꝙ nauí ímpositos: ut nullum græcię littus attíngerent: sed ut in Italiã redirent: Imperatorísꝙ propríũ esse ímperare: nec pontíficis: nec alterius mãdata recípere referrẽt iussit. Anastasio defuncto Ioannes per legatos se pariturũ spondens sedís apostolícæ auctoritatẽ affirmat: cuius caduceatores omni comitate obuiã sacerdotibus emíssis põtifex suscepit. Transmũdus Vandaloꝝ rex in Africa Ilderico: quẽ e captiua Valentini filia susceperat: regnũ obtinẽte obíit. Ilderícus heresim patris detestatus fideles: quos Transmundus relegauerat: ad honores: & ad prístinũ uíuendi ritũ reuocauit. Doedeus Franciæ rex ecclesiæ gẽmas summi stuporis: & grandia auri pondo ad ornandas basílicas Romã mísit. Non munificentiã: ornatũ: seriemꝙ thesauri narramus: ne Iustíno íllum præferamus. Iustínus ímperator uoti gratia dona fidem excedentia pariter legauit. Rebus ita fauste credẽtibus Boetiũ cõsulem ob suspectionẽ affectatæ libertatis Theodorícus exílio primo: mox carcere: & nece affecit: quí ita inclusus multa uolumina: quæ constant: elímate digessit.

Ioannes hereticus

Trãsmundus

Ildericus

Doedeus

Frãcię rex

Iustínus

Boetius mulctatus

EPISTOLA DECIMANONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Gaspari Albano fœlícitatem.

Pontificis legati rimosa nauí ímpositi: ut plerìꝙ fortunati: nõ solũ astris: sed præuio numine: a naufragíjs ímunes remearunt. Sí natiuitati alíquoꝝ Iupiter in cœlo fortuna maior prædominatur: scd'm Alí astronomum præcípuum: mare nõ formídant: quoniam ut plurimũ in ultimo fato rebus etiã secundis cedunt. Iuuenem temporibus suis remigibus: & reliquis timentibus mare procellosum ingressum eo dehortãte uidísse ait. Iuuenis interrogatus: quare tantũ auderet: nec ab æstu pellagi cæteris timẽtibus cõtíneret. Iuuenis ílle se Ioue natiuitatis domino a sæua morte defẽdi respõdit: q adolescentẽ (ut põdixerat) in strato auoꝝ obdormiuísse se ali cõspexísse memorat. Nolo de me Bonifacio ĩfantulo adhuc: quõ fortunatiꝰ tẽpestates euaserim referre: ut de Gaio Calícula mirabiliora p Iosephũ

Iupiter sí dominat̃

annotata liberius dicã. Calícula Romanoꝝ ímperator primis ínitijs gentibus gratus desípiens se adorarí: sibí templa erígí: se Iouis fratrẽ appellarí uoluit: natãꝙ in sínu Iouis: tanꝙ duos patres haberet: apponí iussit. Insanienti cum nationes pter iudeos adulari affectarent. Petronío Syriæ pfecto ut copíjs iudeã sibí contumacẽ hostíliter ínuaderet: ac templo dei símulachrũ suũ ímponeret: illíscꝙ renitẽtibus ferro mínaretur scripsit. Iudeis ímperatorío edícto parere abnuẽtibus uerís tpe bellũ se íllaturũ. Petronius mínatur. Hebrei Petroníũ in Hiber Petronius nís adeunt: ne legẽ suã transgredi cogat: quæ (ne ímagines erigãtur) iubet supplicant: ꝙ sí præses Hierosolymæ ídolũ ímponere uellet: eos prius líberosꝙ & cõiuges ínterimeret. Petronius ne facílitate irã Cæsaris in se concítaret: eoꝝ rationes uarijs rationibus extenuat: ín quẽ iudei prudentíus ratiocínates aiunt: O præses sí tu Cæsaris mãdata transgredí uereris: quãto magis nos iudei omnípotentis præcepta: qui corpus: & animã perdere potest: obseruare debemus? ídeo nullís damnís affecti: aut bonís íllecti: nec mortis metu adacti legẽ trãsgrediemur: & in facíẽ lachrymís ꝓstrati se prius mori uelle: ꝙ̃ ídolo ínclinari affírmãt. In ea exagítatione: cum tempus serendi ingrueret: se debere mori credentes terræ cultũ: & oĩm rerũ cultã neglexere. Petronius rationibus: & cõmuni luctu mísertus Gaio scríbere spondens: hebreorũ concionẽ soluit: quos ad ínediã tollendã: ut agriculturæ uacarẽt: est ímpensius exhortatus. Pluuiarũ defectu summo æstu fata iam aruerant: & tamẽ cũ dies ílla nullís nebułis tegeret: fínita peroratione subito pluuię hebreoꝝ salutis pronostícũ affatim descẽdere. Pluuia miraculosa Gaius e prędis benignitate excãdens illi sic rescrípsit: dona iudeoꝝ meliora ꝙ̃ mea pcepta iudicas: ídeo me iratũ: & mãdata negligís: ne temeritate fructũ cõsequaris: tuípse: qd' debeas pati elíge: sic relíquis: ut pcepta ímperatorís cõtemnere nõ audeãt: tua ꝓpría nece exemplũ præbebis. Deus a cuius ꝓuidẽtia cũcta docte dísponũtur: cruẽto ínteritu Gaij Petroníũ ab omní infortunío exemit. Nautæ cũ líttera pferrẽt: tribus mẽsibus p statiões a tempestatibus iactati nusq̃ iudeã attigerũt: quoad Gaij mors Petronio per alíos tabellarios ĩnotuit. Epístο Gaij mortẽ significãs p septẽ & uiginti dies ante ad pfídem deuolauit. Petronius qa tam maturę ín tali hebreoꝝ se díscrímine gesserat: Romæ sicut Hierosolymis: est mira laude approbatus. Gaspar Gaius attonitus: atꝙ uesanus q̃tiens illius nondũ nata in utero moueret: ita ímportune: ac sí magna castra metarent: solítus erat percuntari. Post tres menses masculus: fœmina post quattuor ín utero mouentur: mox fœtus in matrice eius ímobilitate ostẽdit. Aequę lapis de loco ad locũ pondus defertur. Latus mulieris: sí sup ípsum iacet: síne caũsa exteriori infrigidat: & e matrice humiditatis uirulentæ: & fœtidæ effluunt.

Puerorũ motus

IOANNIS PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XX.

Oannes Constantini Tuscus Theodoricũ Rauẽnatum regẽ ínıquũ: Iustínũ uero Augustũ uirũ clæmentíssimũ semp habuit. Iustíno Arianos: quia hereticoꝝ nomẽ sic extíngui posse putaretur expellente. Theodoricus facinus tã salubre ægre ferẽs Ioannẽ pontificẽ ad Iustínũ destínat: quẽ Arianos restituere admoneat: ꝙ sí petitionem abnuerit: delubra Italiæ se demolturũ spondet. Qui legatione audita primo ínexorabílis põtifice uero íllachrymãte: ne Italía ureret: Arianos restituẽdos suís legibus: ac ínstitutis uíuere indulxit. Theodoricus pontificẽ reducẽ cũ Iustíno sentientẽ Rauẽnæ ĩcarcerat: ín q̃ cauea homo sanctus ínedia: putredíne: & ĩcõmodis septus expirauit. E tali flagítio Theodoricus nõ ímpune euasit: a poplesía enĩ: & crebris ínquietationibus correptus in tãta horribílitate obíjt: ut astantes mõstris territi síne regis reuerẽtia diffugerẽt. Cuius anima ut a quodã heremita narratũ constat: a demonibus in ignẽ lícet pcipitata est. Amasiõta illius nata cũ Amasiõta nato Athalarico ímperãs nõ fœmínea ĩbecillitate: sed prudentía/pietate ínıqua patrís decreta antiquauit. Gotthis regẽ suũ rei militaris: nõ líttęris ímbuẽdũ ꝓclamãtibus nihil remíssius in optímis erudímentis fílium erudiri uoluit

EPISTOLA VIGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Rupino Mogontino fœlícitatem.

Ioannis obitũ: & sacerdotũ uexationes recẽsere uoluerímus: tpa ílla funestíssima fuísse aut ínficiandũ erit. Quía uero íllamet ætas Benedictũ edidit: ꝓfecto illã aureã & nectare suauiorẽ & fœlicíssimã esse dícem⁹. Btũs Benedictus illustri ursinoꝝ genere ort⁹: uitę monastícę rationẽ Italis prim⁹ dedit. A Benedicti agro tot amœní flores: tot segetes aĩarũ uíatica: a Benedicto fõte tot ríuuli: tot flumína emersere: ut fides catholica tam ĩrrigatiõe uda nullã amplius sterilitatẽ possit sentire. Romana nobílitas opulẽtijs: magi-

Benedict⁹

Maurus

Tyranni

Magi

Magusqd modo sit Reges antiquo tpe Reges in mysticis

Pueri

aſſidue cõcionatus eſt. Q; Lucilli diuitiarũ cuſtodes ac defenſores potius eſſent: q; milites
obijciens: qui camelos & plaulſtra gẽmatis poculis auaricĩã imperatoris atteſtantia tueren-
tur. Per has & plures ambages omnis exercitus a Lucullo alienatus Pompeio ſucceſſori ad
hæſit. Bartholomee hi prophani machometani tẽpla & imagines urinarũ aſperſione deho-
Vrina cõ neſtarunt. Vrinã cõplexionis indicium ſacrilegi in deorũ maleficiũ eminxerũt. Vrina quæ
plexionis conſideraẽ / tota ſit: & prima quæ mane colligiẽ cui fides poſt horã imminuiẽ: & nõ ſit illius
indicium qui neq; bibit / neq; comedit. Quia crocũ: olera & uinũ eam intingunt: & coitus eam impin
guat / patientes ab his abſtineant. Quæ ne a ſole: frigore: uentis immuteẽ / cuſtodienda eſt.

HONORII PONTIFICIS ANXIETAS CAP. XXXVII

Onorius Petronij natione campanus: Heraclij & fidei chriſtianæ infortuniũ fleuit.

Heraclius ſuperatus

Cum Heraclius natione ſub imperio baptiçari arctaret: a ſaracenis / arabibus ue cir-
h cumciſione utentibus duce Maumeto oppreſſus eſt. Heraclij principis dũces in hos
Macho cõiuratos cõfligentes tanti imperatoris beatitudinẽ antiquarũt. Machometus uir callidus:
metus in ꝓphetã dei ſe aſſerens: magicis artibus uſus: aſianis / afriſq; noua ſuꝑſtitione ut chriſtianos
exordio una confunderet / illuſit. Saracenos qui a Sara Abrami uxore ſe nuncupatos ꝓfitenẽ: ad ſu
ſuo uota proniores habuit. Machometus uir callidus ut a fide chriſtiana infirmos abdicaret: he
Saracenĩ retĩcos quoſdam in componẽdis legibus imitatus: a ſacris codicibus ab euãgelijs multa ex
cerpens Algoranum compoſuit.

EPISTOLA TRIGESIMASEPTIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Coruo artiũ ac medicinę aurato interpreti fœlicitatẽ.

Saturnus

T Heraclĩũ hebræis infeſtiſſimũ: ſic alias etiã orbis nationes in eos continuo coniu
u raſſe comperio. Saturnus ceu aſtronomi prædicant: iudæorũ planeta malignus illis
infortunia forte aggregat. Saturnũ cœli triſte ſydus ruſticorũ: iudæorũ: uiliũ hoĩm:
ſydus ini ac fetulentarũ rerum dominũ / diſpoſitorẽq; nuncupamus. Saturno per trigeſimũ annũ tar-
quum diſſimo omnes planetæ interim iunguntur: ipſe tardi motus nulli iungiẽ: cuius naturã iudæi
inſequentes nulli ſectæ adhærerẽt: imo ipſi melancolici occulto infortunio laborant. In me
Melanco lancolicis de ſuperfluitate melancolica multum generaẽ: quæ in epate ut in fonte diſcreta a
lici in ſuo ſplene receptaculo trahiẽ: a quo ni euacuareẽ / moles eſſet: limitatis tẽporibus humor iſte ad
humore ſpinas dorſi remittiẽ: inde ad ultimũ inteſtini ut uenas emoroides uocatas deſcẽdit: ſubinde
abundant inſtar fœminarũ quæ in ultima quadratura lunæ: uel ante ſcd'm cõplexiones euacuanẽ: me
lancolici ſi fluxus ſit tẽperatus cũ iuuamẽto ano purganẽ. Iudæi ad naturã melancolicã de-
Iudæorũ clinantes: tali profluuio pluſq; alij abundant: quã ægritudinẽ illis ob Chriſti cõmiſſum ac-
egritudo cidiſſe aiunt. Iudæorũ calamitates ab Abramo ortæ nuſq; mitiores fuere. In Aegypto diui-
& infortu tijs cum inſuperbirent: a præfectis regis uerberibus cõtinuo mulctati: ruſticari & omne ſer
nia uile opus ſine intermiſſione aggredi coacti ſunt. E ſacerdotibus uno q; quidam ex hebræis
qui Aegyptũ uaſtaret / naſceretur: uaticinante maſculi a ꝓprijs parentibus edicto capitali ne-
cabantur. Moſes fuit ille quẽ Aegyptij uates prædixere: qui ab omnibus inſidijs magnus
uel paruus ſemper euaſit. Qui prodigijs clarus ab Aegypto cum iudæis fugiens: eos per de
ſerta aquis & comeatu expertia auxilio dei per quadraginta annos prę̃liorũ uictor errauit.
Ad inhabitandũ ſolo potiti a Paleſtinis: arabibus: caldeis laceſſiti ſerui inter tot bella uixe-
re. Per idolatriã deo cõtumaces: ac cũ prophetas correctores occiderent: Hieroſolyma eoꝝ
regia ciuitas ſæpius a finitimis direpta: & ſæuius per Titũ ſolo æquata iacet. Arabes: Cal-
dei: Aegyptij: Aethiopes: & uarij regũ imperatores quibus cladibus iudæos affecerint: Io-
ſephum taliũ gentilẽ ſinamus expanſius recenſere. Ipſi ſeptimũ annũ ſabbaticũ appellant:
Septimus eo nõ arant: nõ ſeminant: neq; fructus colligunt: nec etiam pontificibus decimas præbent: a
annus militia uacant: ideo a gẽtibus his ſuperſtitionibus offenſis cõtinua exprobratione damnan
tur. Suas ſynagogas in alijs regionibus cum tolleret: & cum primitias Hieroſolymã ſcd'm
ſuos ritus mitteret: & patrijs moribus ac ſacrificijs uterenẽ: & ſabbata celebrare: fructuſq;
iuxta ſuas cõſuetudines collígere uellent: a nationibus odio habiti ſepe repentino tumultu
ferro occubuere. Per litteras cõſulum: proconſulũ: præſidũ: imperatorũ: ſenatus: ut ſabba-
to hoſtias: munera: cerimonias: ritus: leges ſuas obſeruarent: potiti in ſuperbiam abierunt:
quã litterarũ & priuilegiorũ ſeriem Ioſephus libro ſuo interſerit. Iudæus ea tẽpeſtate pro-
Vluſa ro- fugus: ſuæ legis tranſgreſſor cum ſuis cõplicibus Vluſam nobilẽ mulierem ſeduxit: aurũq;
mana a iu- eius in ſuos uſus cõuerſum: ut Hieroſolymam illud ad ornatũ templi mitteret / perſuaſit. Sa
dæo dece- turninus Vluſiæ amicus: & curator ſeductorum fallacias Tyberio narrat: ideo imperatoris
pta edicto iudæi ab urbe pelluntur: cum cõſules quattuor millia iam in Sardiniã relegaſſent: iu-
dæi in Meſopotamia: & in Babylonia Aſinio & Anileo fratribus bella: rapinaſq; molienti
bus excruciati ſunt. Aſinius em & Anileus humilis familiæ: dum nauiũ uelamina ad uictũ
Aſinius cõponerẽt: a magiſtro artis ex eorum tarditate ceſi diffugiunt. Qui e domo raptis armis in
iudæus uicum munitũ cum multis egenis res nouas appetẽtibus cõueniunt: hæc tumultuoſa mul-
Anileus titudo hos fratres duces in experimentũ fortunæ diſcernunt. Cõſtructa arte paſcuis ab in-
curſibus aliorũ pollicíti tueri tributa imperant. Paſtores & primates una ex repẽtino timo
re attoniti imperata audiunt. Hi prædones remotiora incurſantes: formidabile nomẽ ac di-
tionem gentiũ adipiſcuntur. Cum occurrẽtes cõfligendo & munitiſſima loca debellarent: ad
amplitudinẽ ſummi potentatus deuenere. Succeſſus: fortunã: audaciã horũ fratrũ rex Par-
Iuramẽta thorum admiratus eos uelle alloquĩ / indicat. Per deos patrios indemnitati eorũ: ac ꝑ dextrã
Parthorũ qua ſponſione nihil eſt apud eos firmius: cum rex iuraret / fratres regem adierunt. Arthaba
nus rex eos comiter ueneratus: Aſinij corpus breue & magnanimitatẽ admiratus amicis:
q; anima illius maiorem corpore eſſet / ait: Quos Babyloniæ regione ſibi cõmendata / dona
tos remiſit. Reuerſi unum e præſidijs parthorũ ſpecioſiſſimæ uxoris maritũ interficiũt: cũ
Anileus decore illius teneret. Illa Anileo deos & ritus parthorũ obſeruare amicis: & fratre

aſpernante perſuaſit. Ne patrias leges deſereret: fœminã in patriã mitteret: admonitus ira incenſus eſt: & Aſinio clam tradito ueneno liberius imperauit. Anileus ſolus ſucceſſu rerũ & incurſionibus factus inſolentior Mithridatis parthorum ducis regionẽ populatus eſt. A Mithridate Babyloníjs iuncto: iudæorũ exercitus & Anileus perẽpti ſunt. Babyloníj Aníleo iacente iudæis cõtumelioſi ſæpe eos probris affecere. Qui impatientes cũ omni ſupelle ctile Seleuciã emigrantes: per quinquenniũ ab iniurijs quieuerũt. In Seleucia greci & Syrij armis cũ ſæpe tumultuarent: Syrij auxilio hebræorũ cedere ſoliti græcos ſuperant: greci & Syrij clam facti unanimes iudæos inuadunt: quinquaginta hominũ millia in illo conflictu

Cumanus iudęę preſes

perimẽtes: Cumanus iudææ præſes in paſcha cũ iudæi açyma offerrent: ne finitimi deſiderent cohortẽ in tẽplis in ſubſidiũ armauit. Vnus miles forte temulentus uirilia populo oſtẽdit. Procacitatẽ uidentes: Cumanũ tanq̃ illũ miſiſſet/temere blaſphemabant. Iniurioſi blandicijs/rationibuſq; cũ arceri non poſſent: Cumanus inermes armari iuſſit. Multitudo equites ad ſuã necẽ muniri rata/per anguſtos egreſſus fugiens illudit: ſicq; uiginti millia hoim nemine urgente in illo tumultu deſiderata ſunt. Ioſephus ubi excidiũ Hieroſolymitanũ: & quomodo Titus innumerabiles beſtijs laniandos: & nõnullos ſpectaculis cõfodiendos derat/deſcripſit: deum ut iudæi ubiq; tollerent/decretũ poſuiſſe: ciuitates etiã quæ iudæos perdiderũt/annumerando addidit. Cæſarienſes defectione iudæorũ audita: ſuę ciuitatis hebræos in ſeptimo die cũ cõiugibus & liberis aggregatos cõfecerũt. Syriæ etiã ciuitates una

Sicarij obſtinatiſſimi

inuicem in interitũ taliũ cõiurarũt. Nec multo poſt a Damaſcenis ſeptẽ & decẽ millia ex his cum cõiugibus iugulant: nec parcius Aegyptij cõuentus in eos celebrãdo ſeuierũt. Sicarij e ruinis hieroſolymitanis in ægyptũ & alibi ad ſui generis habitãtes elapſi eos deficere hortantur: deum nõ Cæſarẽ dominũ nuncupantes: iudæoſq; ſibi abnuentes iugulari feſtinantes: ſeniores in Sicarios omniũ malorũ auctores: multitudinẽ ut deuincerent/cõcitarunt. Sicarij & ſi a præſidibus tormẽtis plecterent: Cæſarẽ dominũ nuſq; auditi ſunt pfiteri: excruciatus omnis generis & ignes patienter perferẽtes: pueri quorũ tormenta obſtinatius cũ pa

Catullus libię preſectus

tribus cũ omnes admirarent/tulere. Catullus Libiæ præfectus: q̃ iterũ iudæi in Cæſarẽ ad defectionẽ uellent uniri/ſimulans: opulentiores incarcerauit: quoq; publicatis bonis ad tria millia a ſuperſtitibus exemit. Ex his inſontibus Romam miſſis a Veſpaſiano fraude intellecta remiſſi ſunt. Catullus huius perfidiæ fabricator diro morbo correptus: umbras illorum quos impie excruciauerat: inſtare & minari aſſidue uidens: mõſtruoſitatiſq; formidans eiulare clamauit. A ſtratis in quibus nõ ui poterat cõtineri ueluti a demonibus tormẽta flammę ſibi adhiberent/cõtinuo exilijt. Sicq; exuſtis ac profluentibus uiſceribus eſt miris cruciantibus extinctus. Medici ægritudinẽ extenuantes: incaſſum illũ contra quẽ diuinitas certauit/ſanare polliciti ſunt. Corue medicos de Catullo benigniora interpretantes/ deceptos nõ arguamus: ars nulla homines a morte ſecuros reddit: q̃uis multa prohibeat: & ad ultimum

Exercitij bonitas

uitæ limitẽ nos ſoſpites ducat. Exercitiũ pro ſanitate quandoq; ſalubrius/ q̃ medicorũ cura operat. Exercitiũ eſt motus uoluntarius ex quo anhelitus fit magnus necnõ & frequẽs. Exercitiũ ſuperfluitates reſoluendo corpus leuificat: & calorẽ innatũ renouat. Exercitio utens

Medicinæ maligni tas

ab hetica ſecurior per medicinas cũ ſint uenenoſæ/nõ indiget euacuari. Medicinæ purgando naturam infrangunt: inueterant: ac uirtutẽ principaliũ membrorũ extenuant. Corpora fortia fortiter: exilia ẏo debiliter: niſi uarices & tumorẽ pedum timeant/exercitio utant.

SEVERINI PONTIFICIS ANXIETAS CAP. XXXVIII

Hiſaucius tyrannus

S Euerinus Labieni romanus: pietatis: religionis: pauperũ amator: in calamitoſos benignus: in reparandis templis ſplendidus: imperij/Italiæq; ſortes & Hiſaucij totius Italiæ Hiſarcũ ægra mente ſuſtinuit. Hiſaucius Romã cõfirmandi pontificis gratia profectus a ſacrario Lateranẽſi theſauros obuiantibus relegatis diripuit: rapinas militibus

Saraceni qui a Maumeto defecerant

imperatoriq; cũ impartitus eſſet: Saraceni a Maumeto ad Heraclium qui pollicitationibus ſubornati deſciuerant: ſtipendijs: pactaq; mercede principis auaricia fraudati in Syriam irruentes: Damaſcũ & alias urbes ab imperio adimunt. Cum Arabibus domi qui manſerant cõiurantes comeatu: ac armis a Maumeto adiuti Phenicią & Aegyptum depredati: in perſaſq; euagantes: Hormiſdam eorũ regẽ ac nationes legẽ Saracenorũ nõ admittentes/interi

Agareni

munt. Græci arabes ab Agar ancilla Abrami & cõcubina ortos in eorũ ignominiã Agarenos nominant. Heraclius Agarenorũ potentiã ueritus: ac ne Hieroſolymam caperent: formidans: crucem domini Conſtantinopolim detulit.

EPISTOLA TRIGESIMAOCTAVA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Nigrino fœlicitatem.

Iſcaucius Italiæ Hiſarcus apud Pontificẽ auxiliarẽ ſimulans: homines mulctando

h

numinũ theſauros diripuit. Hiſauciũ ſuis infidum romani tumultu admittere abſtinuiſſent: ſi Agis reſpõſum penſaſſent. Cum Ephori lacedemonij magiſtratus regi imperantes: proditori milites tradendos iuberent: nequaq̃ illi alienos exercitus qui ꝓprios prodidiſſet/ſe uelle cõmittere: Agis reſpõdit: Experti amicos damnoſius q̃ hoſtes in re mi

Agis prudentia

litari obeſſe ſæpe mihi referunt. Ciues & crebrius agreſtes ab hoſtiũ irruptionibus ſemoti: & longe tuti a noſtris ſtipendiarijs/furtis & ſtupris: & ferro ſæuius agunt. Tullius tali inhumanitate deſtomachatus: exercitus romanos prouincialiũ bona proteruius q̃ hoſtes diripere prædicat. Alexander Mameę romanorũ princeps amicos uexari animaduertens: mi

Alexãder mameę

litum inſolentias ſupplicijs arcebat: a quibus nefarijs cum illius ſæueritatẽ nõ ſuſtinerent/ occiſus eſt. Qui imperator nimiũ ſublimis maluit ſic ut erat auguratus/ mori: q̃ amicos & prouinciales rapi audire. Alexander Olympiadis circumſpectus in orientali traiectu deleAlexãder Olympiadis

ctui ne hoſtilia adhuc bona ab ipſis poſſidenda urerent/imperauit. Quoniam ſic indiſcrete agentes: ſemetipſos prædari uiderent. Vir ſagax & elati ſpiritus conſita ſuorũ ciuiũ quanta ſollertia inſpexiſſet: cum cenſus per fortunam ambiguos mandauerit eſſe indemnes. Nigrine hos e rapinis infames hominibus indiſcrete comedentibus equiparamus. Mala nutrimenta digerentes in ea uoluptate gaudent: ſed aduertant ꝙ mali humores egritudinales ac

Nutrimenta mala ſi

pernicioſi generant. Nihil eſt deterius q̃ diuerſos cibos ſimul adiũgere: & comedendi tempus prolatare: quia ultimo aduenięte iã primus incipit digeri. Qd melius ſapit: quoniã ſtomachus & uirtus ibi applicat/melius nutrit. Nõ ilico poſt eſcas eſt dormiẽdũ: & a forti mo

digerunt

tu ne cibus anteq̃ digerat/penetret: aut ſine digeſtione elabat aut corrũpat/eſt abſtinẽdũ.

IOANNIS QVARTI PONTIFICIS BONITAS CAP. XXXIX

Rotharis rex

O annes Venantij natione dalmata e fece theſaurorũ quos Hiſaucius nõ expilauit/

i

captiuos redemit. Rotharis longobardorũ rex pietate & iuſticia uir inſignis ad aria nos declinans: ut ſui regni ciuitates: duos pari poteſtate epiſcopos: unum catholicũ alium arianum haberent/uoluit. Sacerdotem precioſo corporis habitu Rotharẽ apud templum Ioannis Baptiſtæ ſepultum ſpoliantem almus Ioannes occurrens deterruit: deinceps ſi templum ſuum ingrederetur/ei mortem cominatus.

EPISTOLA TRIGESIMANONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Paridi iuriſconſulto fœlicitatem.

Vſta recludentes: ſi ut Herodis miniſtri igne exalante plecterent: cadauera fortuna

b

tius in ſuis cimiterijs dormirent. Hircanus Simonis ad regnũ Hieroſolymitanũ egenus ſucceſſerat: qui Dauid ſepulchrũ theſauris refertũ aperuit. Tribus millibus talentis detractis hoſtes arcendo: ciuitates reficiendo primus iudęorũ peregrinos milites alu-

Hircanus

it. Herodes rex largitionibus effuſiſſimus opibus cõſumptis intẽperatius amicos & extraneos quandoq; inuaſit. Ipſe Hircanũ ante ſe pontificẽ ut Hieroſolymã ab obſidione ſolueret: ſepulchrum Dauid ad habendas pecunias apperuiſſe ſciens: amicis ſtipatus clam nocte

Herodes rex

Dauid monumentũ ingredit. Pecunias ad uota nõ inueniẽs: ornatũ & uaſa aurea occupat: diligentius aurũ cũ diſquireret: & ad urnas Dauid Salomoniſq; ulterius pergeret: duo præcedentes ſatellites flammis aburnis emergentibus ſunt confeſtim aduſti. Herodes territus

Vinũ quibus cõceditur

heſit: & miro opere ac impenſa cõtaminatos tumulos reſtauruit. Paris rex Rotharis cibo & uino offenſus a fato eſt: quod pleriſq; cõtingit/ præuentus medici pueris ne ignẽ igni damus uinũ denegãt: qd iuuenibus eſt tẽperate cõcedendũ: ſenibus ẏo quantũ tolerare poſſunt/eſt indulgendum. Qua regula Rotharis adulatorũ arbitrio utens: in hyeme ſaniſſima paſſus interijt. Nec ignoramus corpora ſana raro hyeme: nec niſi forti cauſa ęgrotare poſſe

Hyems ſanitiſſima

tunc calor innatus regitiuus unitur: quia non reſoluitur/fit fortis: necnon naturales uirtutes melius ſuas tunc agunt operationes.

THEODORI PONTIFICIS PIETAS CAP. XL

t Heodorus Theodori natione græcus: ſollers & uigil: & paſtor optimus: ouile ſuũ induſtria & pietate lupos ſubmouendo tutatus eſt. Principibus affabilis: pauperibus omni impenſa ſatiſſecit. Nullos aſpernatus: ſingulos mira pietate fouit.

EPISTOLA QVADRAGESIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Euangeliſtæ uiridi fœlicitatem.

Herodes liberaliſſimus

Iſericordia Theodori & aliorũ regũ profecto conciliant homines. Herodes hieroſolymitanus rex quandoq; maleficus iudæis exoſus in caritate rerũ: pietate & liberalitate uſus omnino alienatos animos multa gratia ſibi aſciuit. Iudeam ac finitimas regiones gelu & intẽperies anni a frugibus extenuarũt. Frumẽti inopia: & morbis ac peſte homines adeo tabuerant: ut regia uectigalia exigi nõ poſſent. Herodes ſterilitate errarij egenus ornatũ & precioſam regni ſupellectilem ſubhaſtauit: in ægyptũ præſidi amiciſſimo ut triticũ cõcederet/pecuniã cõtractam miſit. Frumẽta in Iudæam aduecta ſcd'm hominũ merita impartitus: ſenio uel alia incomoditate torpẽtibus: piſtores qui panes/ & miniſtros qui indumenta ad hyemem ferendã diſponerẽt/inſtituit: Syrijs ỹo ſemina dedit. Cum finitimorum tellus ſolito more pululaſſet: quinquaginta millia hominũ quos nutriuerat/remiſit. Sic cunctis ſcd'm dignitatis gradũ auxiliatus iudæorũ/necnon finitimorũ gratiã perennẽ opportune nactus eſt: nam ipſe alias imperioſus & crudus: ulciſciq; auidus externarũ gentiũ: Iudeorum & imaginũ amator: legis præuaricator hebræos conſpirare atq; deficere cõpulerat. Qui omnes tali munificentia & beneficijs immutati: ut numini regi ſupplicarunt: nõ Herodem immitem: aut talẽ qualẽ experti ſæpe erant: ſed talem qualẽ in calamitatibus ſenſerũt/ dicebant. Euangeliſta Herodis tẽpore anni intẽperies peſtẽ/morboſq; cõcitauit. Quotiens res a ſuo uſu imutant: e tali euentu futuros morbos pronoſticamus. Appetitus ſi cadit: uel ſi quãdoq; augmentat/egritudinẽ ſignificat. Deſideriũ: egeſtio: urina: ſomnus: ſudor: pruritus: ingenij ſubtilitas: ſomnia inuſitata: uomitus: fluxus ſanguinis: ægritudines uenturas atteſtant. Tremor cordis ſi quẽ aſſidue occupat: ne ſubita intercipiat/morte præcaueat.

Morborũ pronoſtiſcatio

Tremor cordis

MARTINI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. XLI

Artinus Fabricij patria tudertinus: Paulũ Cõſtantinopolitanũ epiſcopũ errantẽ ut cum ſanctioribus ſentiret/admonuit. Ille auctoritate Cõſtantij fiſus/ac pontificis cõſilia irridens: cõtra ius gentiũ legatos ad inſulas relegauit. Martinus hac inſolentia Romæ cõgregata ſynodo Paulũ ſacerdotij honore indignũ iudicat. Conſtantius in pontificem excandẽs: Olympo Exarcho in Auſoniã miſſo ut Martinũ renitentẽ cõfodiat: aut uinctum ſibi tranſmittat/imperat. Olympus Romã ingreſſus: lictori Martinũ capere: uel recuſantem cõfodere iubet. Carnifex facinus aggreſſus repentina cæcitate capit: quo miraculo Martinus ſoſpes euaſit. Saraceni orientalẽ/occidentalẽq; eccleſias inuicẽ deſidere ſcientes: ab Alexandria Rhodũ nauigant: capta urbe Coloſſum celeberrimũ ſeptuaginta cubitorũ demoliunt. Cuius æris ligatura noningentos camellos preſſit. Vaſtatis quibuſdam inſulis: Siciliam prædantur. Conſtantius Olympo in expugnatione Saracenorũ extincto Theodorum Italiæ præeſſe uoluit. Qui pontificem ſalutare ſimulans: cathenis iniectis Martinũ Conſtantinopolim impulit. Inhumane cum probriſq; admiſſus: confeſtim in exilium deportat: ubi calamitatibus/rerumq; omniũ inopia excruciatus: in exilio uir bonus moritur.

Olympus Coloſſus

Saraceni e diſcordis audentes

EPISTOLA QVADRAGESIMAPRIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Lucæ iuriſconſulto fœlicitatem.

Helias ꝓpheta

Ictores & milites in uiros dei temere audentes: relictis alijs /ut de Helia dicemus: igne: terrore: cæcitate correptos ſæpe legimus. Helias propheta uenerabilis ut Enoch ante diluuium/ita ipſe poſt etiã uiuens eſt ad cœlos euectus. Qui Ocia iudæorum rege de ſalute ſua cuidam deo percuntatum mittente: nuncijs obuius eos ut remearent: regemq; moriturũ referrent/prophetauit. Rex mortẽ pronoſticantẽ: hominẽ hirſutũ eſſe pelliçia ẓona ſuccinctum: audiens Heliam eum fore coniectans tribunum militũ illum ad ſe trahendum iuſſit. Centurio Heliam in uertice montis compertum/ ſuperbe ac imperioſe alloquitur: eueſtigio ni uelit trahi ad regem currendũ intonat. Vt ignis de cœlo rutilans armatos ſibi iniurios adurat/uates execratur. Adultione militum audita rex ſtolidior reniten tem omnino ducerent/ſuperbis imperat. Tribunus rurſus ad eum accedens: parili imprecatione cum comitatu eſt conſumptus. Tertio ſapientiori militum miniſtro idem Ocias præcipit: qui elegantius ad Heliam appropinquans ſummiſſe/ blandeq; allocutus: ꝙ iuſſus & inuitus cum cohorte ad uirum dei ueniſſe: & ꝙ Helias ſibi/ſuiſq; infontibus miſertus ad regem accederet/rogauit: Helias rogantis urbanitate motus: ad præſidem deſcendit: & per

nuncios relata affirmauit. Hæc de ſanctis: ſed eadem pariter heroes præuidentia: deiq; bonitate defendi: Marij hiſtoria protendit. Sylla importunitate Sulpitij tribuni plebis in abdicationem magiſtratus laceſſitus cum illa expeditione: qua in Mithridatẽ traiecturus erat: Romã ingreſſus Marij factionẽ multa cæde expugnauit. Marius ꝓ ſalute amicorũ cũ ſeruis & plebeis diu luctatus plio impar Africã petebat. A proſequẽtibus elapſus in limoſo ſtagno delituit. Inter ulnas paludis inuẽtus nudus ceno oblitus principibus Minturnẽſibus ad ſupplicium traditur ſeruandus. Quoniã edictũ urbis erat: ut Mariũ cõpræhẽſum: & cõplices tollerẽt: i domo Phiniæ cuiuſdã mulieris: ipudicicia: cuius ipſe Romæ iudicauerat: cuſtodiendis mittitur. Ciues ut Syllæ & magiſtratus edicta euaderẽt: militẽ: qui Mariũ interficeret i cubiculo deſtinãt. Qui igentẽ flammã ab oculis Marij uidens: & uocem: tu homo Gaium Marium necare audes? audiens proiecto gladio ad portas erumpit dicens: Gaium Mariũ morti tradere nõ poſſum. Ciues ꝓdigio Attoniti ſeipſos: q; iniquũ cõſiliũ cõtra Italiæ ſeruatorẽ accepiſſent: increpãtes: illi tradito comeatu/nauigioq;/ quo fortuna uellet: trãſfretaret indulxere. Luca/ Marius fugiẽs inter cætera pericula ſitim & famẽ cũ ſocijs eſt ſæpe perpeſſus. Si tibi talia euenirẽt: quia tolerare famem ſtomachũ malis replet humoribus: cõſilio Auicẽnæ utaris: cõſulo qui ait: adip ẽ uaccinũ comedẽtes diu famẽ ſuſtinere: & quẽ dã ſibi retuliſſe addit: ſcilicet q; unus homo ſibi intimus libram unã olei uiolati accepit: in quo adeps reſolutus erat: qui ꝑ decẽ dies comedere poſtea nõ deſiderauit.

Marius Sulpitius tribunus plebis

Marius quomõ a cœde euaſit.

Famem tolerare

EVGENII PONTIFICIS BONITAS. CAP. XLII.

Vgenius Rufiniani Romanus: homo integer religiõis: ac mãſuetudinis grãde exemplar comitate: & munificẽtia ꝑclarus: more cuiuſdã ciuis omnes ſe meliores cẽſuit. Hedaretus ſine inuidia homo probus in numero trecentorũ: qui alijs dignitate & maieſtate ꝑeſſent: nõ electus hilariſſime ſubridens inquit: urbẽ noſtrã tanti eſſe: ut trecẽtos uiros me meliores habeat: gaudeon. Petrus Pauli hereticí ſucceſſor a fidei Chriſtianę norma declinauit. Litteras duas operationes/& uoluntates in Chriſto eſſe negantes Romã miſit. Quæ ita animos ſacerdotũ cõcitarunt: ut clerus pontificí: ne i eccleſias ſanctæ Marię maioris: niſi prius tam prophanas litteras abjceret: ingrederet: auſus ſit inhibere.

Hedaretꝰ ciuis

Hereſis

EPISTOLA QVADRAGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Abramo Rhetori eruditiſſimo fœlicitatem.

Vltis de orbe ſciſcitãtibus nemini niſi tibi uir tutũ altori: quoniã legẽdo ſapiẽtiora addis: dignor reſpõdere. Olympus Macedoniæ mõs arduus i cacumine niſi qnq; horarũ noctẽ habet. E mũtis cuſpide littora incolis ignota cõſpici dicunt. Vertice nubes ſuperat: deſup nec aues deuolãt: nec pluit: nec uenti pflant: ideo ſacrificãtes alio anno adlitandum remeantes cineres illeſos offendere dicunt. Athos Macedoniæ mons Thracię iminẽs tam altus ex ſacrificantiũ eperimẽtis q̃ſi Olympus eſt recẽſendus. Ad uitã hoim aer eſt calidus & humidus: ille ergo: de quo ſermocinamur: ſupra mõtes illos: cũ ſit omnino ſiccus: nõ ne ſacrificãtes urẽdo necat? Sacerdotes illi philoſophiæ gnari auxilio ſpongiarum aquis refertarũ ne in inſueto aere morerentur reſpirabãt: cũ tamẽ imperiti eos diuinitate ſeruarí putarẽt. Chimera mons eſt Ciciliæ: inſtar Aethnæ flãmas euomit. Experti flãmas Chimeræ ſup infuſa aqua augerí: a iactu telluris extingui aiunt. Chimera: quia in ſummitate Leones: in medio Capras: in radice Serpẽtes alebat: erat inhabitabilis. Bellerophon ingenio & armis clarus regiõis: rupiſq; fertilitate cõſpecta collẽ: & orã ab obnoxijs animalibus ad uſum mortaliũ expurgauit. Siccus aer (ut ꝑmiſimus) uiuẽtibus exitialis eſt: a q̃ fallacia Minos Dœdali inſectator interceptus efflauit. Maiores Dœdalum diuini ingenij architectorẽ cũ Icaro filio ab incluſione labyrinti euolaſſe: hac ratione fabulant. Cuſtodibus ſeptus: & undiq; regijs ꝑſidijs munitus agilliſſima triremi Dœdalus euaſit: ideo eũ uolatu euaſiſſe fingunt auctores. Dœdalus in Siciliam traijciens Crocholo regi ſe dicauit: ſecq; ut inſontem cõmendauit. Minos: ut in tranſfugam ſæuiret: cum claſſe adeſt: reum æque ac ſeruum expoſcit. In thermis calidis/ & ſiccis Minos: ut cum Crocholo de perſecutione malefici loquerẽtur: peruenit. Ibi incluſus ab innaturali caliditate: & ſuffocatus ſuis queſtibus moroſis reſtituitur. Abraam / & Dœdalum pares e cerebri complexione prognoſticamur. Si homo eſt argutus / ac impiger ad motum/ eius cerebri complexionem calidam & ſiccam; at ſi quis hebes / laſſus / piger nihil pernix fuerit; eius complexionem cerebri fri-

Olympus mons

Athos mons

Aer.

Chimera mons

Bellerophon.

Dædalus architectꝰ

Minos rex

Cerebri cõplexio

gidam & humidam esse narramus. Hæ tamen complexiones aliquando per uices usq; ad
Memoria leditur permitionem rationis alterantur: & uirtus memoratiua leditur: quod apud græcos quondam contigit. Aethiopes graui bello decertauerant: apud quos ob corpora insepulta pestilentia inualuit: quæ ad Græcos usq; omnes infecit: & mala hæc dispositio adeo homines hebetauit: ut nomina propria & filiorum ignorarent.

VITALIANI PONTIFICIS EXAGITATIO. CAP. XLIII.

Italianus Anastasij ex oppido Volscor; a Constãtio in depopulatione urbis nõ est
Cæsarea regina u sine lachrymis offensus. Cæsarea Persarũ regina cũ paucis Cõstãtinopolim baptismi gratia fugit: caduceatoribus eã reposcẽtibus: regredi: uel morari: in arbitrio reginę esse imperator respondit. Legatis eã (an redire uellet) pcunctãtibus se nunq; in Persas rediturã: nisi rex Christi fidẽ reciperet: falsa est. Pacato agmine cũ quadraginta millibus armatis cõiunx Constantinopolim applicans: & comiter admissus militibus etiã baptizatis
Cõstãtius regnũ cũ uxore repetijt. Constantius his expletis in festo milite in Italiã trajsciẽs a Romoal do p̃dari: uel obsidere ꝓhibitus Romã pontifice: & clero obuiãtibus se cõtulit. Inter hos honores Romoaldus græcos temere audẽtes obtrũcat: impator esuor; clade cõcitus: & post quartũ sui aduentus diẽ ad direptionẽ cõuersus statuas: & quæq; decoramenta urbis eccle-
Imagines siarũ etiã apparatus corripit: quibus spolijs naues onerat. Ipse Constãtius plures imagines Romanorũ sublatæ & ornamẽta septẽ diebus: quã barbari omnes ante actis ducẽtis annis detraxit. Vnde non nulli historiarũ ignari a Gregorio sanctissimo pontifice talia spectacula deleri iussa mentiũtur. Constantius his rapinis in Siciliã enauit: in q̃ cũ truculẽtius tributa exigeret: in balneo
Organa cõfossus obijt. Vitalianus græcis elabẽtibus in ecclesia organor; cõsonantiã cõposuit.

EPISTOLA QVADRAGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Galiacio militi fœlicitatem.

Aesarea a uero numine afflata: Persarũ illustre/ ac formidabile/ & ubiq; decantatũ
c regnũ baptismi gratia: ut diuinitatẽ/ & animæ salutẽ assequereť spreuit. Prioribus
Regia æthiopiæ temporibus Aegyptij/ac æthiopiæ eximiæ uirtutis regina in rebus humanis/diuinisq; sapiẽtissima Hierosolymitanũ templũ esse mirabile: & sacerdotes mirabilius operari: Salamonisq; sapientiã audiens/ac audita appetens intueri muneribus/& ad altercandũ problematibus: gloria etiã & apparatu/gẽmisq; & auro cõposita Hierosolymã uenit: Salamõ occurrens illius sophismata otius/q̃ putaret: exacte resoluit. Regina scientiã regis/ domus/ culmina auro/& celaturis irradiantia ad quottidianũ cœnarũ apparatũ/ministros/uestimẽtaq; stupẽs nõ sine numinis aspiratione talia fieri inquit. Sacrificia deo quottidiana: numerũ leuitarũ circa mystica/ac officiũ requirere inexpleta: ad regẽ se cõuertens ait: o fortunate rex prudentiæ tuæ fama multo est minor/q̃ ipsa ueritas prędicat: mirabiliora quæcũq; acta sunt/q̃ audierim ipsa p̃sens stupenda inspicio. Beatũ dico populum hebreor;/seruos & amicos tuos: qui quottidie tibi seruiunt/& quottidie sapientiã tuã audire possunt: his ad laudẽ regis enarratis talenta uiginti auri/aromata quoq;/& lapides p̃cioſos/radicẽ etiã (ut fertur) balsami Salamoni donauit. Quæ cũ a Salamone nõ partius ingentia munera accepisset: ad æthiopes læta remeauit. Dissimillima q̃ sint mulierũ ingenia: nũc per Cleopatrã dicemus.
Cleopatra Cleopatra cũ nõ religione sed prurritu tẽtiginis ferueret. Hierosolymã: nõ ut deo supplicaret: sed ut uoluptates expleret: cẽsuit uidẽdã. Ipsa Antoniũ ab ægypto ad euertendã Armeniã ꝓficiscentẽ in Syriã usq; hac ratione comitata est: scilicet ut suis psuasiõibus q̃sdã reges spolialia quor; ipsa cõsequereť: exueret. Ipsa ut diriperet nullis pepercit: sacraria thesauris: affines uita priuauit. Ab Antonio sæpe Iudeæ: sæpius Arabię reges opulẽtos iterimi: quoniã sic ditari posset: postulauit. Antonius cõtra alios obsequẽs in Herodẽ sibi amicissimum abnuit sæuire. Cleopatra apud Crustatẽ Antonio relicto: Herodẽ Iudeæ regẽ: in quẽ ante cõspirauerat adijt: nõ tẽpla/nõ sacrificia/nõ superstitiones/nec auratos parietes uacauit contẽplari: cũ Herodis cõpressum æstuaret. Cuius inexpiabilẽ tẽtiginẽ: nisi ab amicis fuisset ꝓhibitus: rex cœde sedasset. Amici (ne maleficã pderet) cũ uix inhibuissent: mutata sentẽtia simulãdo i ægyptũ usq; ipsam uertiginẽ patientẽ: atq; ideo ꝓperantẽ comitat⁹ est. Galeaz
Cleopatra a soda & a uertigine torqueri solita: ne extra regnũ expiraret: festinãtius equitauit. Soda quãdoq; a uermibus iuxta strictur̃ nariũ in capite generatis motu suo ledẽtibus
Soda quid sit. fit. Vertigo est quãdo quis imaginať: q; res sup ipsum uoluãtur: quare nõ regit se: ut firmiter stet & cadit. Veluti ꝙpores: & spiritus i eo reuoluunť: sic patiẽtes res uolui imaginanť.

ADEODATI PONTIFICIS VEXATIO. CAP. XLIIII.

Deodatus Ioannis Romanus: e monacho pontifex creatur. Constantium fraude
a Maxentij necatũ milites a prouincijs Romanis concurrẽtes Maxentij interitu ulti sunt. Ipsis a statiua redeuntibus Saraceni Siciliã in nouitate rerũ p̃sidio destitutã occuparunt: & ornamenta/ac imagines/quas Constantius Syracusas duxerat: Constãtinopolim ornaturus in Alexandriã redeuntes una detulere. Hæc acta calamitas crebris prodigijs significata est. Cometes tribus mensibus semp apparuit. Etiam pluuias irregulares cum frequentia tonitruum singuli stupebant. Adeodatus bonitate/religione/comitate prædituſ in delinquentes nõ seuerus: in pauperes beneficijs: in hospites benignus misericors ad abolẽda prodigia supplicationes habuit frequentes.

Saraceni

Prodigia

EPISTOLA QVADRAGESIMQVARTA.

Bonifacius Symonetas Cornu Abbas/Octauio Rhetori fœlicitatem.

Lpheum flumen in Achaia demergi aiunt: an sub mari fluat: & cũ Arethusa fonte
a apud Syracusas scaturiat: & quare in ortu pueri lugeãt: petis a me certior fieri. Ab alijs rebus distractus nõ has in p̃sentia interrogationes audire: sed te Epaminũdam in his quæ dicã: simillimũ cũ animaduertam: tanto homini nõ obtemperare censeo in ciuile. Epaminundas Thebanus imperator unguẽtato corpore/ac hilari facie solitus erat in frequentiã ꝓcedere: accerrimo prælio Sparthanis olim confractis squalidus dimissa fronte in mediũ amicor; uenit. nercunctãtibus: an ægrotaret: nõ ægrotare respõdit: uerũ heri (inqt) fui insolentior/& elatioris/q̃ par esset animi: ideo ex incontinentia/& imoderata lætitia hodie plector. Alpheus amnis (ut fertur) Elidis in Achaia mergitur: in Sicilia uero cum Arethusa fonte apud Syracusas iterum se attollit: & auctores hoc tali ratione attestanť. De quinquennio in quinqẽniũ decertãtes: cũ sacrificia olympica agerent: purgamẽta hostiarum in Alpheũ deiecta in Sicilia inuenta sunt. Paneus sub monte Libano fons est: in quo si qua nantia experimẽti gratia proijciunť: illa eadem in lacu: qui Phiala nominať/ enatare reperiuntur: Trinacria cauernosa est: sic ignes: qui in ea euomunť: sic Syllę atq; Carybdis uoragines ostendunt: si ꝑ cuniculos itaq; telluris Alpheus hucusq; fluit: haud stupendũ: aut mirabile est. Plura flumina ubiq; terrarũ/& euidentius in Africa: ubi est penuria aquarũ demerguntur: & ita etiã agit Nilus: anteq; sit perpetuus: ideo eius ignorať origo. Quare pueri in ortu uagiant: quod est secretius aduerte. Pueri tarde rident: quia muti nascũtur: diu balbutiunt: & tarde loquunť. Qui si ante quadragesimũ diem rident: & ita ante tempus loquunť prodigiũ infœlicitatis est. Nullum animal quo ad quãtitatis cõpensationẽ tam exiguũ genitale: ceu homo habet. Nec inter fœminas quo ad corporis magnitudinẽ nulla ampliorẽ rimam habet/q̃ mulier. Hoc prouidentia dei: & natura: quæ nuſ q̃ sine ratione operať agunt. Si hoīs membrũ obscœnũ instar asselli tumesceret: uiri tãto põdere segnes/& tanta molle in formes orbis dehonestam ẽta: aut ridicula forẽt. Immo i pudẽdis fertiles/ imbelles sunt: nec bene militãt/& raro generant: quos etiã/cũ rudes sint/asellis æquiparamus. Homo respectu sui corporis cũ multo plus habeat de cerebro q̃ aliud animal: ideo grossum atq; rotundũ in utero matris caput est: quod cũ nascitť/lata indiget ianua. Matres q̃ magnitudine uuluæ nõ iuuanť: in partu per orificij fracturã sæpe moriunť: & quædã fracto uersus uesicã meatu cũ excruciatu uulneris expirant. Os/quod pudendis imineť: cũ nulla (q; sit discõtinuũ) uestigia habeat: beneficio dei tunc apperitur: ideo os sacrũ a quibusdã nuncupať. Natura sagax q̃rimulam instar equæ ad partũ ampliauit: nõ tamẽ hostiũ tantũ dilatauit: quin infans (quo nihil est mollius) in ortu coarcteť: ideo inter parietes cõpressus luget: cũ sit etiã sine pilis & squãmis/frigida/duraq; illi oĩa uidenť: ideo flet. Octauí aliquis seductor: steriles nõ tã magnis indigere orificijs: posset causari. Natura taliũ nõ obseruat pcunctationes: sed agit uniuersaliter: & id quod est melius. Fœmina concipiens minus est infirma/q̃ sterilis: sed est debilioris corporis: citiusq; fit anus. Infœcunda uero pluribus afficiť languoribus: & est quasi iuuenis. Puella incõsueta/ut quindecim annor; ob paruitatẽ matricis: ne in cõceptu pereat timetur: & similiter si febris acuta: quæ fœtum interficit: superuenerit.

Epimanundas

Alpheus amnis

Paneus fons

Puerorũ uagitus

Pudibũda

Os sacrũ

Fœmina concipiẽs

DONI PONTIFICIS QVIES. CAP. XLV.

Onus Mauricij Romanus: Rauennatum ecclesiam Romane renitentem sanctita-
p te uitæ sibi obtemperare astrinxit. Grimoaldus Percarem Ariperti regis filium regno eiecerat. Quem exulem: & e Gallia in Britanniam trajscientem incerta uox

Percaris

Ellago-bertus

ut Grimoaldo mortuo regnũ paternũ repeteret admonuit. Licet auctor eſſet incertus: his auſpicijs Italiã repetens tertio menſe ditionẽ paternã cõſequit. Ellagobertus Francoꝝ rex calidiſſimi ingenij cõſilio & manu promptus eodẽ tpe obijt. Illius anima ad Lipareã inſulã ubi eſt ignea uorago: a demonibus uiſa eſt pferri: eueſtigio uero a manibus ſpirituum diui Martini/Dionyſij/ac Mauri auxilio rapit: nam rex iſtos ut patronos ſemp in uita coluerat.

EPISTOLA QVADRAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Antonio ordinis Ciſtercienſis profeſſo fœlicitatẽ.

Animę an patiantur.

a

Ntiquoꝝ plures: ſontes animas in cẽtro mũdi flagellari nobiſcũ: & poetæ: in cẽtro terræ eſſe carcerẽ Iouis noxioꝝ cruciamentũ ſentiunt. Poetæ ſuis modulis oblectari annitẽtes hiatũ terræ: ſiue baratrũ: regnũq; Plutonis magiſtratibus diſcretũ eſſe: Minois etiã & Rhadamãti iudicia a reis expectari: campos elyſios ſanctis eſſe amœnos: flãmas uero ſceleſtibus/& ſupplicia/& furias tũ ſerpẽtibus in maleficos accingi cõcinnũt. Noſtræ religionis ꝓfeſſores reiectis fabellis nefaſtos ſpiritus ꝑ potentiam dei in telluris penetralibus: & ubiq; (ſi diuinitati libet) torqueri: fœlices uero in cœlis ſublimari memorãt. Nõ nulli ꝑuaricãtes licẽtius philoſophicis rationibus euagati animã: cũ ſit ſubſtãtia imaterialis eam neq; ab igne uel ab alia materia poſſe ledi exiſtimãt. Alij ſaniores rationabilius meditati animã a materiali: uel a quocunq; ꝓportionali qui per potentiã dei poſſe agitari fatẽt. Vaſtũ eſt hoc tale ꝓfundum a theologis: qui puppis inſtrumẽta ſciunt nauigandũ. Antoni

Incubus quid ſit

Incubus nõ eſt dęmon: qui uelit animas cũ corpore turbare: ſed eſt ægritudo: in qua dormiens phantaſma graue ſup ſe ſentire exiſtimat. Eſt ægritudo cum anguſtatiõe ſpiritus: a qua quandoq; æger pororũ opilatione ꝑfocatur. Incubus unã e tribus ægritudinibus uidelicet aut epilenſiã: aut apopleſiã/uel maniã ꝑcedit. Huius ægritudinis cauſa eſt uapor materiarũ denſarũ ſiue ſanguineæ: ſiue flegmaticæ: aut melancolicæ ſint ad cerebrũ ſubito eleuatarũ qui uapor a motibus uigiliarum reſoluitur.

AGATHI PONTIFICIS FOELICITAS. CAP. XLVI.

Græci & latini uniuntur.

a

Gathus patre Romano natione Siculus e monacho pontifex creatus: leproſum obuium oſculo curauit. Conſtantinopolim hortamine ſuo ducentoꝝ/ac octogintauem epiſcopoꝝ ſinodus celebrata eſt. Conſtãtinus põtificis legatos benigne ſuſceptos ut omiſſis ſophiſticis cauilationibus ſedato animo e duabus eccleſijs unã agant: ꝑſuadet. Duas naturas & operationes in Chriſto eſſe aſſenſere omnes: cum Ioannes epiſcopus Portuenſis octaua paſchæ in baſilico ſanctæ Sophiæ principe/patriarcha/ & Conſtantinopolitano populo aſtantibus latine miſſam celebraſſet: hanc maieſtatẽ/ac ſeruandũ ſacrificãdi ritum eſſe: ab honeſto diſſentire ſecus ſentientes affirmauerunt.

EPISTOLA QVADRAGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Octauio Rhetori fœlicitatem.

Homines carnoſi.

ſ

Aepe ſocari: aliquãdo etiã ſerio ſcribere a quibuſdã cõpellor: ideo forte nihil cõcine reſpondebo. Homo pinguis eſt breuis uitæ & cũ modici ſit ſeminis: quia in pinguedinẽ trãſmutaſ: circa uenerea eſt ſegnis. Homines magnę mollis & carnoſi uade: ſi nõ ſunt cõpactæ & duræ carnis: ad ueneris paleſtrã e naturali impotentia torpẽt: quia multo nutrimẽto idigẽt. Fœminas magnę mollis frigiditate inherẽtes ægre uulgãtur coire quas illectas: & a caliditate motus accẽſas appetere: & parũ poſſe exiſtimãt. Pingues e lubricitate raro generãt: quæ ſi cõcipiũt: e matricis arctatione difficillime pariũt. Macri hoies languore: aut infortunio nõ extenuati: & utriuſq; ſexus exilium crurũ: cum nõ multo pro membris indigeant alimento: & in ſuperfluitatibus exuberrent: in lucta lecti nõ dicenda præſtant. Vltra uires quandoq; coeuntes nõ utiq; ſemen: ſed uentoſitatem: aut aquam ſterilem: ceu pueri ante tempus emittunt. Iſtius fontis nimio potu ſe irrigantes ſanguinem morientes ſæpe emittunt. A fide dignis duos in compreſſu uxorum inter fœmora clunibus adherentes expiraſſe his tẽporibus audiui. Ebrij lubricitate multæ aquoſitatis/ ac multum comprimẽtes ex ueri liquoris ſterilitate nõ generant. Octaui nihil eſt ſuperfluo coitu pernitioſius: e delectatione ſubſtantiã ſpirituum euacuat: uirtutẽ & caliditatẽ innatã mortificat: uiſum & auditum & crura hebetat. Talibus tinnitus/ febres acutæ & adurentes tremor/ neruorum debilitas/& uigiliæ fiunt: oculos ad exteriora ſicut in ſeparatione animæ a

Macri.

Coitus nocumenta.

corpore emittunt/ dorſi/ renũ/ ueſicæ/ dolor & fœtor oris ſuꝑueniunt. Colericis oripilatio fit & debilis digeſtionis rugitus. Putridis humoribus refertus poſt coitũ fœtet. Moderata cõbinatio ſedat irã: & audaciã ꝑſtat. Melãcoliæ pluribuſq; ægritudinibus: & flegmaticis omnibus: coleræ etiã nigræ: quia expellit fumũ a cerebro/a corde/renibus repletis cõfert. Apoſtemata inguinũ/ teſtiũ/ tenebroſitatẽ uiſus: uertiginẽ: grauitatẽ capitis: uaporẽ fumoſum alleuat. Ex eius dimiſſione ex abundantia ſemen fit uenenoſum: unde ad cor: & ad cerebrũ uapor malus uenenoſus tranſit: ſicut in mulieribus/ in coarctatiõe matricis accidit: & tunc grauitas/ frigiditaſq; corporis: & difficultas inceſſus ſuperueniunt.

Coitꝰ moderatus.

LEONIS SECVNDI PONTIFICIS ELEGANTIA. CAP. XLVII.

Eo Pauli natione Siculus in græcis litteris/latiniſq;/& in muſica peritus hymnos eli

l

mauit. In celebratione pacẽ populo dari/ac ne ad archiepiſcopatũ aſſumptus ꝓ uſupali/ aut officijs quicq; ꝓſolueret inſtituit. Præſulũ/ac cleri Rauẽnatũ temeritatẽ: & ſuperbiã infregit: qui ſe ſedi apoſtolicæ pares credentes exarchorũ potentia freti ꝓ arbitrio humana diuinaq; miſcebant. Leo eloquentia/pietate/ clemẽtia excellens uerbis & exemplo ad iuſticiam/fortitudinem cunctos illexit.

EPISTOLA QVADRAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Renaldo procuratori fœlicitatem.

Auennatũ præſulem/& clerũ una cũ Exarchoꝝ potentia in ſuperbiã elatũ a uera ec

r

cleſiæ Romanæ inclinatione/diuina/humanaq; confundentiũ exemplo Abſalonis Achithophelis/& arrogantia rebellantiũ: ad nihilũ ductũ fuiſſe legimus. Achitho-phel ciuis & Abſalon: in Dauid uerũ regẽ coniurantes penſili interitu proditionibus calcẽ impoſuere. Abſalonẽ fratris interfectorẽ ægre patri remeãdo reconciliatũ: & diluculo more hebreorum redimitũ: atq; ante regiã parentis e compoſito morantẽ plebei conquerentes obibãt. Senatores uero: ac magiſtratus patris in corona adulantiũ: eos ut iniuſtos arguẽs: q; nihil niſi arbitrio legũ diſponeret: ſi ipſe imperaret: aſſerebãt. His concionibus ad regnũ repetẽs omniũ fauorẽ: quo iam dominari poſſet: ſibi uẽdicauit. Et aliquod iã ad defectionẽ ſubornatis protinus patrẽ adijt: cui ſe ante recõciliationẽ in Hebron ſacrificare uouiſſe mẽtitur: atq; uelle deo prius ſatiſfacere: tum ad litandũ feceſſum petijt. Coniurãtes in locũ ſceleris cõuenerãt: inter quos Achithophel: & Hieroſolymitani ad ſacrificia acciti Abſalonẽ regẽ ꝓnunciant. Dauid cũ ſexcẽtis armatis illũ comitari ſolitis relicta urbe trãs Iordanẽ fugit: & cũ Achithophel ꝓditor aſtutus Abſalonis partibus faueret: regnũ non amplius eum adipiſci poſſe arbitraꝝ. Fugiẽti ex amicis intimus Cuſi Dauid regi nudis pedibus/abſciſſa ueſte/cõſperſo cineribus capite lachrymãti occurrit. Dominũ cõſolatus ad Abſalonẽ ingt ut cõſilia eius tibi prodam/& Achithophelis dolis reſiſtam: nũc reuertar: & ate defeciſſe fingam. Cuſi Abſalonẽ ſalutatũ adorat: regnũ nunc adeptũ fœlicitate perennari: aſtãte turba fauſte multa ominando ꝑcatur. Tum Abſalon quare patrẽ nõ ſequereꝝ: illi ꝑcipuus amicus blandientẽ interrogauit. Deũ tibi aſpirantẽ: & totius populi iudiciũ ſequor: idcirco cũ ſit tibi regnũ a deo tam oportune cõceſſum: eandẽ tibi fidẽ: quã antea genitori tuo Cuſi reſpondit ꝑſtabo. Tibi nõ dedignor famulari: quoniã iudeoꝝ principatus nõ ad externos trãſcendit: ſed filius quod legale eſt: in ſolio patris ſedet. Achithophel conſultor Abſaloni pellicũ regis coitũ ſuadet: ex eo populus inimicitias irrecõciliabiles cõflatas putabit. Peracta diſua uiatione: decẽ millia hominũ electa ſibi tradi: quibus patrẽ cõſecutũ perimat: expoſcit. Cuſi quæq; eius conſilia infirmans ait: O rex tui patris: ac comitatus fortiudinẽ: qui in multis prælijs dimicãtes cruentiſſimi uictores ſæpe remearunt: nõ ignoras. Dauid bellicoſus prouidus: ſagax latitare: hoſtes declinare: ꝑ petras & amfractus iſidiari calet: uaria inſinuatione congreditur: a prælio ſe ſubtrahet: & mira caliditate quandoq; reſiſtet: tu maturius aliquantulum (dum uires regni colligas) morare: cũ erit opus urgere: copias educes: & ne decipiaris: dux eſto tuorum: nam contractis auxilijs patrem tuum cito obſidebimus. His perſuaſionibus fortũna fauit: ideo ꝑ internuncios rebus Dauid patefactis (ut lõgius diffugiat) admonet. Achithophel ſua cõſilia irrita eſſe: ac q; Abſalon in primo conamine cederet: maturãs: ne ſuperſtes uictoribus ex defectione lueret ante ciuile bellũ mori ſtatuit. Ruri ſecedens cũ proximis de futuris cõcionatus in penetralibus domus abditus ſe laqueo ſuſpẽdit.

Achithophelis Abſalõ filius regis

Cuſi amicus regis

Epamínunda

Epilensia quid sit

Absalon plio suparatus a conflictu fugiēs Cæsarie arbori inuoluta detētus sic pandulus a milite hasta transfodit. Per mortē Achitophelis Cusi prudentiorē: ut cū Epaminūda cōueniamus: nō dissonū erit censere. Epimanundas an ipse: an Cabria: uel Hiphicrates imperator melior esset: interrogatus difficile est: quoad uiuimus: de nostra uel alterius pstantia (inquit) iudicare. Renalde Achitophel epilenticus: ut ipse proditor: tandem dominus deficientibus imperaret: tantarū cladiū fuit cōcitator. Epilēsia est ægritudo phibēs membra aboperationibus/a motu/ & erectione propter opilationē/ quæ est spasmus uniuersalis/ ob nocumentū cerebri ex opilatione phibens transitū uirtutū & possibilitatē corpus erigēdi. In epilēsia aliqui e poplite pedis uentositatē frigidā sentiūt eleuari: uersus cerebrū tendentē: cū ad cor cerebrū puenit: epilēsiā operat. Ante crus forti ligamine constringere medela: aut alleuiatio est. Quod si patiētes sup poplitē cauterizent: ut uapor retentus exeat: sanantur.

BENEDICTI SECVNDI PONTIFICIS INSTITVTA. CAP. XLVIII.

Electio pōtificis

b Enedictus Ioannis Romanus sacræ iuterpretationi deditus humanitate potissimū in pauperes usus homines deuotos beneficijs sic effecit: ut cunctorū suffragijs in locū Leonis demortui subrogaretur. Constātinus imperator hominis sanctitate motus: ut ille quē clerus & populus/& exercitus Romanus in pontificē eligerent: nulla Constantinopolitani principis: aut Italiæ Exarchi expectata auctoritate uerus dei uicarius imperaret: ultro sanctionem misit. Tempore benedicti Vesęuus mons Campanię tanūignē euomit: ut loca adiacentia nō modica iactura exusta sint.

Vesęuus mons

EPISTOLA QVADRAGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Theodoro Emperico fœlicitatem.

Plinij mors

b Linius nauigās: cū Vesęuus mons eo tpe adhuc arderet rei nouitate captus remigibus renitētibus monti flagrāti: cū etiā a uapore offendaret appropinquauit. Verū nec rate: nec postmodū in continenti sedens: quin auidius repentinas flāmas cōtemplaretur: poterat expleri. Diu sic moratus uaporę uenenositate: & aeris siccitate infectus est lecto uero inclinatū: cū quiescere illū existimarent: hoiem expirasse inuenerūt. Huius montis exigua materia cito consumpta euanuit: ideo æternum nomen: ut Aethna: ut Chimera: & ignæ uoragines Vesęuus non habuit. Aethna ab æterno decantata in præsentia deficientibus alimentis nihil nisi fumū exalat. Rupes ita æstuantes in meatibus terræ: quod nō semp perēnat: sulfur: uel naptā incendij materiā habēt. Napta species telluris glutinose est: ut sulfur: eo etiā magis incendio apta. Babyloniæ regio crebris fulminibus icta confoditur: e quibus scatebris bitumen ad lateres: ad ædificia oportunū euomitur. Alexāder in quodā illius regionis agro cunctatus ex eo flāmas æque: ac a fonte exalari stupuit. Napta ibidem uberrima bitumini psimilis tantā cū igne cognationē habet: ꝙ e solo splendore ignis anteq̄ attingatur: incēdit. Babylonij uim huius bituminis regi ostēdere appetētes angiportū paulisper irrorarūt: igne admoto uno intuitū tota structura flagrauit. Atheno phanes Atheniēsis Alexandri corpus unguento: lauacris solitus curare: ut repente iocaret: Pusionē Stephanū in balneo regi astantē annuente principe Babylonio bitumine perunxit: flāma inextinguibilis solo contactu adeo inualuit: ꝙ Alexander etiā pueri obitū expauit. Si uasa aquis referta nō affuissent: Stephanus ita ī unctus expirasset: qui uix inter tāta auxilia: ut languide semp uiueret: euasit. Hæc & mirabiliora in tam expanso orbe: si uacaret experiri ostenderētur. In Macedonia est fōs Succistiges nūcupatus formidabilis: qui omne æs & ferrū exurit: uirus hoc nisi ungula equi cōtinetur. Quale uenenū Antipater Macedoniæ pfectus ad militiæ comitatū ab Alexandro accersitus: necari hac petitione ueritus: per filios regi administrauit: Iouis siue alio nomine sacer fons in Epiro scaturit: cuius aqua frigidissima ardentes faces imissas extinguit: extinctas uero cōtacto accendit. Fons iste in meridie deficit: circa mediū noctis exuberat. Esampeus fons Scitharū amarus Hipanū fluuiū ante permixtionē potu amœnū: cū illi misceat: reddit impotabilē. Debris fons apud Garamātes a meridie usq̄ in mediā noctē feruet: a media nocte usq̄ ad meridiē friget. Albertus scientiarū pstāta magnus fontē esse mirabilem narrat: & ait: ꝙ in eo fonte omnia intromissa lapidescunt. Si intro uestem quis poneret: pars aquis madida lapidesceret: sed pars nihil uda ut ante pānus

Montes ardentes

Napta quid sit

Babylonia habūdat bitumine.

Stephano e bitumine ī unctō

Succistiges fons

Sacer fōs

Esampeus fons.

Debris fons

Fons mirabilis

Apoplexia

molesceret. Theodore Stephanus iste tali ueneno affectus diu instar defuncti iacuit: quod in apoplesia idem sæpe contingit. Aliquando quis ita in uehementem apoplesiam cadit: ꝙ inter ipsum & mortuū cum nihil anhelet: q̄uis pulsus nō omnino cadat/ nulla est differētia. Sic patientes nōnunq̄ reuiuiscunt atq̄ sanant: quibus ad septuaginta duas horas sepultura dimentū tardatur. Stephanus iste ex ustulatione in neruis lesus semper fuit imbecillis. Neruis coitus superfluus: somnus super repletionem: potus aquæ frigidæ: multa ebrietas: acetosum & stiptícum potentia: frigidum necnon & flobotomia nocent.

IOANNIS QVINTI PONTIFICIS PERTVRBATIO CAP. XLIX

Saraceni

i Oannes Ciriaci natione Syrus saracenorū proteruitate multas animæ uexationes: omnia tamen simulando tulit. Saraceni Africam inuasere: qui cum Iustiniani illecebris nō mollescerent: ui & ferro coerciti uectigalia imperio persoluerunt.

EPISTOLA QVADRAGESIMANONA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Marco centurioni fœlicitatem.

Hermaphroditus iuuenis decorus

h Iacynthe per philoſophos imbelles perſuadebo multa: ſed in copia uerborũ aduerte: quod in caſtris experientia nihil eſt (Paulo Aemilio teſte) præſtantius. Paulus Aemilius cũ Macedoniã inuaſiſſet: inſtructos hoſtes obuios comperit: illum exitũ maturantẽ: ut eos adoriretur: Naſica hortatur: reiecit hortatũ: & facerem iſtud: ſi mihi tua ætas eſſet: ait: nam longa experientia uetat: ne itinere fatigatos contra inſtructã aciem cogã dimicare. Relicto Aemilio ad phiſonomiam militum: quod erit blandius: ueniamus. Rarę texturæ corpus: quaſi ſit bene ſpirabile: quia per poros patentes ſuperflua expellit: ut ſaniſſimus philoſophi laudant. Raritas ita probata non tamen nimis excedat: quoniam exterioribus non reſiſtet nocumentis: unde tali enormi apertura ſpiritus corpora fortificantes exalarent. Textura mollis: quæ nõ ſit ut in fœminis flegmatica: conſpicuum ingeniũ ut ſcabra rude & indocile protendit. Ad fortitudinem militiæ his neglectis alia penſamus: quoniam carnem ſolidam/ hirſutã/ denſam/ compactã in laboribus tenacem aduertimus: quoniam tales ſtipendiarij inextricabiles labores ferunt. Homines/ bruta/ atq; aues rapaces/ & animalia quæq; fortia ut plurimũ audacia/ iracũda/ duri/ compactiue corporis ſunt. Animalia huiuſmodi neruoſitate carniũ/ oſſium compactione nota calidum/ mobile multi laboris corpus habentia ab aliis probitate differunt. Ex oſſibus leonis ſimul collißis: ut e lapidibus cũ leo ſit calidior/ duriorq; animalibus ignis elicitur. Feræ quarũ ſanguis aquoſis frigeſcit: molles/ debiles/ & manſuetæ ſunt. Corpus conpactũ: quale narraui: in laboribus minus reſoluitur/ ac magis q̃ rarũ uenenis: & maxime peſtilentia reſiſtit. Si calide complexionis ſocios ut meliores ad arma uacabit ſortiri: his notis gentiũ complexiones iudicabis. Temperati ſi inter homines comperiri queunt: in tactu nõ ad gelu: non ad æſtũ excedũt: ſed æquatur. Aeſtuantes complexiones ſemper appropinquantes calefaciũt: ut frigidæ ſua mollicie illos tentantes infrigidant. His conſecturis prudentius quã dixerim inhęrendum eſt: quoniam alteratis/ uariatiſq; accidentibus ſigna hæc: ut fallacia decíperent. Carnem rubeam ſoli dam pinguedine non exuberantẽ: cui etiam groſſities/ multitudo/ criſpitudo capillorum accedunt notemus. Rubeus: niger: brunus: rufus: ſubrufus color ipſe calidatẽ: rubedo citrinizans temperamentum: albedo: fuſcedo: cæteriq; colores frigiditatem indicant. Per pectoris ac membrorũ amplitudinẽ: per uenarum apparitionẽ caliditatem ſic per oppoſita membra frigiditatẽ hac ratione coniectamur: quia uirtutes naturales gelu attonitæ nõ complent operationes: ſed calor innatus omnium uirtutũ inſtrumentũ quando dominatur: membra ampliat. Pueri: mulieres: ſenes:: Eunuchi uirtute imbecilles: acute calidi uero homines grauiter: uelociter cum amplitudine uocis loquuntur. Fortem iram in motibus feſtinationem: audaciam: uerecundiam: impietatẽ: agilitatem: morum uirilitatẽ: paucã ocioſitatẽ: caliditatis: ſed oppoſita frigiditatis ſigna narramus. Viri fortes uino amicantur: & iniurias perferre nõ poſſunt. Philippus: Alexander: & cæteri Imperatores acerrimi uulneribus prælijs: laboribus laſſati: & aſſidue eum amicis epulari liberius q̃ par eſſet: uino ſe proluerunt. Hiacynthe plagas orbis: ne in coloribus decipiaris: diſtingue: extremorum clymatum gentes non uniformiter colorantur. Intra tropicos: uel apud equinoctialem uiuentes a ſole: qui bis ſuper eorum capita in anno tranſit aduruntur: duas hyemes: ac duas æſtates feruentiſſimas hi habent: idcirco eorum ſemen in matrice calida & ſicca cadens decoquitur: ideo illorum filij cum criſpitudine capillorum nigreſcunt. Indi plures: & cuncti Aethiopes: quorum membra exceſſu caliditatis incuruantur: os protenſum exterius: caput nauiculare: pectus eminens: crura cum brachijs contorta habent. Septimi clymatis ſeptẽtrionalis a uia ſolis ultra omnes ſemoti frigiditate albi naſcuntur: quorũ fœminarũ matrices nõ rite mundæ frigent: ideo in his regionibus nati: ut Sclaui/ Scythæ/ Dacij/ Theutonici/ Anglici dealbantur. Media clymata ſcd'm acceſſum ad extrema habitũ coloris uariãt: ex albedine/ ac nigredine colores permixtos conſequuntur. Hiacynthe deus ſublimis homini temperationem complexionem dedit: nec aliqua ſpecies ei poteſt aſſimilari. Et tali temperamẽto intellectus/ mores membrorũ configurationes pulcherrime deueniunt. Si autẽ in tali complexione eſt aliquis exceſſus: ſtupefiunt ſenſus: corpus corrumpitur: intellectus peruertitur. Exceſſus in caliditate/ frigiditate/ ac in reliquis qualitatibus ſi permutant: tunc homines ferini & brutales ſecundũ mores/ actus/ uiſum/ & alias apparentias ſunt. In medicina pſtigijs/ maleficijs/ ac in archimia membra hominis incõprehenſibilis uirtutis eſſe leguntur: ex his nonlo tamen niſi quædam iocoſa narrare: ſane Africa/ & Aethiopia/ & India ſerpẽtibus refertę ut externo haud indigent ueneno. Capilli hominis ſuffumigati croceum colorẽ effingunt: ueſpertilioni: qui ſi alligentur: ille nõ dormiet. Puluerizati: aut cum ſanguine humano contriti oculorum ſanant omnẽ infirmitatẽ. Puberis capilli ſcorpionis ſerpẽtis morſum: æque canis rabidi: ſi deſuper cũ aceto applicentur: curant. Hominũ crines cum aceto mixti incu rabilia uulnera ſolidant. Dens hominis mortui/ dentium dolorem ſupra impoſitus mitigat ſi capiti dormientis ſupponatur: profundiſſimũ ſoporem inducit: & omne hominis os capiti ſuppoſitũ idem operatur. Craniũ hominis contritum per nouem dies: & ultra epotum epilenſiam aufert. Lingua mulieris ad præſtigia: & in cãtationes: & ad furta ualet: quomodo talia operentur: boni uiri eſt (ut perficiat animã) legere nõ autem docere. Homo ieiunus maxime colericus: ſi in ſerpẽtis caput ſpuit: illum necat: ſputum cum uino: in quo anguilla obijt: ſi bibatur: uinum abhominabile reddit. Morſui ſcorpionis ſerpentũ: canis rabidi uirus hominis poſſumus mederi. Cruor hominis in lampade noua accenſus ſtantes in lumine turpes efficit. Aqua e ſanguine hominis lambicatione electa eſt mirabilium operũ effectrix cancrũ/ fiſtulam/ ulcera/ & longas ægritudines bibita illataq; ſanat. Veneficæ mulieres abluendo ſibi nates: ac raſurã pedũ & ſanguinẽ cuiuſdã digiti: & res alias quas omitto adiungentes: amores porcis: & quibus uolunt: inducere procurant. Expertum eſſe periti memorant: ſcilicet q̃ maritos ad tollerandum eorũ inquinamenta: ſic iſtis faſcinationibus inficiũt q̃ pellicatum etiã uidentes non credunt. Fœminæ nõnullæ audacius agentes ſanguinẽ mẽſtruorũ poculis imiſcent: quæ cum ſanguis uenenũ ſit: pro amore amentiã: uel mortẽ quãdoq; accelerant. Hiacynthe maleficus quidam longe mihi exoſus: qui ex alutis/ ex pelle inguinis defuncto; compoſitis coitũ auferre uel ſoluere poterat: nunc ſic reor: ultore deo lapidis morbo lagueſcit. Lapis in renibus: ac in ueſica e materia groſſa: uiſcoſa a ferculis groſſis mediante calido ab æqualitate egreſſo generatur. Lapis renum ad rubedinem: ueſicæ magis ad albedinem declinat. Pinguibus in renibus: extenuatis in ueſica ut plurimũ huius lapidis generatio fit.

Tempera tior cõplexio eſt hominis.

Membra hois i uirtutibus.

Lapidis generatio

EVGENII SECVNDI PONTIFICIS BONITAS. CAP. V.

Michael

e Vgenius Bouemũdi Romanus: arrogantiam Michaelis iuſſit execrari. Michaelis Conſtantinopolitani imperatoris oratores: ad Lodouicũ qui acceſſerant: de ſacris imaginibus quid cenſeret: an abolendæ forent: cõſultãtes: ad pontificẽ: ad quẽ talia pertinerẽt: Lodouicus reiecit. Eugenius rei frumẽtarię intentus: ut nullibi q̃ Romæ fruges uilius uẽderentur egit. Pupillos & uiduas inſup ita enixe tutat⁹ eſt: ut eoꝝ pr & altor diceret.

EPISTOLA QVINTA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Hiacyntho fratri equitum magiſtro fœlicitatem.

Comes Iacobus

c Onſpicuos & fortes uiros: fama ac tumultu: uel inſidijs circũuentos: exangues & ſqualidos trepidare ſæpe uidebis: qui rationibus: & hortamine ad priſtinum uigorem aſſidue poſſunt reuocari. Tyrones magis: & quandoq; etiam induratos milites in repentino aliquo euentu miramur effœminari: qui contione & exemplis ut a ſopore excitantur. In ſexto & decimo anno quidã ex æqualibus meis ductores militũ attonitos: & allucinãtes quomodo incẽderit aduerte: narrabo. Comes Iacobus Siſmũdũ: nomine regis Alphonſi: bello ꝓpitiante fortuna inuaſerat: a quo Siſmũdi turmæ raræ & incõpoſitæ/ atq; inermes: & blãda quiete ĩã ſegnes ꝑmebant. Sodalis: quẽ ꝑmiſi: q̃ſdã Siſmũdi ſtipẽdiarios

Oratio cuiusdã iuuenis

lugentes tali oratione audere/ ac hostes conculcare compellit. O ductores/ o socij/ o patres strenuissimi thesauris/ regnis: & quocunq; ducatu dignissimi: quare nunc trepidantes al/ gemus ignoro. Nihil est uiris indecẽtius/ q̃ mulierum arma: qd̃ est eiulare/ ciere/ mulierum est lugere: & per ululatũ leuia quæcũq; infortunia augere. Non impedimẽtis in tuto locatis nõ fossis: & forti uallo: sed prudentia cõsilij: & pseuerantia uirtutis: atq; magnanimitate in/

Alexãder Parmenioni.

fracti animi hostes cõsternunt. Alexander Parmenioni de hostibus: decq; castrorũ amissiõe trepidanti respondit: cõtra multitudinẽ insolentius instrepentẽ speraret: omninoq; cũ sua paucitate ordines seruaret: quoniã sic audendo uictores euaderet: & suis/ ac hostiũ castris pertinacia tali potirent. Quod ego pauca expertus: corpore/ ac mẽte infirmũ quẽ esse puta/ tis: ante generosos spiritus proloqui audeã: forte cũ de stomachatione miramini: sed si dij q uos: fortunasq; uestras: & proximos uestros diligunt: p me imberbem tam plene: ut p pro/ phetã loqui dignentur: certe admirandũ est. Ipsi enim/ qui uos lucris: ac triumphis insigni/ re cupiũt/ me audentẽ/ me facundũ reddunt. Ideo ea quæ ego imberbis circa plia i expertus quæ p salute uestra persuasurus sum: nolite ex leuitate/ ex arrogantia: ne dij irascunt/ p̃cor irridere: sepe noua organa: & lyrę inuigilãtius elaboratæ uetustis: & exigui lapides p̃cios/ sæpe molibus p̃feruntur: & noui agri ubertate quandoq; sterilitatẽ antiquorũ confundunt Ego adhuc sine lanugine plura bella in una die & forte i una hora noctis uidi: q̃ uos omnes per uarias regiões in lumine solis euagati. Italicos tumultus tantũmodo estis experti/ ortus occasus/ austri/ septẽtrionis/ & etiã alijs occulta bella ego lucubraui. Indoles mea/ historijs q̃ semp inhesit: modo uobis uidẽ miracula referre. Per illas didici multitudinẽ crebro cõster/ nari & didici uiros/ si prudentia & magnanimitate regunt: in rebus aduersis fortunã incli/ nantẽ in melius pmutare: & res iam desperatas: uel obrutas denuo ad lucẽ educere. Nunc amici/ uxores/ filij/ proximi audendũ esse pclamant: & ne a tyrãnis ipsi populationes patiã tur: & nos: ut fœminæ ne deuincamur: si nõ uidenẽ tamẽ lachrymanẽ. Si p canibus: riuulis fontibus: pratis fas est iacularj: animosius p propria salute p proximis: q̃bus nos aggeres: & scuta sumus: & dijs nostris decertandũ est. Hostes: qui iminent amicorũ/ uxorũ/ filiorum spolia/ ac sanguinẽ hunc assciscere recordemur: quos si timorẽ in temeritatẽ armis pruden tię munitã uertemus: illos in nostra membra sæuire affectãtes summa fœlicitate/ ac si bruta essent supabimus. Si nos tercẽtũ (ut ita dicã) leones: illas inumerabiles pecudes: i cacumine mõtis pasci q̃ uidenẽ: primi inuademus: ante uelitationẽ eorũ corda frigescere sentiemus. Nos exiguos: q̃s tristari: uel magis fugere: aut supplicaturos cẽsent: ubi primo cõgredi: au daciusq; hastas uibrare sentient: nos multos fore: & sub paucitate latere: uel etiã insidias ut circũueniantur: cõposuisse autument. Hos consilij/ mẽtis/ salutis ancipites p hos abruptos montes: & p has semitas sentibus: & uirgultis inuias iamiam se p̃cipitaturos fingo uidere. Si terga dabimus: quod abhominor: in tanta pbitate uirorũ referre hostibus uictoriã: nobis dedecus comparabimus cõpræhensi: testor deos: inhonestius q̃ latrones cõtorti supplicijs plectemur. Hęc nostra corpa si timiditate cadent: aureis templis: & gẽmatis bustis: q̃ digna sunt pfecto infodi: suo pedore: uultures lupos ad nos inter eorũ stercora humãdos ciebũt. Corpora nostra: quæ regnis præesse: q̃ etiã p dijs (si uolumus dimicare) uenerari possent: p agros a feris egerentur. Hæc inhoneſta busta: hæc parentalia hostes hodie nobis præmenti bus habeant: quorũ umbras inferi nobis sospitibus semper agitent. Imbelles ad spolia con fluentes nos defunctos pessundent: resupinos & execratos iterũ confodient: uel hincinde hæc saxa forte semiuiuos: & bene spirantes distrahẽt. Nos bellica strenuitate hanc oram ferro & incendijs uastauimus: peregrinos & finitimos ad libidinem contorsimus: pecora/ ali/ mentaq; abegimus: hæc nostra audacia: uel forte temeritas quid supplicij mereatur: me/ ditemur. Equites equitibus: pedites peditibus: ut uolumus/ fingamus ad nutum/ & cla/ mentius nobis misereri: agrestis turba/ pastores/ mercenarij/ populi ex indignatione ad præ dam inhiantes/ cum poterunt prædando sæuire: ita nobis sicut aquilæ alitibus: & leones dammis miserebuntur. Hi totiens exagitati iniuriarum memores: & illas exprobrãtes nos uictos confodient/ dentes/ membra/ oculos (ut tristius uiuamus auferent. Turmæ militum quasi supercilijs montium tela crispare cernitis: nos pusillos: ut cuniculos: ut mures e late bris egredientes uilipendunt. Vrsos/ tigres/ leones/ dammas/ ceruos per iuga depasci igno rant. Si ganeones: aut fossores: si fœminæ uel puberes consilij uiriumq; expertes essemus: mortem iminere fingentes lachrymaremus: sed bella & fragores timore magis q̃ telis quã/ doq; obesse experti: emissis modulis lætari debemus: sitim quã ad prædas hactenus habui/ mus: istis p præcipitia adactis: & spolijs huius regionis custode uacante extinguemus. Nõ oues/ pullos/ fruges/ olera: & ex stipulis tuguria/ sed domos deauratas: aureum supellectilẽ: scrinia nummis stipata spoliabimus. Illa gens multitudine fręta ceruis/ leporibusq; æquan da seipsam cum non poterit per calles expandi/ conteret. Video ipsos uilius q̃ aues ad sepes deuolare. Pauci accipitres multas aues se maiores intra uirgulta aut anates ad paludes com pellunt. Ionatas Saul regis hebræorũ filius genitore hostiũ numerũ formidante mirabili au Ionatas dacia in desperatione rerũ nobis sublime exemplum exhibuit: qui uno armigero comitan/ te per abrupta montis inter inimica castra cesis stationibus obrepsit. Exercitus diuersarum linguarũ mentis impos: quos euentus duorũ militũ audacia afferret: per deuios tramites cũ currus & impedimenta fugæ obstarent: & alter alterũ pessundaret: multa strage se præcipi/ tauit. Si duo milites cum proximi omnes male/ imo interitũ sperarẽt: fortunæ beneficio usi innumerabiles cõfecere tercentum: ex quibus ego sum imbecillior quid agent: qui ut ludi/ bria supplicia crucẽ euitent: in desperatione rerũ omnino sunt decertare coacti. Petram alti Petra sog/ tudinis triginta circumitus: quin quaginta stadiorũ præsidijs munitã Sogdiani habebant. dianorum Alexander ulteriores Indos petẽs: eam post terga rebellem relinquere dolens: ad inclusos Chophem ut se dederẽt/ misit. Petram angustissimi ascensus abscissam & abruptã: ac nullo custode egentẽ: capacissimi specus custos Arimaçeus Sogdianus cum triginta millibus ar matis alimentis in obsidionẽ biennij congestis tenebat: qui præsidijs & comeatu & loci ini/ quitate fretus/ macedones nõ posse desuper uolare: eludens legato superbe respõdit: Alexan/ der præmeditatus tercentos iuuenes domi per calles pecudes custodire solitos: per princi/ pes adduci iubet: quibus astantibus quas regiones: quæ mala eo duce superauerint/ concio natus est: deinceps suæ audaciæ & tam ardui ascensus præmia pollicitus cuneos ferreos: & quæq; quibus ad acumen euaderent/ iuuantia adiunxit: quos ut fastigio montis occupato/ candidis uelis signa exercitui darent/ admonet. Iuuenes uerticẽ petræ duobus & triginta so cijs amissis uela regi ostendentes occuparunt. Cophen iterũ pro deditione missum superbe magis Arimaçeus cũ multitudine minatus propediem eũ secedere iubet. Cophes extra spe cus petulantius alloquẽtes egredi rogat: cum hostes attoniti mirarenẽ: Arimaçei arrogan/ tiam arguit: milites Alexandri uerticẽ occupasse: & macedones alas habere ostendit. Prin/ cipes Sogdianorũ exercitũ ascendisse rati/ deditionẽ a tam modicis turbati egerunt. Nos in/ tegerrimi: nos sospites nihil inter petras ut milites Alexandri excisi: nullo cuneo/ uel funẽ egentes pede/ manu/ corde congressuri mirabilia credite: ita fata iubent augurari agemus. Aciẽrũ aut legionũ multitudinẽ non arbitramini paucis semper præualere: paucorũ animi præstantia regna: & omne inaccessibile si numina nõ aduersanẽ/ cõsequunẽ. Xerxes tot na Xerxes tionum: regum & legionum imperator in pace tumidus: in periculis effœminatissimus: ma gnanimitati paucorũ græcorũ succubuit. Thesaurorũ magnitudine mari pontes fabricãs: montes in insulas leuius ut uelificaret redigens/ græcos pusillos est aggressus. Alas: impedi menta: comeatũ regis nõnulli admirantes: Iouem sub Xerxis imagine uelle cum omnibus decertare differuerũt. Arrogantia regis: multitudo militũ: tanti potentatus ostentatio nihil cõtulerũt. Xerxes ex apparatibus Iupiter creditus cũ esset frigidi cordis: a modicis achiuis superatus: uili cimba paucis comitantibus in Asiam quo nihil fuit turpius/ ausugit. Alexan Alexãder der exiguis cohortibus Darium stupendi exercitus restauratorem a regno/ a uitaq; submo/ uit. Cuius duces ac stipendiarij cum persas numero tanq̃ formicas superãtes occidere: ne in prælio lassati deficerent/ formidarent: clangore tubarũ audito successu pugnæ indurati: plu raetiã millia eadẽ uirtute sine anhelitu: sine labore oblata cõfecissent. Si centũ e nostris qui decem millia uidebunẽ: per abdita nemorũ fastigium montis occupent: clamore ac fragore terga hostiũ eminus sagittis: comínus ferro: nobis uelitantibus inuadent/ existimandũ est: quod signo communi ante & retro implicitos timore occupemus. Huiusmodi magnanimi tas quã timidi temeritatẽ (ut auguror) nuncupabunt: quantũ saluti cõferat/ inclytissimi du/ cis exemplo anteq̃ congrediantur si libet/ recensebo. Hannibale pœno Italiam urente apud Hispanias fœlicibus auspicijs a Scipionibus anteq̃ infortunio caderent/ bellatũ est. Lucius Lucius Marcius septimi filius eques Romanus: iuuenis impiger: maior animo: q̃ esset illius origi/ Marcius nis fortuna: interfectis Scipionibus ex fuga: & præsidijs militibus collectis exercitum exe/ sum restaurauit. Aegre coacti Marcio tumultuario duci obsequentes primo confidere: sed

ubi Hasdrubal Carthaginensiũ imperator ad perdendas reliquias eas accitus pugnæ otius signũ dari iussit: animo confracti/hostium multitudine attoniti se pusillos esse: & duces iam amissos sub quibus optimo feruore/auspicioq; pugnauerant: recordati: trepidare: flere: capita: pectora plangere: comas euellere: manus in cœlũ attollentes: superbos incusare: humi consternati lamentari: præstantiã defunctorũ nominare cœperunt. Cunctq; effœminati illachrymarẽt: nec blandius solamẽ capere possent: muliebres fletus omittẽtes: seipsos ac rempublicam telis/nõ lachrymis tutandam: sic amissos imperatores multos nõ sinendos Marcius concionatus est: nondũ finierat: ecce hostiũ tubæ/timpanaq; Martẽ indicantia audiuntur. Exercitus noui imperatoris uirtute accensus eque ac fureret: armat̃: hostem exhilaratũ & incõposite currentẽ sauciat: sicq; referre pedem maxima cũ strage pœnos cogit. At Marcius nõ omnino se fortunæ exponẽs receptui cecinit: auidos iam cædis reluctantes uix in castra reduxit. Carthaginenses hoc timore accidisse rati/segniter castra locarunt. Marcius ne duces pœnorũ unire se festinantes/tenues romanos obsiderent: castra sibi propinqua expugnare instituit: & ad concionẽ euocatis militibus ita perorauit. In hac materia per octo annos fuimus inuicti: si male cessit/ignominiã luctu non opus est turpius deturpare: neq; rem publicam: nec nostros imperatores gloria rerũ gestarũ summos inultos præterire. Præclara ducum nostrorũ facinora uiuunt: ideo ueluti ipsi presto essent: ac solito modo hortarentur: ne horũ gloria uideatur amissa: pro iniurijs acrius solito expedit sæuire. Heri uos reuocare/ac audaciam uestram infringere uolui: ut illam ad maiorẽ gloriã/succesfusq; fœliciores seruarem: sicq; uos armati incautos: inermes: sopitos: uino prostratos occidetis. Hostes cladibus nostris elati nihil minus: q̃ nos paucos & cõfractos metuunt: q; illorum castra uelimus oppugnare/dijs attestantibus nõ credent. Itaq; id quod impossibile creditur: si audemus id quod difficillimũ est/nobis audentibus facillimũ erit. Hos somno/uino confidentes inuadimus: ut illam cædem a qua externo die reuocari tam ægre ferebatis: fortunatioribus auspicijs exequamur. Vnus exercitus pr̃ oculis est: cum alij duo nõ remotius absint. Si pignauiam horũ exercituũ unionẽ pateremur: quomodo exactis cladibus imbecilles tantos exercitus sustineremus? quas Gneus Scipio incolumibus copijs sustinere nõ potuit. Vt diuidẽdo milites imperatores nostri perierunt: ita Carthaginenses in exercitus duos discreti nobis opprimẽt. Cohortes ex contione abeuntes curatis/munitisq; corporibus in quarta uigilia noctis castra hostiũ sine stationibus: quasi deserta nullo obsistente clamore & clangore ingressi igne/ferroq; omnia perturbant. Inermes: attonitos: & per uallum elapsos ad alias munitiones currentes insidiæ cædunt. Romani hac uictoria cruentati ad alia castra peruolant: & quoniã multi lignatũ & pabulatũ/prædatũq; iuerant: tentoria præsidijs exuta occupant. Primo impetu aliquantulũ cum pugnaretur: ubi scuta quiritũ sanguine pœno uda: socioru cladis præsagium cõspexere/fugam tutiorẽ capescunt. Itaq; Martio duce & persuasionibus Marcij nocte & die sequẽti: qui timore mortis lugebant/bina castra expugnarũt: septem & triginta millibus hominũ ad umbras trãsmissis. In hac nostra dimicandi salute Sicinij dentati militis romani uirtutẽ ob animi fortitudinẽ Achilem romanũ appellatum fingit uidere. Centũ uiginti prælijs uictorẽ interfuisse post nullum: ante ꝯo quinq; & quadraginta uulnera passum: & martialibus sudoribus coronas: torques: armillas: hastas: falleras ab imperatoribus cũ quibus sæpe triumphauit/sciatis cõsecutũ. Si certe ut arridetis Sicinij uoluerit̃is omnes esse/nõ amplius egemus hortamine: tot sumus imperatores/quot milites/qui ab his pecudibus quæ eminẽt: & ab opidis finitimis præconia uirtutis accipiemus. Seq; ua magnitudine nominis ubiq; decantatus inter hæc prælia nobis occurrat: Cæsar ut Pompeium a tot regibus/a tot senatoribus deductum obsidione arctaret: per orbem studuit gloriari. Ideo in montibus oppositis castella & machinas ne iumenta pabulatũ exirent/ attollit flumina & riuos stercoribꝰ/aut alia illuuie infecit. Pompeius ut a somno excitus: atq; se obsideri indignatus utriusq; ducis clade castella expugnat. In aggere ubi Sęua militauit/nullus sine uulnere euasit. Sæuę scutum cum ducentis & triginta foraminibus Cæsari allatum est: ut tanti uiri gloriã conspiceret: quod uirtutis semper inter mortales argumentũ prestat. Sacrilegus & deorũ cõtemptor miles existimatus est: qui in eius cruorẽ quẽ e tanto facinore sacrũ censebant/tela non intorsisset. Pugnantes quanta Cinigeri uirtus fuerit: semper ne effœminemur/reminisci exhortor. Darius ut orbi imperaret: græciam primo inuasit: at ducentis millibus persarũ amissis grandiorẽ delectum acturus retrocessit. Fugientes ad maris

Sicinius dentatus

Sęuæ magnanimitas

littora Cinigerus athenienſis infestis armis insectatus est: abeuntium nauim dextra manu tenuit: quã ut insectam amisit: nauim sinistra animosius cõprehendit: qui cum ambas amisisset manus ut fera postremo dentibus dimicauit. Aequo certamine pupim detinens tantũ nominis adhuc possidet: ut inter bellatores etiã defunctus ultra laudem ueneretur. Cinigerus

VALENTINIANI PONTIFICIS FACVNDIA CAP. VI

Valentinianus Leontij romanus facundia adeo claruit: ut omnium consensu pontifex creatus sit: dexteritate ingenij qui tantum effulsit: ut eodem lepore suadere/necnon dissuadere sciret.

EPISTOLA SEXTA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Cardinalibus fœlicitatem.

a Nimalibus cunctis quotidie obliuisci: sed hominibus tm̃modo (ut philosophi tradunt) oblita datur recordari. Homines igitur dumtaxat quibus cõcedit reminisci ingratitudinis labem queunt munificẽtius abdicare: idcirco tali beneficio superis cõspectius debent. Reges & prophetæ & nationes si uouerant: grandi impensa cœlestibus uota soluebant: & ad ea se teneri piaculũ grande extitisset gentibus non profiteri. Absalon iudæus inter regios natos rerum nouarũ mollitor: necato in cõuiuio fratre patri Dauid tarde cõciliatus est: qui huius cõsuetudinis cõmento genitorẽ decipiens inquit: Exul & inops & destitutus/anxiusq; uagabar: atq; ut denuo redire: ac patri/cunctisq; amicari possem: in Hebron deo uouí litare: post reditũ igitur ne a diuinitate ut ingratus amplius accuser sic: ut uouí sacrificare astringor: ideo pater quia tẽpus urget: ad uota exigenda secedere opto. Da uidboni cordis filium de deis ratiocinantẽ ad sacrificia ut abiret: ne in se ingrati crimẽ transferret/exhortat̃. Cæsar in Hispania cum Pompeianis ciuilium bellorũ reliquijs preliari coactus: cum milites efferatos hostes obstinatissime detractarent: salutis anceps ampla litatione de omni præterita fœlicitate superis gratias egit: q̃s ut uictoriarũ suarũ memores esse uellent: & ne exactas fortunas in supremo conamine deturparẽt/exorauit. Grandi discrimine uictor accumulatius extantibus bonis numinibus sacrificia instaurauit. Salomon inter hebræorũ reges uirtute: prudentia: scientia: opibus sublimis: soluto templo qua beatitudine/& quali regno/& quot diuitijs præesset recordatus: ne omniũ motor illũ ut ingratũ sperneret: innumerabiliũ uictimarũ astante populo solennia celebrauit. Ego Bonifacius excellentissimæ Cardinaliũ præstantiæ: ornatus: comitatis: humanitatis quotidie memor sacrificijs tantis heroibus satisfacere: hoc est de eis assidue scribere cõpellor: sic enim decentius q̃ holocaustis in retribuendo gratum animũ queo suppeditare. Namq; licet animus ad munificentiam mihi elatus sit: non tamen in ditione mea ceu in pactolo & meandro fluminibus: ac in arena uel gleba hispaniarũ cõtrahitur aurũ: fertilitate cuius tot animalia sacrificio apta pro his heroibus mercari: aut in cõpensationẽ officiorũ regia benignitate possem elargiri. Opulentiæ si uotis fauerent: in urbe morarer: equitatu: pompa/muneribus anniterer primatibus gratificari: sed pro istis ne de segnitie arguar: uel ne semoti beneficiorũ obliuiscamur: litteris in scribendo fas erit uti. Gentes quas maria: Asia: Europa & Africa disgregãt/beneficio dei epistolis iungunt̃: sic barbari/sic sapientes cõfœderari solent. Ego Bonifacius hac opportunitate dies noctum suffragium in scribendo assumã: ut me inter insubres: inter otia lauti temorantẽ uobis Cardinalibus mundi corde iungi sciatis: & me Sibyllam quondã latitantem: ac Romanorũ archana cõponentẽ imitari sciatis. Ego quoq; inter mea consita & molles quas ego composui: abditus Romanorũ pontificũ quosdam annales nunc pene cœptos explebo: illosq; postea qualitercunq; limatos ad uos auaritiæ expers: ne Sibyllæ assimiler: quando cum Tarquinio de precio altercatũ est/curabo deferri. Anus Sibylla solita nuncupari: a qua ora aduentaret: aut ubi hospitaret̃/ignota: Tarquinio superbo regi nouem uolumina magnũ precium poscens/obtulit. Quale esset librorũ argumentũ rex percuntat̃: oracula romanos iuuantia anus attulisse respõdit. Rex precij admiratus eque: ac si anus desciperet/petita irrisit. Illa illico e nouem uoluminibus tres incendit. Cum postea superstitibus nihil e precio remitteret: Tarquinius longius eam delyrare ratus: nihil dari iussit. Illa otius tres libros iterũ cremauit: Cum e tribus nõ ustis æquale precium peteret/illos Tarquinius emit. E quibus Sibyllinis codicibus Romanorũ magistratus annixi sunt uentura fata semper explorare. Quod nouum opus sim urbi allaturus/assuescite precor: iam expectare/ut si quodcũq; allatum: pythagorea lima aut mora nõ fuerit expolitum: haud queatis ex affectu

Absalon

Salomon rex

Sibylla sacerdos

Pythagoras

expectationis improbare. Pythagoras rerum rimator intre ardua maximē circa diſcipulos maturiſſime eſt quæq; etiam exigua percuntatus. Mores: uultum: ingeniū: naturam oblati diſcipuli per ſe & per eruditos ſtuduit coniectari. Si rite exploratū iuuenē admiſiſſet/illi biennio utiq; diſcendo ſilere iuſſiſſet. Ille cum æqualibus mutus nō confabulari: nō percuntari: nihil edere: uel aliorū dicta arguere poterat. Biennio expleto loqui: interrogare: interpellare: diſputare: ſcribere: altercari e præceptoris indulto poterat. Bonifacius admodum feſtinus: poſtq; ab urbe remeauit: neglecto biennio ſcripſit: quod tamē nolite celeritatē admirari: ſpiritui enim ueſtro nō mentior certe ſum afflatus. Preſtantia & cōſuetudo ueſtra nedum me/ſed etiam muta concione inſtituiſſet affari. Afflatio ceu mirabiliter operetur: Strabo de quadam antiquoꝝ dea ſic narrando ait: Sub monte Soracte urbs eſt Feronia ibidem eiuſdē nominis dea eſt: finitimi quā præcipuo dignant honore. Multitudo mortalium ob celebritatem numinis: ac ut ſtupendū quotannis ad illud phanū ſupplices cōueniūt: Illius numine afflati nudis pedibus prunas & æſtuantes cineres ſine leſione ſuperambulant. Si unius dæmonis præſentia tam mira relatu poteſt operari: multo plus tot angelorū ſiue cardinalium cōſuetudo me audentē beabit: ipſi enim homines almos & ſanctos diſcernere: ac eoſdē deificare poſſunt. Scriberem plura/ſed ratio & appetitus utiq; mihi cōtrariant prolixius: & immenſum ſcribere appetitus: ratio ꝙ ipſa ne in diſpendiū/ ne nauſeam legentiū multa coaceruemus/uetat. Naturā ergo in his quę nihil agit fruſtra: quæ non deficit in neceſſarijs: ſi animalia ſunt perfecta & non orbata/ imitabimur: ſcilicet ut intellectum & non appetitum ſequamur.

Afflatio quid operetur

Ratio & appetitus

GREGORII QVARTI PONTIFICIS CLARITAS. CAP. VII

Regorius Ioannis romanus nobilitate: ſanctitate: doctrina: eloquentia rebus humanis necnon diuinis ſollertiſſimus diuites comitate: pauperes alimentis: deſperatos: errantesq; admonitione templa inſtaurando claruit. Tam præditi pōtificis tempore barbari ex Africa in Italiam claſſe delati/ urbem expugnare incaſſum adorti/ ſubiugatis urbijs incenſis in Siciliam remeantes occupant. Gregorius uenetos nōdum tantos ex inſula barbaros expellere impotentes: coniectans Lodouicū & Lotariū ad hæc auxilia conuenirant/rogat. Ipſis bellum ad Michaelem conſtantinopolitanū imperatorē referentibus: & nihilominus cōmuni impenſa: & milite ſe uelle decertare pollicentibus: cum ſic ultro citroq; legati percurrerēt: Bonifacius Corſicę inclytus comes cū fratre Berthario cōtractis quibuſdam ethruriæ auxilijs in Africam trajciēs inter Vticam & Carthaginē libycos hoſtes quater cōfligendo triuit. Mauri cladibus attoniti a Sicilia ſuos inſtar maiorū reuocat: nam pœni a Scipione coarctati Hannibalem Italiam uaſtantē ut patriæ conferret/aſciuere. Gregorius a populo/a clero unanimiter euectus: donec a legatis Lodouici conſulto romam miſſis fuit cōfirmat⁹/pōtificatu ſe abſtinuit. Ne ſacerdotes inopes cultū dei deſererēt: aut queſtui uacantes ſeruituti humanæ ſubijcerent: eccleſias prouētus habere: e quibus religioſi uiuerent/inſtituit. Sinodo multorū epiſcoporū ne clerici aut præſules exquiſitas ueſtes ut ſericas: aut coccinei coloris: ne ue in digitis niſi quādo præſules ſacrificāt: in cingulis: in calceis aurum & argentū ferrēt: quoniā hæc incōtinentiæ ſigna ſunt: inter præmiſſa ſancitū eſt.

Bonifacius comes

Lex

EPISTOLA SEPTIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Renaldo prætori fœlicitatem.

Lle famelicus & rabidus: eluo maurorū interpres ſacerdotū calumniator in ſenerabiles dei miniſtros nunc lacerat: cuius ſtoliditatis fabellas ad unguē (ut aſſerit) huic paginæ immediate interſeremus. Vtinā noſtris temporibus Lodouice uiuerēs: indiget eccleſia tuis ſanctiſſimis inſtitutis: tua cenſura: adeo in omnē luxum & libidinē ſe effundit eccleſiaſticus ordo. Coccinatos: trabeatos nunc inſpiceres: non hoies quod leue forte uidetur: ſed equos iumenta pręcedente dum incedunt magno adoleſcentum: & altero præſbyterorū agmine ſubſequente non ſuper aſinis ut Chriſtus noſtri dogmatis auctor: & bene uiuendi in terris unicum exemplar/ſed ſuper equis preferocibus & phaleratis: ac ſi ex hoſte deuicto triumphū ducerent eſſe. De argenteis uaſis & eorū ſupellectile: deq; cibarijs nō attinet dicere: cum & ſiculæ dapes & athilica ornamenta & uaſa corinthia: ſi hæc inſpicias/nullius precij dici poſſunt. Quid ex hac intemperie naſcat/dicere prætermittam: ne os in cœlum ut ipſi aiunt/imponam. Renalde homines flegmatici/pigri & ſegnes ſunt: colerici/iracundi: ſanguinei/iocundi: melancolici/triſtes atq; ſqueri ſunt. Melancolicus preſtigiator hic Timon e dominio ſui humoris allucinans/ triſtes cogitationes continuo meditatus: triſtia etiā ſomnia ut ſua errata indicant/utiq; uidebat. Hęc iſtius uafri impudētiſſima mendacia ego ipſe ſollers indagator: ut uera inter uiros poſſem atteſtari/aſpexi irrita e temeritate & odio emerſa. Iſte nequam triſtiſſimæ animæ: hebetis luminis: cū nihil ſit eius figmentis impudentius/mentitur. A Paulo maturimo & magnanimo pontifice ut in illius uita ipſe Platina fatet: per religioſos antiſtites e noxa plecti iuſſus odium e ſupplicijs ex uerberibus tam dirum conflauit. Omnis homines qui teſtificari aut iudicare curant/ſe expurgant: odiū & amorē a ſe abdicant. Timon hic amarulentus in arce Adriani cum reis uinctus: ac intortura diu penſilis uirus: quale tam incōſulte euomit/ex illis flagellis cōcepit: ideo mentis impos in hac cenſura irrationabilius q̄ puer delyrat. In regia romana uicos aureos: aurea tecta Creſi & orientis apparatus: quoniā ſacerdotes aut inter omnes nationes imperant: aut poſt duces primū conſenſum tenuere/comperire cenſebam. At longe deceptus mirabar: ſolum eam conſilij: pietatis: probitatis: ſapientum ue confugium inueni: ſed ab inopia/ſqualoreq; plurimū deturpari. Fateor aliqui apprime rari fortunatiores/ne maieſtas ſacerdotum protinus uileſcat/altius dominari: ac aliquantulū potius prudētia q̄ opulentia uel apparatu alios præſtare uidentur. Hi non aſinos ut calumniator iſte uellet / ſed mulas fere omnes equitant: equos feroces cum timeant: aut quod eſt ueriſimilius: cū inſidere ignorēt/omnino ab equis illuſtribus abhorrent. Famuli principum: heroum: atq; nationū: uel oratorū miniſtri: & cæteri qui ſummos uiros e ſua benignitate comitant: in equis ferocibus phaleratis præambulant. Aſia: Africa e caliditate uel etiam ex temperie aſinorū greges alit: & fere omnes preferocibus aſinis utuntur. Nos ſeptentrionales equorum turmas nō aſinorū habentes agiliſſimis equis ut re peculiari utimur. Opus eſt omnino ſeptimi clymatis præſules ex maieſtate/ & ex rigiditate patriæ ut equos generoſos teneant: quoniam in eo clymate aſini nō uigent: aut ſi arte uiuunt/ibidem nō generant. Cardinales quoſdam uirtute deis æquiparādos: qui cum ſocijs totius orbis negocia ſuſtinent: quod diuitijs uel apparatu nō me excederēt/ nempe indignabar. Ex his heroibus nonnulli galero: clamide: clientū comitatu aduentitio ſublimes uidentur: ſed in ære alieno ut pauperes alant: templa inſtaurent: in fortunis: in ſupellectile adeo ſunt extenuati: ꝙ pudet (nam eſſet dedecus) referre. Sententia mea non eſt honor non eſt elatio/ſed eſt onus & infamia: foris ut rabula iſte latret effulgere: & in domo cum comitatu eſurire. Epiſcopos: Abbates: & inferiores Romæ degentes ex oleribus: porris in fictilibus exiguo cenſu conditis: quod eſt religioni dedecus/uix poſſe ſatiari taceo. Equos talium raros ſtrigoſos ex ſterilitate redituum famulos hirſutos / membra non bene tegentes: aſſidue admiratus hos delatores & rabulam hunc mentitū hoſtilius odi. Si e tanto cœtu illuſtrium uirorum quidam nitentius ut a priſcis temporibus per hiſtorias didicimus/nō effulgerent: religionis metus atq; maieſtas in cōtemptum forent. Verum ſi regiæ romanæ celeberrimos uiros etiam faſtum negligentes uoluerimus penſare: & uirtuti eorū præmia excogitare: talibus uirtute dignis orbem cum ſuo apparatu opus erit omnino impartiri. Renalde medici de membro quod in embrione primo generatur/quandoq; diſceptant. Quidam ob corporis nutrimentum ac deſiderium epar/& quidam cerebrum & oculos primo generari aiunt. Peritius ratiocinantes cor caloris naturalis: & ſpiritus uitalis fontem primū memorāt. Quale membrū in maledico iſto editū ſit/nō uacat diſputare. Fellis amaritudo in eius embrione ſtatim uiguit: & cæteras corpis uirtutes ad ſe traxit. Infernales furiæ e felle illius cōgeriem conglobauere: e felle eędē Eumenides illū ſemper aluere: fel ſpuit: fel euomit illius buſtum fellis perpetuū cellariū: ex quo fel perinde e fontibus aqua defluit.

Renaldo

Afflatio

Aſia & Africa abundāt aſinis

Embrio

Cor

SERGII SECVNDI PONTIFICIS BONITAS. CAP. VIII

Ergius Sergij romanus uirtutum magnitudine pontificatum meruit. Os porcinominatus: hoc nomen in pontifice aſpernatus: Sergius uoluit nuncupari: ſicq; ſucceſſoribus nomen immutandi cōſuetudinem (ut fertur) impoſuit. Lodouici filios regnum diuidentes: & undiq; ecompoſito illud cōtaminantes compoſuit: ideo numinis loco ex interſerta pace apud gallos eſt ueneratus.

Pontifices q̄re nomē imutent

EPISTOLA OCTAVA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Petro maceratæ artium ac medicinæ aurato interpreti fœlicitatem.

Onifacium urbis hoſpitem a te ueneratum ac ſæpe ſalutatum glorior. Si cum pon
b tifice: ſi cum quouis alio de arcanis meis libuiſſet quicq̃ experiri: per te guberna
torem: patronum: ſtationem/& portum quemlibet munitiſſimũ quiuiſſem facilli
me ingredi. Et tali non ficta comitate domus Symonetarũ & ego magis tibi perpetuo debe
mus deos ut pro nobis in aliquo magiſtratu tibi ſatiſſaciant/ſupplices rogamus. In me iner
tem ne inficiar: & contumacem merito iraſceris: quem Iaſoni ad Colchidem qui nunq̃ ſcri
pſit/merito æquiparas. Amice ſi ęquiſſimũ excuſationis beneficium eſſet gentibus ablatũ:
ex leui noxa hominis ut fontes arguemur: unde eo beneficij comodo utens / ſic ordiar excu
ſari. Petre maturius de Bonifacio qui te in receſſu cordis conditum habet/ uelis ratiocinari:
Non torpor: non hebetudo: nõ arrogantia aut triſte ſcelus/ per quod Iaſoni latroni debeam
Iaſon equiparari/obſunt. Iaſon nõ ſtrenuitate/ſed inſidijs ſi acta uolumus recte interpretari: Oe
tę regnum triumphis: auro: pignoribus expilauit. In Achaiam cum argonautis reuerſus &
his maleficijs alios negligendo cum nimium criſtas erigeret: ad ſua probra ualuas clauſere:
ſcilicet ꝙ argonautæ heroes ac ſtrenuiſſimi duces anteq̃ a Græcia ſeceſſiſſent: abducta Me
dea cum Oete theſauris: ꝙ prædones ac lenones ꝙ non ita Bacchus egiſſet: exprobrabant/
Bacchus redijſſent. Bacchum qui non claſſe: non uentis molliter/ſed pede & equo onuſtus armis: Li
biæ ſolitudines ſerpentibus refertas: & Indiæ potentiam Marte nõ pellicatu: nõ latrocinijs
perdomuerat: argonautis prætulere: & Medeæ fratrem Egialeum puerum inſontem apud
Abſyrtum amnem diſcerptum: ut rem uiris informem obiecere. Iaſon hos non mentiri con
ſcius Medeam imperioſam æque ac ſcelerum miniſtram ut ſe expiaret/eliminauit: & eo li
bentius cum græci audita Pelei iactura: Iaſonem dum Medeæ ſociaretur / nunq̃ a proditio
nibus uacaret/uulgarent. Petre ſi Romam Colchidem atq; quod eſt iniurioſum magis / me
Iaſonem nominas: abſit tanti uiri grauitas/nõ bene ſentis. Ad lares: ad proximos reuerſus/
non concentibus & umbris deditus inter conuiuia conſenui: ſed raptim ad Cardinales: ad
amicos: non tamen ad omnes intimos primo ſcripſi: tu in corde primus ſicut peregrinanti
bus atq; nauigantibus contingit (fateor) ultimus fuiſti. Nauita aut mercator qui quocunq;
ſitu orbis in Aegyptũ: uel in quamuis aliam regionẽ merces trajcit: primo ſtationes: ęſtua
ria: ſcopulos aquatum: aut ex alia occaſione petit: quibus cum ſit Aegyptus in corde fixa:
ipſi tamen oblectandi gratia ſolent aliquando apricari. Non ſecus ex inſubribus Gallias &
Iberiam per arduas alpes adeuntes: apenini diuerſoria Pyreneorum montium iuga contan
gunt: ibidem potum uel ad lauacra morantur: cum Pariſius/Lugdunum/Taraco: Corduba
Gades in eorum cordibus principalius figantur. Perſimile cum te uirtutis ſpecimen ob ani
mi tui generoſiſſimas laudes in corde cõditum obſeruem: teq̃ in abditis ſenſuum uenerer:
ad alios ut ad hoſpicia inter media ex oblata oportunitate ſcripſi. Viri illuſtres quicũq; ſint
Petro perſimiles: nulla temporis intercapedine queunt in obliuionem abire: qui ſi inter in
humanos ſeptentrionales: aut ultra margines oceani exularent: precibus/ auro/ prælijs eſ
ſent protinus eximendi. Petrum inter eruditiſſimos clarum munificentia Alexandro ac Ce
ſari præferendum: cuius amicitia nihil eſt mihi gratius/ſemper in memoria habeo. De ſub
limibus placentinis fortunatius agentibus nos amici ſæpe fabulamur: Bonifacius Symone
ta Abbas te unum quorundam etiam æmulatione ob ſcientiam: gratiam: affabilitatem: &
magnanimitatẽ (ut par eſt) ſingulis præponit. Non Scipiones occiduas: & Africæ oras ro
mano imperio addentes: nec Marius totiens conſul: uel Sylla carnifex & tyrannus: aut Cæ
ſar: neq; Pompeius ſuis præconijs tantum decus romanũ: quantum tu modo tuum genus:
ac placentinũ memorabile nomen illuſtraſti/auxerunt. Perge tali circumſpectione ſic ſem
per glorioſius ad maiores magiſtratus euehi: ſic profecto pontificem/ ſic Romanos proce
res tibi probitate/ beneficijſq; obſtrictos ſolito uirtutis faſtigio tenacius deuincere poteris.
Petre medicinæ profeſſores ne puella prægnans /nondum quindecim annorum e paruitate
Abortus matricis maxime ſi febris acuta ſuperuenerit/moriatur: timent: ideo ut mater euadat/abor
tum procurant. Si partus per quattuor dies eſt difficilis/moritur fœtus: & tunc de uita ma
tris/non autẽ de fœtura curandum eſt. Medea adeo uiguit: ꝙ neq; ætatem/neq; morbos acu
Media tos: neq; a tanto mari iactari timuit. Medum forte nouiſſimum a quo Media prouincia etiã
denominatur: ex Aegeo Athenarum rege ab Iaſone pulſa enixa eſt. Quæ Iaſoni tandem re
conciliata cum uicemariti in Aſia populis reſponſa daret: tecta facie querelas audiens: mo
rem ad illas illius regionis mulieres: quem adhuc ſeruant/tranſtulit.

LEONIS QVARTI PONTIFICIS MIRACVLA. CAP. IX.

Eo Radulphi Romanus religione/ pietate/innocẽtia/ humanitate/gratia/liberalita
I te/doctrina uir eminẽs/ingenij uigore/prudentia adeo floruit: ut ſerpẽtis aſtutiã: & Saraceni
columbæ ſimplicitatẽ calleret imitari. Ducibus Michaelis imperatoris ſupatis Sa obruti.
raceni habenis nullis cohibiti Italiã depopulant. Sed ad ſuas ſtationes remeantes a naufra Terremo
gio repentino pcibus (ut fertur) Leonis obruti ſunt. Frequẽtes terremotus: & frequẽtiores tus.
hiat9: & ſcintillatiões irã dei atteſtãtes ſupplicatiõibus expiare cũ cõueniret. Baſaliſcũ alio Baſaliſcus
noie regulũ ſacrificãtibus pniciosum i fornice ſanctę Marię ſtabulantẽ: Leo pcibus pemit.
Per tabernacula Saxonum: Longobardorumq; ignẽ ad Baſilicã Petri uſq; ſerpentem Leo
crucis ſigno extinxit. Baſilicas/moenia/turres/aduentum Saracenorum ad urbem diripien
dam audiens inſtauravit: atq; confectis ſacris maritimæ oræ contracto: expiatoq; exercitu
hoſtiam profectos Saracenos debellauit.

EPISTOLA NONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Ioanni Antonio fratri fœlicitatem.

Antharides conſita: & patrimonij palmites cõminuendo inficere quereris: atq; opẽ
c qua exitialis lues repelli queat: expoſcis. Multa ſtãtibus equis: ac i procinctu pegri
nationis cũ lucubrare opus ſit: recte conſulere: niſi paucis traditis uetor. Et ga fere
nulla orbis plaga eſt calamitatibus imunis: ſi modo circa uites uexamur: deſine quod fœmi
narũ eſt turbari. Hæc infecta animalia plurimis ꝓuincijs infeſta ſterilitate: ut locuſtæ ano
nã quotannis abſumũt. In uere potiſſimũ ſicco in regionibus aptis: ut in cyrenaica ſingulis
annis locuſtarũ fertilis eſt ꝓuetus. In Cyrenaicis campis locuſtas incolæ formidãt: ideo eas Locuſtarũ
ter in anno: ut primo oua: mox fœturã: poſtmodũ adultas debellare cõueniũt: & legi cõtu fertilitas.
maces mulctati grauia luunt. In Lemno inſula ſinguli extinctarũ menſurã ad magiſtratum
lege coacti ferũt: & graculos eas inſectantes pene adorãt. In Syria e dictis: ac militari impe
rio hoies locuſtas perdere cogi ſolent. Harũ tamẽ comeſtione Parthi oblectant. illas edẽdo
uoluptate nõ odio afficiuntur: & quidã populi in deſertis penuria eduli ex illis certis tẽpo
ribus deſup uolantibus fumo attractis: atq; ſalitis ppetuo uiuũt. Venti eas i mare: ul ſtagna
deferentes: ſi e fœtore nõ ſit peſtilentia: conferũt. Multitudo hęc quãdoq; multos; dierũ uõ
latu ſolem obtenebrãdo: alarũ ſtridore: cũ alites credant. traſſretant. Populi tunc ſuſpicien
tes: ne earum deſcenſu meſſes corroſione: uel afflatu adurantur horrẽt. Ex Africa per tam
uaſta maria in Italiã deuolantes uſq; adeo populos olim turbauerũt: ut ad Sibyllinos libros
decurſum ſit. Sed tu Antoni tantis tempeſtatibus earũ decoctione magis q̃ uaticinijs occur
re. Si erucæ/ ſi locuſtæ/cantharides: uel ſimilis infectrix cõtagio fruges & fata deuaſtãt: ſic
age: ſi ſcriptores nõ mentiunt: multitudinẽ horũ animalium eliſabis: deinceps ex aqua illi Cuniculo
us cocturæ agros/palmites/arbores ad ſalutẽ irrorabis. Cuniculorum fœtura magis q̃ lo rum multi
cuſtarũ obeſſe quando q; cõperta eſt. Cuniculi in Hiſpania imbribus & grandini ſæpe aſſi tudo.
milant. Heſperia ex parte occaſus & ſeptẽtrionis/inculta/ſqualida rupib9/ac aquarũ penu Hiſpaniæ
ria frigore: & imanitate riget: & ſterilis aſperaq; occeani undationibus exeſa eſt: & idcirco fœlicitas
inhabitabilis præcipue Boreales pars eſt. Ea pars: quæ auſtrũ reſpicit: niſi foret cunicolorũ & infœli
infortuniũ: qd totã Hiſpaniã occupat: cũ ſit fœlix: ꝓfecto beatior eſſet. Ipſius telluris pars citas.
quæ ortum: meridiẽq; uidet: ſane uberrima a Bethy flumine Bethyca ſiue Tuderthina nũ
cupatur: quam oram geographi primo cũ ſacro mõte deſcribere incipiunt. Bethys flumen Bethys
arua uicina cũ inſulis habet amoeniſſima. Villæ arbores/agri mira ſerie diſpoſiti ſunt: adeo flumen
ut homines admirari & lætari cogantur. Montes cõtigui metalla/aurum/argentũ/ſal edunt
imo tractus quicũq; ſteriles ſint: in metallis: luxuriant: & his omnibus regio Tuderthina
præfert: & aurum/ argentum/ferrum/æs copioſius profert: præter aurifodinas/flumina/&
torrentes auream harenam uehunt: & foſſis puteis foſſores aurũ ex harenis excerpunt. Fœ
lix iſta prouincia uinum/frumentũ/oleum bonitate præcipuũ/cœrã/mel/ſal/ſalſis fontibus
ibidem ſcaturientibus: hæc edulia q̃plurima ad Italiam ſolita eſt tranſmittere. Conchylia:
& maris belluas (ſi noſtris penſamus) magnitudine ac bonitate excedunt. Illa pars occeani Thinnor
thinnis: e glandibus qui pingues redduntur: affluit: ſane quercus humiles: ſed feraces circa abũdantia
põti littora frequẽtes naſcuntur: & thinni ex illis glandibus: ut ſues ſaginant: ideo glandiũ
raritas thinnorũ ſterilitatem affert. Regionis fœlicitatem cuniculorũ affluentias ſegetibus

plãtis/cõsitis/radicibus corrosis: ut grãdo/imbres/uẽti/ĩcolas inopia ĩterturbat. Gymnesiarũ ĩsularũ populi cuniculoꝝ multitudine inducẽte cũ frugibus uastatis obsistere nequirẽt secedere cõspirantes oratoribus Romã missis: ut terras inhabitandũ Romanis concederet supplicarũt: ipsis ex importunitate cuniculoꝝ insulam: & si feracẽ deserere cõstituentibus. Romani ĩmissis exercitibus: ac ipsis ciuibus uenatiõis beneficio instructis insulas feracissimas effecere. Antoni si cãtharides/ si locustæ in uere ꝓpagationũ multiplicant: nõ mireris: quoniã ægritudines: quod est perniciosius: etiã e semine: & ex uere mouent: nã semen: qđ scđm complexionẽ: ut in sano quod sanũ est: morbos hereditarios ea tẽpestate forte magis concitat. In uere & autumno podagra frequentius: ut in uere ob motũ sanguinis cũ humoribus in autumno ex irregularitate temporis humoꝝ & digestionis mouẽt. Iuncturarũ dolores: ceu podagra: siatica hac ratione e summis dicuntur: certe iuncturas uacuas recipientes pluris motus debilioris & frigidioris cõplexionis: & eoꝝ situm a uirtute cordis remotũ dicimus. Ex incuneatione materiei crudæ in eis gluten: ut gypsum fit: & quandoq; e materia sanguinea: & magis inter digitos caro oritur: ideo contorquent. Ad iuncturas solitũ fluxũ materierũ ut iuuamẽ diuertere studentes: ne eas ad membra principalia cũ timore patiẽtis transmittant: caueant: magis obessent tunc: q̃ cõferrẽt. Quidam temerarij biberunt ossa hominis adusta: & sanati sunt a podagra: & a dolore iuncturarũ. Varices inter hæc iuncturaꝝ impedimenta e composito cũ multũ obsint: interserimus. Talis est ægritudo uenarũ e multitudine sanguinis ĩ cruribus: & pede ad ea loca descẽdẽtis uulnera maligna quãdoq; ꝓducens. Cursores peregrinos: onera portantes: & corã regibus assistẽtes: & post ægritudines acutas ĩ dispositos ad eas hæc ægritudo sæpe inuadit. Varices curationẽ forte nõ suscipiũt sed quidã uolẽtes sectiõe uenaꝝ curari e nutrimẽti defectu: extenuationẽ crurũ incurrũt.

Podagra qñ magis afficiat.

Iũcturarũ dolores

Varices quid sint

BENEDICTI TERTII PONTIFICIS SANCTITAS. CAP. X.

b Enedictus Petri Romanus sanctitate p̃cipuus: quod inuitus pontificatũ assumeret: deos testes esse lachrymis asciuit: & triduo ieiunijs: oratiõibus uacãs deũ ut sancte & integre ecclesiã gubernaret: exorauit: qui confestim sacraria donis: & architectura auxit. Pauperes alens desperatos: calamitosos: pupillos: uiduas æque ac pariter ĩspexit: & pontificũ: sacerdotũq; funeralia quomodo exequenda forent sanciuit.

EPISTOLA DECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Philippo Iacobo fratri iurisconsulto insigni fœlicitatem.

b bus pergratus. Eo tempore: quo Lodouicus Arnulphi filius: dũ satis oppositis Im
perium paternum adipisci conaretur Bellingario subcumbẽs interijt. Sic ipse infor
tunatissime defunctus Caroli magni genus: & nomen: titulosq; obliterauit.

Caroli ma gni genus

EPISTOLA VIGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Pagano Armigero fœlicitatem.

N annalibus huius pontificis quẽadmodum etiã supra de Romano pontifice Ve
i sanus quidam declamator se censorem: arbitratus more cuiusdam artificis de igno
tis testificatur: & pontificale decus petulantissime deturpat. Pictor imaginem om
nium iudicio laudandam fere spirantẽ effinxerat. Ars p̃clara & docta effigiei liniamenta
ad opus contemplandum populos sciebant. Temerarius ex illa intuentiũ corona inspector
idolum irridens illud incomposítum: artificemq; rudem cũ exprobraret: a pictore seuoca
tus: imaginis uitia quæ sint: sic exponit: fibula calciamenti: quæ cum ad extra effingi de
bet: q; sit: ad intra: pictoris secordiã certe aperit. Magister iudicio annuens: ut solertius cæ
teras mendas rimetur: hominem hortatur. Ille ad sarcinas: & ad crapulas aptior stolide mul
ta liniamenta damnauit. Hortator iudicis leuitatem aduertens amice inquit nimis egressus
certe deliras: forte extra consuetudinem magisterij loqueris: quale sit illud rogo: assere. Ille
se mercenarium esse coturnos/calceos/& cætera pedũ ornamenta cõponere falsus est. Ima
ginis opifex subridẽs ait: hospes extra limites artis ausus es iudicare: deinceps sobrius esto
ne extra euagatus aridæ/stolidæq; mẽtis censearis. Sic iste declamator ore colluuie in mun
do: in sanctos: & in cœlum ausus est spuere: satius qui de ephœbis: grãmatica: potu: de suo
libello uoluptatis: deq; scurris: quam de mysticis: deiq; ministris iudicasset. Pagane imagi
nes & hominum uultus non una ratione seruantur in suo decore. Imagines articulis: lin
teaminibus: uultus bitumine tutantur. Cutis sole: uento: frigore: sorditiei tolerantia: falsa
rum rerum comestione: & si sanguis in Melancoliam cõuertatur nigrescit. Citrinos colo
res agunt ægritudines/ tristitiæ fames / multitudo coitus/ aeris imtemperies: stantes aquæ
in potu: aceti assiduus usus: locus abundans cimino: & opilatio talis: quæ sanguinẽ ad cu
tem tendere prohibeat: quoniam omne quod sanguinem & spiritum ad cutim mouet: fa
cit decorem. Effœminati: faciem qui a sole/uento frigore illesam feruare nitũtur: illam cum
albugine oui: aut cum aqua gummi/ ceraq; illiniunt.

Decorem quomodo seruamus

LEONIS QVINTI PONTIFICIS INFORTVNIVM. CAP. XXIIII.

Eo a Christoforo familiarissimo concita seditione multoq; cœde compræhẽsus: in
l carcere sine ullis breuitate temporis præconijs expirauit.

EPISTOLA VIGESIMAQVARTA

Bonifacius Symoneta Conru Abbas/ Amico fœlicitatem.

Heroes primarios tãtæ ciuitatis epaucoꝝ infidelitate execrari; & insontes ex rara de
h lirantiũ pfidia odisse & accusare; uecordiæ indiciũ puto. In unoquoꝙ uico ꝓuincia
& ciuitate hoïes phanatici/turbulenti/seditiosi(fateor) quottidie cõmittunt: sed a ꝓ
toribus & a bonis qui plures sunt: aut emẽdantur: aut eoꝝ auctoritate depressi plecti solẽt.
Thraces & bonos habent. Thraces bellicosos/luxuriosos/& martẽ ibidẽ natũ morari: atꝙ Tereũ regẽ Philomenã sue
uxoris germaniã abscissa lingua ui cõpressisse: & plura inhonesta in calumniã gentis dici/
mus. Si incaute de cunctis thracibus sic credimus: incircũspecte nimis faciles erramus. Or/
pheus uir ꝑclarus deoꝝ amicus/ religionis inuentor/& hymnoꝝ auctor ꝓ poetas & bonos
Mysi populi sanctissimi. uiros decãtatus thracũ gloria fuit. Mysi populi: & quidã thraces cõtigui tantũ religioni se
dedere: ꝙ ab esu animaliũ melle/lacte/caseo uiuẽtes abstinuere: ideo i cultu dei trãquille: &
quietissime uitã agẽtes: cũ in cœlibatu fœminas aspernarenẽ: deicole dicti sunt. Hi in agen
dis negocijs pĩj ac æquissimi tenuis uictus honorati: & a nemine populationibus uexati in
fidijs/ altercationibus/prælijs/ semper caruerũt. Getæ (ut Ouidius ibidẽ exul testatẽ) natura
Zamolsis sanctus li inclinatione fures sæuissimi incursores Zamolsi instructi: & emẽdati sanctiora diſſq; gra
tiora actitarũt. Zamolsis Pythagoræ discipulus in Aegyptũ uagatus celebres ritus: & reli/
gionẽ didicit. In patriã reuersus primis uiris sanctitate ita gratus extitit: ut in partem regni
eum admittendum: qui in cœlestibus cunctos erudiret: regi suaderent. Ipse sacerdos uene/
rabilis: neglectis magistratibus ab his nationibus ꝓ magno numine coli cœpit. Ipse ꝓphe/
ta speluncã subterraneã ingressus raro nisi a rege: & a suis ministris: cũ esset inaccessibilis:
Scythæ qdã pĩj/qdã impĩj sũt. poterat uideri: cõsulta cuius populi oracula dei esse crediderũt. Scythæ quidã efferati hoïes
ĩmolant: captiuos comedunt: & capitis craneo potant: uirgines quoꝝ: quoad aliquẽ in bel/
lo interficiãt: sunt ĩnuptæ. Ex istis cruentissimis nõ oẽs Scythæ detestanẽ: quoniã alij mites
nomades: & eqũarũ mulxores: & pastores iustissimi dicunẽ. Ipsi caseo: lacte equino utẽtes
currus ꝓ domibus habitãt/tabernas/thesauros/& questũ oẽm ignorãt: qui liberos: uxores:
Anacharsis philosophus Scytha. & oĩa ꝓter ensem cõmunicãt: æquitate paucisq; cõtenti malas artes ignorãt. Inexpugnabi
les hi inuicti sunt: cũ nihil possideãt: cuius gratia serui esse possent. Anacharsis philosoph⁹
Scytha uenerabilis nullis malis: sed uirtuti intẽtus ignis pholes: bicipitẽ anchorã: rotã figu
larem mala ignorans (ut tradũt auctores) inuenit. Amice hi thraces: Getæ: Scythæ: Barba/
ros quos quandoq; appellamus: sine ingluuie modeste uiuẽtes cõtinẽtiæ mercedẽ habent:
Pingues inertes sunt. quoniã nõ pernitiosa pinguedine necantur. Pingues in excessu a motu: & uelocitate alieni
inertes ab adipe: ut a cõpedibus tenenẽ: uenæ quoꝝ coarctatæ uias spirituũ oppillant: & cũ
eoꝝ interitu sæpe scinduntur: eis tamẽ ante anhelitus cõstrictio: & pulsus cordis accidit: id
circo morti repẽtinæ/apoplexiæ/paralesi exponunẽ. Hi ꝓterea sic saginati nec famẽ: uel si/
tim bene tolerant. Ipsi frigidæ complexionis pauci sanguinis: multi flegmatis: ac modici se
Corpora extenuare minis non generant. Fœminæ pingues nõ concipiunt: uel concipientes sæpe abortũ edũt.
Corpora nostra cibũ minuendo exercitio forti: & acetosa: pinguiaq; comedendo extenua/
mus. Pinguia appetitum debilitando cito satiant: ideo extenuationi conferunt.

CHRISTOPHORI PONTIFICIS FOELICITAS. CAP. XXV.

Christophorus ignobilis: qui insidijs & bello ad põtificatũ ascendit: septimo men/
c se a magistratu deiectus monasticæ uitæ est astrictus. Illa ætate clerici insolentes nõ
ad insulas: sed pro nefarijs ausis intra munitissima monasteria claudebanẽ. Tyrãni
huius infœliciores euentus in Sergio iterum dicemus.

EPISTOLA VIGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Rogerio militum ministro fœlicitatem.

Vin omni uirtute inexpertus: nec improbitate morum alicui secundus: quoniam
t uigiles stationes in castris diceris excitare: annonã & impedimenta præuidere: Cæ
Cæsaris ꝑ uidentia saris uigilantiam gloriaris obtenebrare. Nisi de comeatu securus: nec nisi explora
to itinere Cæsar hostilia quæq; diu præmeditatus: delectum nunq̃ ire iussit. Principes inex
Cãbyses temerarij perti in exploratione segnes inedia/insidijs/ incursionibus cũ magnis exercitibus sæpe op/
petunt. Cambyses temulẽtus persarũ rex rationis permixtæ occupata Aegypto Aethiopes

qui externos reges diu nõ sustinẽt incautus: impræmeditatusq; educta expeditione expu/
gnare instituerat. Ab Aegypto profectus per solitudines cancro subiectas castra ducens ad
eam inediam peruenit: ut milites ꝓ uictu se decimarẽt. Cambyses per sortes humanis carni
bus exercitũ ali audiens sapientius irrito conamine multis consumptis remeauit. Darius Darius
Astapis ĩregẽ Scytharũ ei filiã nuptui dare abnuentẽ indignatus: illius arrogantiã se bello Astapis
extincturum testatus est. Istrũ fabricato ponte tranauit: & cum a Scytis indomitis illudere/
tur ad Getarũ solitudines est castrametatus. Inter mare ponticũ ab Istro usq; ad Tyrã am/
nem est planicies arida. In desertis talibus Darius cum sexcentis millibus hominum aquis
destitutus siti: quã minus q̃ famem toleramus: urgente cũ toto exercitu: nisi retro cessisset:
consumptus esset. Alexander Darío cum regno persarum consumpto tanta importunita/ Alexãdri
te Besum ducem: & belli reliquias persecutus est: ꝙ Caucasum montem transeundo con/ uelocitas
sumptis herbis e subiugalibus milites: ut uiuerent: elegerũt ali. Relictis sarcinis deserta Su pnitiosa
sitanoꝝ importunius ꝓ quadraginta stadia humore expertia nocte ĩgressus est: ubi illuxit
æstu solis harenæ cũ feruerẽt: sicq; humores corporis: ac uiscera torrerenẽ: Alexander sin
gulis æstuantibus anxius quasi impos mẽtis fluctuauit: sed amicis: utsuijpsius memor esse
uellet: orantibus sane quia sua magnitudo animi unicum in ariditate esset exercitui remedi
um: reuocatis uiribus inualuit. Cum sic quot horis cuncti feruentius arescerẽt: duo pedites
ad natos: ad uxores aquã ferẽtes: regẽ offendunt: e quibus unus solito utre potum regi por/
rexit. Poculo accepto: cui laticem perferrent: percunctatus ait solus inter tot sitientes bibe/
re nõ sustineo: nec hanc exiguam aquã omnibus: ut udi fiant: impartiri possum quã proxi/
mis sicut instituerat is: ut uiuant: deferte. Alexander hac humoris cõtinentia: & oratione si/
bi deuotos magis astrinxit: ac his uerbis audiẽtibus sitim dimouit. Ossum amnem in uespe
ra tenens militibus sequi nequeuntibus aquã in utribus mittens torace indutus nullo cibo
aut potu refectus: quoad ultimi constitissent: noctẽ illam in motu mentis insomnis: indomi
tusq; mansit. Regis / præsides/& magistratus q̃is Macedonibus ab auido potu abstinen/
dum cõsulerent: tamẽ prohibiti importunius biberunt: qui subito correpti interiere: & plu
res q̃ in aliquo prælio ex intemperantia potus a uita emigrarunt. Nauigijs amnem exer/
citus non poterat tranare: ideo iunctis utribus: ac desuper stratis impositis sexto die ripam
oppositam rex tenuit. Hæc infortunia astu præuidenda sunt: quod repentinus huiusmo/
di euentus stipendiarios tumultuantes terruerint: Ducis magnanimitate: ac duricie: ut per
Alexandri generositatem exemplo probabimus tolluntur. Ex Ibernis Gabazam religio/
nem idem adibat a repentinis fulgoribus / fragoribusq; milites efracti: cum nec longius
progredi: aut consistere possent: neglexere mori: super ipsos uiolentissimus imber gran/
dine permixtus intermisse ruebat. Gelu urgente missilia: & uda arma remittuntur: & solu/
to agmine: quo irent incerti huc illuc ut phanatici errabant. E quibus innumerabiles con/
sternati: uel a calore naturali destituti truncos amplexantes mori cito affectarunt. Ac rex e
turbine & tantis malis infractos desperatos contrahens elapsos erigens humi prostratũ sur
gere hortatu militem sciebat. Principis oratiõe: & dolabris siluæ cadũt: incendia oportuna
fiunt: nec e tãto agmine Ducis strenuitate nisi uiginti desyderati sunt. Miles attonitus: quo
ire: incertus regis tentoriũ fortuito ingreditur: illum rigentem: mentis impotem exutũ ar/
mis in sella: a qua exilierat: Rex statuit. In qua sedens diu neminem agnouit: calore natura/
li tandem excitato ducis sedem: & proceres stare uidens nouitate rei territus surgit. Hanni Hannibal
bal homo sagax imbribus cum copijs est plene consumptus: ne Gallias Cisalpinas: quoniã ab imbri/
illum euocauerant longius hyemando damnis hostiles redderet: importunius: q̃ tempora bus op/
exposcerent: in urbẽ præcipitauit. In itinere alpium Perusiã uersus a pluuijs: & ab assiduis pressus
congelatis uentis imanissime expeditio fere tota attrita est: nam stratis impedimẽtis stipẽ/
diarij: cum desuper iacerent: restagnationes aquarũ ægre tulerunt: & pœnus ab elephante
delatus oculum defectu medicoꝝ amisit. Rogeri Carthaginensiũ exercitus e patrijs phar/
macis: & optima tiriaca uarijs ægritudinibus occurrit. Tiriaca infantiã/pubertatẽ/adolescẽ Tiriaca
tiam/senectutem/& mortẽ habet. Post sex menses cum sit infans usq; ad decẽ annos in re/ ætates ha/
gionibus calidis: in frigidis usq; ad uiginti in augmento est: & ita per decem: aut uiginti an bet.
nos perstat. Mox declinat: quoad uirtute tiriace spoliatur. Eius bonitatẽ per fasianũ a uipe/
ra morsum experimur: si data tiriaca uiuit: bona est. Sanus homo: quia ea utit: a ueneno &
pestilentia est securus; doloribus capitis cõfert: in renibus: ac in uesica lapidẽ frangit.

SERGII TERTII PONTIFICIS LEVITAS. CAP. XXVI.

Formosi infortunatũ corpus

Sergius Benedicti Romanus Christoforum a monasterio euocatũ uinculis arctius
s astrinxit: quẽ deinceps a Gallia reuersus tenacius sepsit. Formosi acta irritat: ab eo
ordinatos ordines suscipere cõpellẽs Formosi cadauer (ac si uiueret) capitali suppli
cio plectens corpus in Tybrim: ut sepulturæ indignũ deturbauit. Piscatores numinis in
stinctu cadauer inuentũ ad basilicã Petri efferunt: qđ delatũ imagines (ut auctores scribũt)
ueneratæ sunt. Sergius formosi factionem in electione illi morosam hostiliter est semper in
sectatus. His artibus Sergius inciuiliter austerus septimo sui pontificatus anno odio mul
torum interijt. Ante ipsius obitum ignitæ faces præter consuetudinem discurrentes: Vn
garos Italiam agressuros attestatæ sunt.

EPISTOLA VIGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Traiano Rabulæ fœlicitatem.

Corpa q̃re urantur.

Imon iste declamator: inurbanus: more solito sic denuo oblatrat: uide q̃so quãtũ isti
t degenerauerint a maioribus suis. Illi enĩ utpote uiri sctissimi dignitatẽ ultro oblatã
cõtenebãt orationi: doctrinæ Christianę uacantes. Hi uero largitione: & ambitio
ne pontificatũ querẽtes: & adepti posthabito diuino cultu inimicitias nõ secus ac sæuissimi
quidã tyrãni iter se exercebãt: suas uoluptates postea securius expleturi: cũ nullibi extarẽt
qui eoꝝ uitia coercerẽt. Crediderim ego Sergiũ hoc facere a Lotario cõpulsum: quia *For*
mosi opa a Gallis in alienigenas Imperium translatũ sit. Hemo iste agrestis Cerberũ latra
tu superans: fœnũ quod mihi erat in cornibus: iam elucta attriuit: ideo a cornu iã tutus ipse
caballus ad montẽ caballum: ut quiescat feratur. Non a Sergio uexandi corpa stoliditas in
cipit: quoniã cadauera regũ a regibus: si Cambysem uolumus recordari: peius & ĩmanius
legi fuisse uexata. Maiores nostri ætate sua corpora cũ pie conderent: & illa p factiones im
proboꝝ familiæ & amicoꝝ erui/trahi/percuti/calumniari: ac deinde quasi uiuerẽt: suppli
cijs affici inspicerẽt: ut rabiem ab insolentibus tollerent: illa ad cineres usq; cremãda esse in
stituerunt. Quem ritũ cũ Romani ad unũ obseruarẽt: cornelia domus ante Syllam neminẽ
in familia tulit cremari. Sylla dictator: cũ defunctos & Marij corpus egestũ turpit̃ uexasset:
a factione opposita deteriora pati ueritus suũ cadauer p̃ter familiæ consuetudinẽ: aduri ius
sit: cui etiã ad rogũ usq; fortuna fauit. Nebulosa dies cum imbres futuros indicaret: ante ad
ustum/conditũ/& supremo dignatũ corpus minime pluit. Traiane corpora nostra tam mi
ro artificio a diuinitate dilecta: & creata: q̃ mortales tam indiscrete exagitent: ꝓfecto mirũ
Cõplexio quid sit. est. Complexio hominis e contrarietate elementoꝝ educta nõ una: sed cunctis animalibus:
necnõ & membris alia inest. Temperatiorem beneficio dei inter animalia hoĩes sub equi
noctiaili (ut creditur) qui degũt: post quos quartũ clyma tenentes ab extremitatibus semo
Aetates quomodo uariantur. ti habent. Complexionis bonitas: aut malignitas in ætatibus limites uariat: quã ita in ætati
bus distinguimus. Adolescentia usq; ad triginta annos ut plurimũ est cui succedit ætas con
sistendi: scilicet usq; ad trigintaquinq; uel quadraginta annos: quæ pulchritudinis ætasnũ
cupat̃. Postea ĩminutio: & senectus nõ tamẽ cũ manifesta uirtutis p̃ditiõe usq; ad sexaginta
annos est. Deinceps manifeste uirtutis debilitas occurrit: qđ est seniũ: & finis uitæ.

ANASTASII TERTII PONTIFICIS BONITAS. CAP. XXVII.

Nastasius patria Romanus secundo pontificatus anno reipublicæ: & gentibus sa
a lubris obijt. Circũspecte adeo uixit: ut nihil quod reprehendi queat: ab eo antten
tatum comperiamus.

EPISTOLA VIGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Rogerio militũ magistro fœlicitatem.

Iora/si manus/si scribas bis centũ haberes: nil: nisi de strenuitate/ magnanimitate/
f elegantia/ciuilitate tui principis (quod laudo & amo) prædicares. Milites a se dita
tos locupletatosq; petulantiores frenauit: ciues / inopes/rudes / agrestes / rusticari
proclíues ciuilius sentire/cõserere/mercari/limites sine finitimorum iniuria ampliare: mu
sas colere: facũde sermocinari: sacra & deos satius quã Bacchus uenerari oste̅dit. Vtinã alij
præsides essent meliores: nihil est sanctius/nihil uoluptuosius: q̃ quod princeps sit ꝓuidus/
magnanimus/cõstans/liberalis pater patriæ: & consultor sit: qui beneficijs: ut caput mẽbris
gestiat præesse: nõ ut lupus ouibus studeat insidiari. Ciues: amici: familiares mala maiorũ

tudentes: ac si æmularentur: maleficia augent: si iusticiam/ si æquitatem/ si sanctissima ui
dent: quotidie meliores sanctioresq; fiunt. Regna pusilla a priscis obscura/maturitate/stre
nuitate/ prævidentia/æquitate (si magnanimitas comitetur: nõ ignoramus sublimari. Re
gnum Macedoniæ ante Philippum & Alexandrum fere incognitum importunitate finiti
morum exesum quomodo per hos domitis gentibus: & oriente excelluerit: historiæ osten
dunt: quas omittẽdo obscuriora agrediemur. Getæ rudes: mali: segnes ante optimi ducto
res bellum inopes a Dacis: a Germanis haud semoti: & ab ipsis sæpius debellati per Bore
bistam edocti ad bonas cõsuetudines compositi Romanis prouincijs damna & timores in
tulerũt. Borebistas ortu Geta nationẽ suam sæuitia incõditam tumultuarijs certaminibus
consumptã tolerantiam: & omnia: quæ ad uirtutem sunt: persuadendo magnis incremẽtis
refecit. Ipse sobrietatis: bonorumq; morũ: & omnis continentię persuasor delectũ: gentem
ceruicosam continua exercitatione: ut arma crisparent: iacularentur: uentilarent: iussis pa
rerent: signa ducesq; obseruarẽt indurabat. Ipsi ante efferati: & rudes: cũ a duce suo edocti
ut deos colerẽt: a malis abstinerẽt: & obsequi nõ indignarent̃: parua intercapedine magnã
ditionem adepti finitimos ante dominos sibi subiecere. Borebistas actus sacrificijs superato
Istro quibusdam populis deletis Thraciam diripiens in Macedoniã & Illyricũ cũ magno
Romanorũ terrore prædas: captiuosq; exagitando irrupit: Ceneum in Aegypto magicam
qui didicerat: in castris comitẽ & consultorẽ habẽs. Ceneus summe auctoritatis: & illarum
gentiũ inde deus: augurijs deoꝝ: & responsis uentura utiq; p̃uidit. Ceneus diuinitati dica
tus populos illos pœnitere: sacrificare: uites excidere: sine uino cõuiuari: cui omnes ascẽse
repsuasit. Augustus in hos tumultus copias educi cũ imperaret: anteq̃ castra castris oppo
nerentur. Borebistas a leto p̃uentus est. Getæ auspicijs Borebistæ ducenta milia hominũ so
liti armare eo defuncto publica negligentes: & proprijs inhiantes: cum uirtute reiectis nu
minibus bellis ciuilibus: rixis: seditiõibus a pristina amplitudine extenuati: nisi quadragin
ta armatoꝝ millia potuerunt educere. Rogeri Getæ ex imbecillitate a pueris per uirtutẽ iu
uenes effecti a factionibus tumultu impliciti: ut decrepiti ex cõtinua extenuatione periret.
Puerorũ uigor & caliditas ĩ iuuenibus augeẽ. Ratiõe augmẽti ĩ pueris est aeritas: aqũeitas
quã humiditate ossium: & cutis mollitie cognoscim⁹. Hi sæpe flegma euomũt: quoꝝ ægri
tudines ut plurimũ frigidæ: & humidę: & febres flegmaticæ sunt. Senes decrepitos: terre
stres: siccos per ossium duriciem & eius asperitatem iudicamus.

Regnum Macedoniæ

Borebistas dux Geta.

Ceneus Getarum ꝓpheta.

LANDI PONTIFICIS OBSCVRITAS. CAP. XXVIII.

Andus patria Romanus tam obscure magistratũ gessit: q̃ a numero: & maiestate:
1 & gloria põtificum uidetur esse deletus: ea tempestate inter Italos: Germanos: Gal
los de imperio uaria prouinciarum calamitate sæuitum est.

Galli & Germani altercãtes

EPISTOLA VIGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Aristoteli amico fœlicitatem.

Enuenses uarios/infidos: deficiẽtes: quibus adherẽt sumptibus extenuãtes: ideoq;
g exterminãdos: & eoꝝ ciuitatẽ aduenis concedendam adiudicas. Te hominẽ teme
rarium: ac inexpertũ furere: helleboroq; indigere tuamet cõsilia produnt. Temere
cõsulis: temerarius de tam celeberrimo ꝓpulo loqueris: medicinã quere. Bonifacius a tua
uecordia discors illam ciuitatẽ iustitia/equitate/humanitate/ & beneficijs asserit fouendam
moderamine officijs: pietate Genuenses domantur: & melius q̃ pueri imbelles reguntur.
Opus est leonibus magnanimis blandiri: nõ autẽ (ne incendant̃) minari. Cum peregre ua
garer: & inter res nouas decorẽ tantę ciuitatis lustrarẽ: uultũ: grauitatẽq; ciuiũ admiratus:
cum mihi deambulanti quadã maiestate assurgerẽt: nõ a uiris: sed a tot regibus: uel a sacer
dotibus cẽsui uenerari. Hũc populũ si honestius sine iniuria uolumus argurere: eũ p sectas
primo impartiamur. Nobilitas tam ampla inter lapidosos & exiguos saltus: mõtibus præ
ruptis & pelago septa per ortum: & occasum indiget ꝓpulentia classe mercari. Nos mer
catura ob magnitudinem nauium: & profunditatẽ maris alijs superiores: & opes ĩmensas
scimus lucrari. Non Genuensibus Phœnices ubiq; decantati: aut Tyrij in mercatura: & in
nautica disciplina: ut fœliciores præponuntur. Hi Genuenses: qui nauigant: mites/ æqui/
pacem/quietẽ/leges/tẽpla/deos/& gentiũ ꝓphetas amant/p̃lia/ seditiones/ & a suis ducibus

Genuẽsiũ factiones

defectiones ut ignem deteſtantur. Faſtus/coniurationes/dolos/inſidias/regimina faſtidiũt: & quia procellis iactati uouunt: myſtica augent: templa conſtruunt: aut inſtaurant. Secta alia: quæ per profundum nõ uenatur: ut a ſterilitate mõtium euadat: armis alitur: tumultus concitat: & ut oportunitas uiuendi concedit: cunctis inſidias mollitur. Hos tamen ex antiq̃ ſanguine: & animi generoſitate illuſtres prophanũ foret ui/ dolis/aut ſtolido garitu uiolare Si codices & priſcos annales q̃ uolumus mordere: prius inſpicimus: Carthaginẽſes/ Afros Romanos/ Aſianos: & genus omne continuo uariis proditionibus rebellaſſe inueniemus. Regna quibuſdam fortunis ditia: ciuitates quoq; & gẽtes etiam inopes ciuilibus bellis exarſiſſe: & extraneos ad ultionẽ hoſtiũ concitaſſe nempe legemus. Externos tyrannos: uel ſi bi pares in eadem ciuitate ſine inſidijs: ſine proditione ciues nunq̃ tolerant. Optimos ciues e laribus auitis uelles eliminare: aduenis: quos ignoras: opulẽtias anxietatibus adeptas certe mente alienatus impartiri furis: nõ tu ſemper: ſed uinũ talia & plura præponit. Genuenſium arduæ rupes exilia agmina nõ recipiunt: pauci milites cito a montanis agreſtibus necantur: multi uero bellatores inedia tolluntur. Ciuitatis uici artiſſimi repagulis & cathenis intertexti nimiũ implicantur: quorum domus ut arces in ſublimi e uiuo lapide faſtigiantur a uetulis: & ab ancillarũ ſaxis queunt illa atria: & tãta diuerticula defendi. Aduenæ ſiue coloniæ appetunt locupletari: ad agrorũ ubertatẽ nõ ad ſterilitatem pergere gratantur. Amplitudinẽ agroꝝ aeris temperiem/ſegetes/irrigationes/& luxuriã rerũ: nõ exeſa ſaxa hoies querũt. Linguas græcoꝝ q̃ttuor fuiſſe aiunt: q̃s fertilitas regionũ aduenis cõfluẽtibus uaria uit: Dorenſium/ Athenienſiũ linguæ ob exiguitatem & duriciem telluris: quia ſterilitas inhibuit acceſſum: impermixtæ perpetuo manſere. Hæ gentes græcorum inopes aridos campos incolentes ad æmulationẽ: ut ibidẽ aduenæ conſiſterent: neminẽ ſciere. Ab Aegyptijs Genuenſium auctoribus nõ fœlicitate oræ: ſed ut claſſis tuta foret: oppidum conditum eſt. Phætõ ſolis Aegyptij filius: Eridanus etiã uocatus armato nauigio i ſinũ liguſticũ enauit. Procellis fatigatus pſuaſiõe ſuoꝝ in mediterraneã orũ deſcẽdens nauiũ cuſto dẽ Genuinũ e ſocijs unum maris nauſea debilitatũ relinquens ſuperatis mõtibus ad fertilem planiciem ductus quieuit: homines agreſtes/rudes/feroces ad ſua uota illexit. Taurinũ ciuitatem conditoris nomine Eridanũ nuncupatũ conſtruxit. Senio decedens Ligurem filium in adepto imperio heredem præfecit. Interim Genuinus ſoſpes accolis adhuc ſilueſtribus blanditus oppidum tam imenſum Genuã de ſuo nomine appellatũ ædificat. Per id temporis cum Ceorops Athenienſiũ rex Græciæ (ut uolunt auctores) imperaret: ui cœleſtiũ corporũ incendium gande Græciam & orientẽ uſq; adeo inuſtulauit: ut cũ fontes/ flumina/ ſata/ſiluæ abſumerẽtur: & mare etiã ferueſceret/ nationes/regiones/& domicilia relinquerẽt. Per mẽſes nõnullos ignis imanius cũ ſæuiret: circa mediũ autumni ab imbribus extinctus eſt: quale diluuiũ Phætontis incendiũ dictũ aiunt. Ariſtoteles ſanguinis euacuationẽ: eo quia nutrit & naturę theſaurus eſt: Auicẽna nõ laudat: qua tamẽ acta Genuinus (ut multi alij ſanant) eueſtigio conualuit. Naturalis ſanguis calidus & humidus: atq; rubeus odore malo carens eſt ualde dulcis. Non naturalis caliditate: aut frigiditate a bona complexione mutatus in aliqua parte iam putruit: qui in coleram rubeam: aut nigram alteratus/turbidus/ſubtilis/niger/& aliquando albus in ſapore amarus & falſus fit.

Linguæ græcorũ quattuor dicuntur

Genuẽſiũ auctores

Phætõ Solis filius.

Genuinus Genuæ cõditor.

Diluuium ignis.

Sãguinis bonitas & malitia.

IOANNIS DECIMI PONTIFICIS FOELICITAS ET INFORTVNIVM. CAP. XXIX.

Saracenis contulit. Saraceni in ultionem Græcorũ concitati calabris & apulis iam populatis poſt Lucanos urbem obſidere cum accingerentur: ab Ioanne accitis undiq; auxilijs ſummo interitu Roma ſubmoti ſunt: qui apud Minturnas reiterata ſtrage iterum a pontificice necantur: ipſis abire cogitantibus: & caſtra incendio dare meditantibus a quibuſdam ſucceſſibus elati perſtiterunt: atq; monte Gargaro occupato finitimos capiunt. Ioannes temere ſibi omnia aſciſcens Romam: ceu triumpharet: ingreſſus Albrici hoſtile odium concitauit. Albricus pontifici obſiſtere impar: ne ut ingeneroſus cederet: Vngaros in Italiam plus calamitatis: quam Saraceni inferentes præmijs uocauit. Senioribus necatis: pueros & uirgines abduxerunt. Ioannes ſeditione militari proditus in uincilis ceruicali ori adacto obijt.

Saraceni græcis auxiliares.

Vngari Italiã inuaſerũt.

EPISTOLA VIGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Sabino rhetori fœlicitatem.

Abine de eo bono uiro qui tam incondite de barbaris barbariçabat/riſimus: q̃uis græci tanti erroris auctores magis irridendi forent. Græci quod ego inique dictũ cenſeo: fallaces & arrogantes ſe eximendo omnis nationes/ qd̃ eſt temeritatis indicium/barbaras appellant. Eos ſapientiores mallem originis memores cõſultius locutos: nam ut de eis impudentibus ortus qui ſint/teneas: e ſequẽtibus pronoſticare. Strabo ait: Pelops e phrygia abducta multitudine Danaus ab Aegypto: Cadmus e phœnicibus: ac aliæ hincinde nationes Græciam a barbaris cultam occuparunt. Cadmum e phœnicia profectũ litteras græcis rudibus agreſtibus dediſſe memorant. Græci litteras ab his/ quos barbaros nuncupant/ didicerunt: & ex alienis uirtutibus allati floruerunt. Si quid eſt: Achaia tam ſuperba interrogamus/dico q̃ ſi congerimus præterita: Græcia nihil aliud eſt/q̃ barbarorum confœderatio: & lutulenta talium colluuies. In præſentia nõ opus eſt ſic ſuperbire: ſed maturius omniũ garrulitates ſic præſtat interpretari: ſcilicet quia quotidie fata uices rerum permutant: nec decor aliquis diu perſiſtit: e barbaris quotidie facundi heroes: dijq; e uillis opida: e ſtabulis tẽpla: e ſiluis regna fiunt: & indies ſummi potẽtatus: & aurea faſtigia cadunt: & in his locis in quibus reges arbitria dicebant: & dij qd̃ eſt mirabilius/uenerabant̃: ex infortunijs pecudes uel armẽta ſtabulant̃. Babylonia: Athenæ: Corinthus: & tot demolitæ ciuitates elegantiſſimę mutata fortuna in Barbariem uoluunt̃. Bactriani: Parthi ue a Sythica ruſticitate orti: exules & a ſuis exterminati: cum ſordidi/hirſutiq; uti inopes uagarent̃: in illis primordijs feritate inculti barbari agreſtes iure poterant uocari: modo cum ad inclyta/lataq; regna: & opum luxuriam peruenerint: eos barbariem cum maieſtate: bona fortuna: generoſitate: diuitijs: ſapientia cõmutaſſe dicemus. Sabine grecia quã multi improbant/ quoad ſcientias membris corporis poteſt aſſimilari. Manus & facies/membra inſtrumẽtalia ad complendum motum & operationes/ ſunt animæ inſtrumenta. In alijs enim membris eſt uirtus naturalis: qua nutrimentũ attrahunt/retinent: uniunt: aſſimilant: aut ſuperfluũ reijciunt. Membra etiam fortia ad uicinia ſibi debilia ſuperfluitates expellunt: ſicut cor ad axillas cerebrum poſt auriculas/epar ad inguina.

Bactriani

Parthi

Manus & facies

Membra

LEONIS SEXTI PONTIFICIS BONITAS. CAP. XXX

Eo romanus ſeptimo menſe multis probitatum præconijs defunctus eſt: ciues tumultuantes res Italicas ad arma procliues pace coagmentauit: externum hoſtem foris pacans barbaros ſemper cladibus affecit: ac ſumma ui oppreſſit.

EPISTOLA TRIGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Aluiſio ſcribæ fœlicitatem.

Erucium coetaneum tuum mihi quẽ aſſociare uelles: tuo & multarũ gentiũ iudicio mirifice laudas. Ipſe priſcis uatibus equandus Bonifacio (ut ſcribis) ſua humanitate nõ indignat̃ famulari. Illum quẽ ut frater eſſe uelit/rogamus: nõ dignamur cũm ſit tam eximius poeta/nobis in comitatu ſubijci: frater erit quandocunq; uoluerit/ fraterna ſubijciat tabernacula: ego ꝙo ad tua priora dicta de uatibus reuertor. Poetas antiq̃s magis caſu: q̃ ratione nominas: profecto (ni decipior) quanta fuerit illorũ probitas/ignoras. Antiqui uates nõ umbris contenti carmina edebant: ſed per Aegyptum: Aſiam: & illuſtria loca uagantes orbis ſitum: & ſyderũ noticiam conſecuti apud ſpectatos magiſtros philoſophabantur: doctrinam ſuam inde diſſeminantes beatius uiuere: & interſertis fabellis proteruos arguere curabant. Ad liram: ad tibias: ad muſicos concentus nõ ad petulantiã/ſed ad uirtutem: ad morũ excellentiã: atq; etiam ad militiam/ruſticationẽq; diſcipulos cõpulerunt qui quæcũq; affectaſſent: hominibus etiã perſuaſiſſent: q̃uis proſa adhuc lateret. Cadmus Pherecides: Hecateus facundiæ: aut proſæ inuentores pedes metri in ſolutam orationẽ ſoluerunt: qua nihil eſt cum uacet a fabellis & plene narret/præſtantius. Adeo nunc a fabellis diuertimus: q̃ poetas garrulos appellamus: & litterarũ ignaros: idiotas: pueros: & fabularũ auidos uocamus. Aluiſi poetæ ea tempeſtate: nunc ꝙo oratores ut oſſa corpora ſunt. Oſſa: erectio: ſubſtentaculaq; corporis medullam/qua nutriuntur ac mollificantur: ne a nimia ariditate frangantur: quia motus illa continuo exiccat/cõtinent. Craneum a nocumentis cerebri clipeus eſt os expanſum: quod in plura diuiditur: ne leſio unius partis toti craneo cõmunis ſit. Per cranei ſerras etiam cerebri uapores: qui lederent/mundificantur.

Antiqui Poetæ

Proſæ inuentores

Oſſa

STEPHANI SEPTIMI PONTIFICIS BONITAS. CAP.XXXI

f Tephanus romanus ſui pontificatus anno religione & conſuetudine uenerabilis: Italiam cum galli & ungari/ac multæ barbaræ nationes diriperent/obijt.

EPISTOLA TRIGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Vrbano amico fœlicitatem.

p Rrincipem illarũ nationũ amicum nullum ad frugalitatẽ populorũ pie cõſulentẽ admittere: ſed ſcurrarũ/delatorũ/adulatorũ greges frequentiſſimos habere: quod ego compatior/quereris. Non ita nunc ſolum ducunt homines: ſed ualuæ huius orbis his cardinibus ab antiquo ita uoluuntur: tu interim comoditate temporis utere: nullæ res niſi ſupernæ durant. Duces ingenerosi eſe & exẽplis imbelles mollicies: ſicut rebus gloriosis uacant/parum aut nihil penſi habentes. Prouidos homines ueluti æmulos faſtidiunt: ad nutumq; uolunt interpretari: ſic de Dario etiã forti rege exempla dicunt. Darius primis initijs mira multitudine fretus: arrogantia & oſtentatione/probriſq; ſe hoſti nõ erubuit præferre: deinceps cum portenta & fortuna iniqua protenderent: ſomnis magis territus/q̃ conſilijs fluctuauit. Alexandri caſtra magno ignis fulgore illuſtrari: & eum ea ueſte qua primo ipſe Darius rex appellatus eſt/ad ſe duci ſomniauit. Talibus oſtentis diu diſtractus/de interpretatione angi uiſus eſt: fatidicis ſine adulatione de amiſſione regni ominantibus: & diſſona imperio ſomnia fore coniectantibus. Vates alij qui cum duce tuo cõueniſſent: adulari & applaudere frugalius rati: ueritatẽ & ſcientias bonorũ euerterunt: ſomnia/præſagiaq; ab inuicto uiro nõ curanda nihil a perſis de exiguo hoſte formidandum: quod regi gratius fuit/ cecinere. Ille ueritatẽ dicentes damnans/ſibi proſpera canentibus donis alluſit: & cum inulla expeditione militum turbam innumerabilem: ſexcentos mulos: & trecentos camelos pecuniam regis uehentes: matrẽ: uxorem/natos: ſpadonũ greges illis gentibus familiares contemplaretur: ſe nõ hominem fortunæ ſubiectum/ſed ſe inuictum & maius numen cenſuit. Dario propter ariolos fluctuanti trecentæ ſexaginta pellices regali ornatu incedentes: ſuis illecebris auguria ſemper irritantes: curas diſſuauiando adimebant. Vrbane Darius homo procerus: atq; ſpecioſus in dentibus: qui triginta duo eſſe debent/erat imminutus. Et ſi oſſa corporis non ſentiant: dentes ſenſum habere tamen medici tradunt. Natura de eis ſollicita: per uirtutem cerebri ſentire inter calidum & frigidum diſcernere illis dedit. Sunt quidẽ dentes/ſenſus dentes qui uocantur. Hi in extremitatibus gingiuarũ poſt pollutionẽ & ante cõſiſtentiam naſcuntur: his Darius caruit.

Darius perſarũ rex

Dentium numerus

IOANNIS VNDECIMI PONTIFICIS STVPOR. CAP.XXXII

i Oannes Romanus ſanguineo fonte Genuæ fluenti: q̃ fuit futuræ calamitatis præſagium/diu ſtupuit. Saraceni ab Africa uelificantes Genuam in primo congreſſu captam popularunt. Vngari Italicis opulentijs totiens illecti eam ingreſſi/cum in opida ſe dedentia: ac magis obſtantia ſeuirẽt: marſi illis rapinas/uitamq; inhibuerũt.

Saraceni Genuam expugnarunt

Vngari Italiã in uaſerũt

EPISTOLA TRIGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Iacobo amico fœlicitatem.

a Criſius unius natæ pater a ſortibus: q̃ per nepotem caderet/admonitus: filiam in turri poſtibus & repagulis ferreis clauſam/a uirili compreſſione immunẽ tenuit. Ioue puellæ audito decore æſtuante uirgo imperijs paternis ſæuera non a lenone/nõ a procis poterat adiri: & pater durus infamia/oraculoq; territus: inexorabilis: atq; inacceſſibilis erat. Mater pudicitiæ rumores ſuſpicans: & conſortis conſilia prodere nefas eſſe rata: blandientes & quæq; cupidinis temptamina reiecit. Cuſtodes & greges canũ ante turrim allicientibus rebelles nulla arte poterant compeſci. Fidem: ſtipendiũ: iuramẽta Acriſij: crucem: ignes: ſupplicia ſe paſſuros uigiles acceſſum ad turrim rogantibus obiectabant. Iupiter ſollertia laſſatus precari: ſubornare ac polliceri feſſus ait: Prodimur: mentiunt omnes auro utendum eſt: ab auro auxilia petamus. Adulter largitionibus effuſus: tantũ auri cunctis eſt elargitus: q̃ intra illa clauſtra per imbrẽ aureũ in ſinum Daphnes deſcendiſſe fabulantur. Turris uigilibus/terrore/ferro formidabilis ex auro cõſtructis miſſilibus patuit. Genitrix Danaes ante torua: ante minas totiens per deos tergiuerſata Iouem: nuncios: & preces cõſueta obiecto pudore coniugis: & interitu aſpernari accepto ære languit: & auctor & conſcia ſtupratori arcem cũ filia recluſit. Canum latratus: ſtationarij quoq; ante truces pre-

cantibus rebelles: ſuſpendiũ & ſupplicia ſibi imminere cauſantes: acceptis theſauris ad Iouem defecere. Acriſius rex ab omni comitatu: & ab uxore proditus: arduam turrim auro effoſſam: fores & cuſtodes auro expugnatos Danaen ppter uim auri concepiſſe infrendens: prægnantẽ in arca recludi: ac in mari præcipitari iubet. Arca fluctibus ad littus apulum (ita dij annuere) impellitur. Piſcator quæ maſſa foret/percuntatus Danaen intra/filiumq; peperiſſe inuenit: & ambos Pilumno regi obtulit. Pilumnus naufragæ puellæ parẽtes: & patriã ſciens/eiuſq; ſortem miſeratus coniugio Danaes dignatur. Quid uelim inter has ambages admonere: ſi petis/aduerte: uaticinabor: Acriſius tam callidus ſtipendijs/milite/& ſupplicijs uerendus ſubornatoribus ſuccubuit: & tu anum temulentam luminum iacturam habentem filiabus: ut caſte cuſtodiantur/preponis: niſi procorum potentiam & importunitatem timueris/iudicio meo eris Acriſius ſecundus. Iacobe digiti inſtrumẽta ad colligendum apta oſſa ut tuta nocumentis ſint/rotunda habent: quæ dura ſine concauitate: ſine medulla ut fortius conſtringant: fingant: & attrahant/ſunt.

Digitorũ beneficiũ

LEONIS SEPTIMI PONTIFICIS TEMPORVM TRANQVILLITAS. CAP.XXXIII

l Eo Romanus ex ſopore (ſi iocari licet) nunq̃ expergefactus nihil ardui aut qd̃ inter præclaras res mirum uideatur (ſi annalibus creditur) geſſit.

EPISTOLA TRIGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Rogerio amico fœlicitatem.

q Vod Bonifacius comercio non poſſes expleri: ſi in traiectu Padi ſydera tenon infortunarent/ſcribis. Cœli & ſi motus non uarient: atq; uniformiter rotentur: influentiæ in malis & in bonis eadem non perſiſtunt: a quibus prudentia & dei auxilio declinamus. Si ſubmiſſus litabis: diuinitatemq; precatus fueris: uaticinia/influxus/ſuperſtitiones/gentium præſagia immutabis: & Luculli fortunam in fluminibus ſuperabis. Lucullus romanorũ imperator in Tigranem Armenię regem hoſtili agmine cum properaret: Euphratem auctum & turbidũ: paſſimq; reſtagnantẽ offendit: placatis numinibus cum ſacrificaſſet: atq; lintres ad tranandum imperaret: ueſpere amnis extenuari: in aluumq; regredi incipiens adeo in proxima nocte defluxit: ut tuto mane cum cohortibus tranaretur. Inſolani præter conſuetudinẽ fluentem illico exiccari admirati Lucullum ut numen & deorũ amicum conuenere honorandum. Iudæis ad deſtructionẽ Paleſtinorũ tranſeuntibus habitis ſacrificijs beneficio dei inſtar pauimẽti Iordanis exiccatus eſt: & iter aridum populo deuoto hymnos & ſacra uerba canenti præbuit. Pharao expeditionẽ Aegyptiorum/cum terga hebræorum ad interitum præmeret: mare fugientibus oppoſitum quoad timentes tranſirent/eſſe diuiſum: & ſequentẽ Pharaonẽ cum exercitu ſubmerſum/ſcriptum eſt. Ioſephus dum hæc mira ut incredibilia memorat: ut firmiora ſint/adiungit: q̃ cum regnum perſarum deus per macedones deſtrui uellet in trãſitu exercitus. Alexandri mare Pamphilicũ eſt biſariam diuiſum. Ioſepho præclariſſimo uiro quando Alexandrum in aquis fortunatum aſſerit: nõ ſane aſſentio: quoniam illum grauiora diſpendia aquis & fluminibus perpeſſum: quam tu imaginaris/tuliſſe recordor. Cydnus Cilicię memorabile flumen e fontibus placide fluens a nullo torrente ad mare uſq; turbatur. Frigidus & incorruptus per amœnas umbrarum ripas cõtinuo labitur: Alexandrum ſudore & puluere æſtuantẽ: ut corpus aſtante exercitu in eo ablueret/illexit. Eum otius uix ingreſſum palidum: rigentem: a calore deſtitutum: expiranti perſimilem: mentis incompotem miniſtri in tabernaculum referũt. Salutem regis cũ omnes deſperarent/ſollertia Philippi medici ægre euaſit. Illius deinceps exercitus uictor reliquias Darij: & Beſum principem per deſerta cum ſequerent: ſiti/eſtuq; Alexandro etiam uacillante pene conſumptus eſt. Milites ad Oſſum amnem peruenientes immoderatius bibentes: plures q̃ in aliquo prælio miris excruciatibus occubuere. Rogeri uelis etiã tu/ut caſus euites ſacrificare: aut ne e cerebri imbecillitate terrentes caſus: & rationi diſſona ob effumationem humoris melancolici imagineris/caue. Cerebrum aliquibus per eſſentiã/aliquibus per nucam quæ ex ipſo currit: eſt neruorum principium: neruis mediantibus omnibus membris dat motum & ſenſum. Caro etiam per neruos roboratur: necnõ & corpus fortius fit. Membra quæ neruis & ſenſu carent ſicut epar/ſplen & pulmo: neruoſum cinctoriũ habent: quo apoſtematum/uentoſitatem/& tenſionem percipiunt.

Lucullus imperator

Iudæi in tranſitu Iordanis

Cydnus amnis amœniſſimus

Cerebrũ dat motũ & ſenſum

STEPHANI OCTAVI PONTIFICIS INFORTVNIVM CA.XXXIIII

f Tephanus natione germanus cõtinuis cõspirationibus/ac feruescente tumultu agitatus tandem per insidias ita est detruncatus: q ob uulnerum informitatẽ non se amplius in publicum prodidit.

EPISTOLA TRIGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Francisco amico fœlicitatem.

m Ater tua indies mihi magis deuota filijs Bonifacij in præsagijs præponit: illi sane affabilitate/muneribusq ne cæteri me rusticũ aut inciuilẽ censeant/opto blandiri. Pro meis fortunis inuigilat: imperiose rixatur: q in compensationẽ amoris: uel etiam laboris nihil postulet/certe irascor. Ante hist orijs nunc experimento multas matronas externos filijs præponere erudior: sic Sisicambris Alexãdrũ fratribus & filio prætulit. Sisicambris Darij mater Alexandrũ macedonũ principẽ fortius amare q̃ filium: & octoginta fratres: inedia & morte indicauit. Darius ex conflictu fugiens amictũ: & arma deiecerat: e captiuis spado spolium a milite uidens deferri: ut ab occiso rege talem clamidem arbitratus ablatam matri & uxori & natis regem traiectum/uisamq; ueltem nunciat. Proximis Darij fatum ululantibus Alexander fortunæ Darij: & fœminarũ tristiciæ miseratus illachrymauit: atq; cum Ephœstione amicorũ præcipuo captas reginas cõsolaturus adijt. Ipsas falso lamentari: Darium uiuere ut pristinũ apparatũ/regiumq; decus obseruarent: bene sperarent/solatur: & Sisicambrim pedibus suis prostratam manu alleuatam matrem & reginam nominauit. Deinceps sic per humane: sic sine etiam criminis suspicione cum captiuis fœminis se honorifice gessit: ut exacti reges clæmentia: continentia ue ab Alexandro superati dicantur. Nam uirgines impollutas obseruari iussit: & a cõiuge Darij decore corporis ea tempestate cunctas antecellente/ut a sorore abstinuit. Fœminis omnẽ ornatum reddi mandat: quibus e pristina fortuna nihil nisi fiducia deerat. Sisicambris inter hos regios honores hu millima ait: O rex isto imperio certe dignus: Dariũ qui fœlicitate & æquitate superasti/me matrem & reginam nominas: me tuam famulam esse profiteor. Tanti regis præuidentia & continentia adeo Sisicambrim deuinxit: ut Alexandro defuncto nõ amplius uiuere uellet. Darij necem & proditionẽ/octuaginta etiam suorũ fratrum eadem die ab Occho rege occisorum: sed interitũ Alexandri minime tulit. Alexandri morte audita lugubrem uestem raptim assumens laceratis crinibus corpore humi prostrato: cũ se a cibo abstineret: quinta die uenis & uisceribus arefactis expirauit. Francisce uenæ nutrimentũ cum nõ perciperent/humore destitutæ aruerunt. Venæ omnes eiusdem naturæ nõ sunt: quæ ortu ac officio inuicẽ differunt. Venæ pulsatiles arcteriæ quæ etiam uocantur: duplici tunica cinguntur: interior est fortior: illa enim spirituum pulsationi obuiat. Cum duo cordis uentriculi sint: harũ arcteriarum origo a sinistro est. Ab epate omniũ quietarũ uenarum est alia origo. E quibus duæ a medicis inuigilantius notantur: una a parte eius cõcaua nascitur/ nutrimentũ quæ trahit: & ideo porta uocatur. Altera a parte eius gibbosa ortum habet: quæ ab epate membris nutrimentum defert/uentrem habens illi nomen est.

Sisicambris Darij mater

Venę quõ inuicẽ differant

MARTINI TERTII PONTIFICIS BONITAS CAP.XXXV

m Artinus natione romanus mansuetudine: religione: & laudata ostentatione agenda temptans sacraria instaurans/pater patriæ dictus est.

EPISTOLA TRIGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Guidone procuratori fœlicitatem.

g Ermanum ut mollem & effœminatũ odisti: ne se tantũ comere aut redimire uelit: admoneam/rogas. Quere in ciuitate morum censores: otia mihi ut aliorum errata aut corrigã aut castigem nõ supersunt. An quis sit pexus/an incomptus: agrestis: comis rideat aut tristetur/nequeo aduertere: laudabiliora negocia certe me diuertunt. Cæsariem uirilem nulla acu intortam nullo arabo liquore infectam: potissime si patria fert/uideo libenter. Albaniam Asiæ prouinciam a decore: & ab albedine crinium sic nuncupatam tradunt. Natura ad ornatum: ad capitis tutamen capillos præbuit. Pecus detonsum imbribus: & uentis expositum est informe: arbor præterea a frondibus: & ramis detonsa grandini: & æstibus patens est inamœna. Apud hebreos aquas potare: cum prolixa capillatura incedere sanctitatis signum erat & prophetiæ. Christus ex omni parte speciosus: in crinium decore: & composita cæsarie more suæ gentis (si historiæ nõ mentiunt) excelluit. Si frater tuus

Albania Asiæ prouincia

strenuitati uacaret: & armis ut se tonderet: ut sic eis Abantes & macedones æmularetur/ exhortarer. Abantes populi prælijs acerrimi nõ funda/nõ sagiptis: sed cominus soliti dimicare anteriorẽ capitis partem: ne hostibus ansas præberent/se adunum rasere. Alexander macedonibus barbas succidere: ne ansas hostibus comodas secum perferrent/iussit: sic corde: manibus/non crinibus certarent. Guido nulla operatio nisi a uirtute prouenit: uirtus itaq; omniũ operationũ initiũ existit. Magnæ auctoritatis quidã / q omniũ corporis operationũ principium existat/aiunt. Latius alij sententiã explicantes: q unaquęq; membrorũ uirtus quoddam principale habet: quod minera existit: a quo eius procedunt operationes/ uolunt. Virtutis animalis cerebrũ sedem: uirtutis naturalis epar sedem: uitalis ỹo uirtutis cor sedem esse firmius dixerunt.

Abantes populi

Operationes a uirtute

AGAPETI SECVNDI PONTIFICIS INNOMINATA PERSECVTIO. CAP.XXXVI

Gapetus natione romanus Vngaris opida: uicos diripientibus: & Belingario inter has clades nomen imperatorium cõtra ius uendicante: Ottonem illustrissimũ/

a Germaniæ regem ad Italicũ præsidium uocauit: qui annuens Belingariũ & complices in primo congressu fudit.

EPISTOLA TRIGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Gregorio aurato militi fœlicitatem.

Etyranno audiui quædam omnino immatura: ideo ne decipiaris uigil: & imperator esto: Infidus: insidiator: spurcus: tenax: adulator: mendax: prudentium neglector tantum rapere: aut nummos cogere gaudet. Iurat: & maiestate deorũ neglecta credulos cauillat: singulis insidiat: luxuriat: lusibus uacans cõtinuo bacchatur. Hostes etiam uersutos simultatibus omnia tegens irridet: per has irrisiones Thesei & Menestei historiam tandem cognosces. Athenienses ante Aegeum uicatim dispersos: Aegeo defuncto Theseus in ciuitatẽ sedulitate & his uerbis compulit. Sparsim nõ tute: nõ comode per Aticam inhabitatis: nec pro cõmuni bono facile cõuenire potestis: hac ratione discedentes rixari & præliari: in grauẽ uestri iacturã cogimini: sic uersute singulos ambiens pauperibus: diuitibus: seditiosis in unum cõuenire: quoniã sine rege forent/persuasit. Regnum nõ curare ducem belli: custodem legũ: dummodo illum præficerent: se nec par esse: nec alicui præstare uelle testatus est. Multi sponte illius potentiã: animiq; magnitudinẽ formidantes: suasionibus potius q̃ coactionibus assensere. Theseus his artibus uoti compos popularibus primus fauit: & sic Athenis paulatim generosos mores imutando dominari cœpit. Grãdæuus Helenam tenellam adhuc cum Perithoo rapuit: quã quoad adolesceret/apud matrem abdidit. Ad Aidonẽ molossorũ regẽ ut eius natam æque ac Helenã raperẽt/diuerterũt. Cognita fraude Perithous a cane Cerbero Aidonis regis discerptus interijt. Theseus cauea inclusus satisfecit. Theseus sic absens insurgẽtibus inimicis: & Menesteo regnũ dolose nactum amisit. Menesteus in populares qui semper fuit acerbus: in Theseum sic est cõcionatus. In uno opido inclusi ueluti in custodia & serui nutu unius a singulis arrepto principatu: quod indignum est/cõpellimur. Pollicitationibus & sub libertatis umbra decepti: necnõ orbati silentio adhuc lucẽ uidere speramus. Vnũ peregrinũ/raptorẽq; quo nihil est procacius/regẽ habemus: qui tanta mentitus est ut nos deciperet: sic modo absens ut cernitis/ oppressos tueat. Ipse nequã scelera in externos reges ut quondã in nostra patria ꝓ reatibus in custodiã traditus pœnas luit. Ipse meriro ob tantas noxas supplicio afficiat: sed nos insontes ex incõtinentia & luxuria regis sparthanico bello præmimur: rura: uici: saltus urunt: pecora: armẽta: & affines in prædam abduci uidemus. Castor & Pollux armato milite iure raptam sororẽ Helenam repetẽtes exitiũ urbi minant. Cum Menesteus crimina quotidie uulgando exaggeraret: & Thesei fortunas/amicosq; sic euerteret: Herculis precibus Theseus uinculis absolutus: regno amisso quasi hospes ad suos regrediat: uolensq; ut prius superbire negligit: & cunctis tumultuantibus ad Lycomedem Syriorũ regẽ fugit. Regijs pręsidijs sic regrediẽs/ de seditiosis cupiens ulcisci in se exitiũ: & ultima fata cõcitauit. Lycomedes Menesteo morem gerere pollicitus: Theseum intumescentẽ qui ad conspectũ Athenarũ puenerat: e rupe præcipitauit: at Menesteus eo necato regnũ cũ conspiratoribus inuasit. Gregori in Theseo magnarũ uiriũ heroe sic uirtus proueniens inualuit: ut longo tempore creuerit. Virtus nutritiua est illa quæ in nutriti similitudinem omne nutriens conuertit: ut per ipsum dissolutũ

Aido

Menesteo

Virtus nutritiua

instaurẽt. Virtus hęc crescitiuę inferuit: qñ scilicet plus ingredit q̃ dissoluat. Cũ augmentũ sit in oĩquaq; corpis adijtio: post macredinẽ in ætatẽ cõsistentię nõ erit crescere/saginari.

IOANNIS DVODECIMI PONTIFICIS OBSCENITAS. CAP. XXXVII

i Oannes Albrici inter Romanos proceres summi potentatus ab adolescentia infamis: occupato põtificatu uenationibus & libidini magis q̃ religioni uacauit. Duo Cardinales morũ obscenitate permoti: Ottonẽ ut clerũ/populũq; romanũ e manibus Ioannis ac Belingarij liberarẽt/litteris obfecrãt: & nisi iminenti incendio occurrat: fidẽ christianã & imperiũ ruiturũ admonent. Ante Ottonis aduentũ/ re patefacta uni Cardinali nasum: alteri manũ Ioannes abscidit. Hac insolentia Otto permotus festinantius castra mouit. Belingariũ cũm filio Alberto submissos ac religatos coercuit: urbem inde ingrediẽs cõmiter ab ipso Ioanne exceptus/multo honore coronat. Ad Germanos tunc primũ imperiũ translatũ esse quidã existimant: at nõnulli a Leone octauo hoc prius actum prædicãt. Otto cõposita ciuitate flagitijs exprobatis: ut meliora sentire uelit/pontificẽ admonet. Frustra bene blanditus arroganti pontifici accito cõcilio imperator ni pœnitentiã agat/minatur. Ioannes arbitria incerta expauit: ideo ad Ernicos cõfugiens quoad Otto Leonẽ pontificem proclamaret/in siluis delituit. In secessu Ottonis eiecto Leone clientes Ioannẽ in solio restituũt qui in tanta rerum uarietate obijt. Romani Benedictum defuncto subrogant: unde imperator ciuiũ instabilitate offensus Leonẽ restituit. Rebus ita tumultuãtibus ex uentorũ ui inundita: ac imbriũ procellas cũ hoies horrerẽt: lapis miræ magnitudinis a cœlo descendit.

Imperium ad germanos

Lapis a cœlo descendit

EPISTOLA TRIGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hieronymo uati fœlicitatem.

o Blati adolescentis liniamenta corporis an moribus cõueniant/experiemur: illum non propago/neq; obscuri parentes: sed malorũ cõsuetudo infamia/ probrisq; obducuntur. Vigor animi & generositas innata nõnunq̃ prauis comercijs inficiuntur: sic Romulus & Remus & adolescentuli q̃plures sine magistro e tenebris ad lucem sola generositate animi stimulante euaserunt. Romulus & Remus ab Ephebia illustres: fortes: strenui: cõtinentes: in adeundis periculis elati: interritiq; animi agrestibus & pastoribus socij penitus impares: & inter se etiam ambos superabãt. Romulus uiribus & ingenio fratre fortior: & agrestium moderator prudentius uenationes & iniurias propulsandas: & queq; adeunda qui a nullo didicerat/aggressus est. Præfectos regis arbitria pecudum tenẽtes: qui nõ a seipsis/sed a præceptoribus didicerãt: æque ac imperiosos: ignauos: & minas illorum irrisit: nec ab incœptis taliũ clamore poterat amoueri. Ipsis fratribus ne otio torperent: circa feras si nihil quod esset gloriosum/supereſſet: cura erat pastoribus in umbris iacentibus exercere. Lacessitos tutari: impetere latrones: præda cõtra iustos onustos spoliare: iniurias audire: illaq; inter amicos sedare: regio uigori ac magnanimitati: quod a nullo didicerant/ studebãt. Hannibal patre defuncto factione opposita aduersante gymnasijs nõ poterat uacare: & puer uina/ganeasq; aspernatus/blandimenta proximorũ una reiecit. Puer militiam adiens a nullis præceptoribus ductus: sollertia & morũ excellentia adeo nouus adhuc milites astrinxit: ut Hamilcarem illius patrẽ reuiuiscere crederent. Qui cũ sine rectoribus in die prudentius quæq; agenda libraret: patris memoriam & illius ingentia facinora adolescens adhuc sua strenuitate aboleuit. Dionysius Siculus tyrãnus ex insidijs se moriturũ omnino suspicans: fratris/natiq; & amicorũ ad se accessum semper formidauit. Filium segnem prudentium consuetudine excelsos animos ne caperet: insidiasq; sic edoctus illi præpararet: in cauea cum quodã familiari tenuit. Ita inclusus nihil magnanimitatis indicium edidit: plaustrella: candelabra lignea: sedes: mẽsas: & segniora a regio culmine aliena fabricauit: & uino udus fercula etiã cõposuit. Defuncto patre nõ elegantiã prẽmissorũ tenuit: sed inter potationes & scurras perdite uixit: segnitie ac probris imperium postea bis amissum deturpauit. Hieronyme Dionysius iunior & ceteri inciuiliores algore mẽtis in utero mris (sic astra uolunt) stupefiunt. Frigiditas essentialiter quæ omnibus uirtutibus cõtrariat: quæq; mortificat. Cunctæ uirtutes per motum operantur: ipsa ẏo frigiditas segnis/ torpensq; immobilitat: mortificat: paraliticat: aliarũ qualitatum operationes prohibet. Ipsa ẏo caliditas cuius uiuificare est/omnibus qualitatibus inseruit: & in aluo matris segnitiem abradit.

Romulus & Remus præstantissimi

Hannibal dux pœnorum

Dionysius Siculus tyrannus

Frigiditas mortificat omnia

BENEDICTI QVINTI PONTIFICIS INFORTVNIVM. CAP. XXXVIII

Benedictus patria Romanus: a cognatis & clientibus Ioannis: in seditione & si proclamaretur: ab Ottone tamẽ principe Romanorũ bona impetente capit: Romanos ipse: q; nihil imutarent: iam astrictos Leonẽ suscipere cogit: sicq; compositis rebus in Germaniã cum secederet: Benedictũ: qui nõ superuixit: ut relegatum abduxit.

b

EPISTOLA TRIGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Nicolao amico fœlicitatem.

Riamus effœtæ ætatis imperiũ: & belli fragores Hectori natore missit: q solus græcorũ phalanges: si aberat Aiax: ut credimus poetis: sæpe diremit. Hector: & Aiax elati cordis: cũ neuter alteri cæderet: singulari duello certare cõueniunt. Fœdere hi uiri fortes cum cõgrediuntur: nullus labor: aut infortunij: sed nox tantũ duellum diremit: illa eadem nox collatis donis in gratiã (ne amplius inuicẽ pugnarẽt) coniunxit: cũ græcos liuentes Hector & Aiax Troes continuo fugarẽt. In classem argiuam missilia: picem: faces Troiani iaculabantur: hanc omnem Martis mollem: & Hectorẽ intrepidus bellator Aiax semper ut murus: ut agger sustinuerat: sic ab exercitu plausus: coronas: modulos: q̃si numẽ cõtraxerat. Inter has laudes Aiacis imensas harũdine traiectus exanimat Achilles cuius arma ut proximior Aiax flagitauit. Clypeum: & eadem arma Vlysses uir omnino sagax: facundus: sed imbellis popolcit. Aiax stolide: nõ insinuose exordius: utq; turbatus erat: execrans sua merita: ut nauale defensum: sine quo reduces esse non poterãt: clypeũ mille locis foraminibus extenuatũ: arma cruore hostiũ continuo madere: duces sua manu a cœde erectos: castra defensa: Troianos totiens reiectos: loca ubi p uallo dimicauerat ossiũ aceruos: & quæq; facinora cœpit recensere: sicq; incondite q̃is gesta narraret: ut illi arma adiudicarent: uulgus & proceres quandoq; imprecãdo coegit. Vbi Vlysses e cõposito squalidus: & tristis in terrã procliuis nõ imprecando: sed Achillem tanti nominis ereptũ lachrymãdo est una etiã de fatis iniquis questus: ac mox sua facinora reges peremptos: palladiũ ereptũ: proditiones: insidias: & tot p græcis fœliciores accessus multiplicauit: totiens nõ credenda exoraſſe: quottidie pro græcis uigorosius orare insidiari memorauit: a cõpetitore corda audientium ad sua gesta alienauit. Tanto lepore: tantis pollicitationibus: tanta affabilitate: ac ingẽti ratione contionẽ aspexit: q; arma: quæ ipse extenuatus ferre nõ poterat: mutatis omniũ sententijs obtinuit. Aiax uir acer sed indisertus uersutijs: articq; subcumbẽs suos ingratos: ac frustra se tot pericula pfunctũ animaduertens: cũ possit aliter ulcisci: e ferro gladio se ipsum amissis armis traiecit. Si in rebus tuis Vlyssis caliditatem: facundiamq; miscebis: deinceps ut præmonui: uncas inhiantiũ manus deaurabis: magis q̃ Orpheus homines: siluas saxa nũmis ita disponentibus trahes: & illos: qui arma tantũ in meridie sole in leone existẽte compacta ferunt: superabis.

Hector & Aiax inuicẽ certarũt

Aiax & Vlysses

Arma

LEONIS OCTAVI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. XXXIX.

Eo cum iterũ a populo: cleroq; Romano esset Ioãne põtifice uulgato expulsus Ioãnis intẽperantia quirites fastiditi ab impatore sibi aliũ põtificẽ dari exposcũt. Populus: & clerus quẽ mallent: eligerẽt: talẽ se admissurũ Otto respondet: Iuxta pollicita Leonẽ electũ e uestigio confirmat: cũ mutata sententia Benedictum sufficerẽt. Otto ciuiũ inconstãtia cõmotus: bello: flãmis: populationibus ad Leonẽ suscipiendũ rebelles arctat. Sicq; auctoritatẽ pontificẽ eligẽdi a clero a populo absorptũ in imperatorẽ transtulit.

l

Electio põtificis

EPISTOLA TRIGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Baldo amico fœlicitatem.

Artino architecto nulli: nec Dœdalo ingenio cedẽti æmulus: & obtrectator insidiaris. Dum tempus est adhuc anceps te ab inceptis corrige: utinam mentiar: patieris: sane ipse Thalassio podulario cunctis amicatur. Si bonos hoies: si sanctos: si deos nobis ꝓpitios amas: has precor: quas omnes improbãt: mitte simultates: uni uulgari architecto iniuriari credis: testor equitatẽ: & magis deos falleris: gẽtibus ꝓ ipso tpa spectãtibus & cœlo (ut opinor) certe inimicaris. Strenuitas ac animi generositas: latẽtes affectus munera: suffragia: clientelas occultas: si de Thalassio scripta credimus: proculdubio habent. Romulus inter ludos ad sabinarũ raptum notam prompsit: more lupoꝝ cõscij uirgines inua-

m

Thalassio iuuenis Romanus

dunt. Virginẽ specie/ ac gẽnere ab obscuris pastoribus trahi lamentantẽ optimates quidã accipiunt: agrestes male affecti eam Thalassio Iuueni probo: & splendido ferre clamitant. Iniurioſi præclari iuuenis nomine audito mutata ſententia Thalaſſio fauere: imo ob gratiã & uiri beniuolentiã Thalaſſium: Thalaſſium acclamantes: ceu ipſi præde auctores forent tripudijs: cantibuſq; prædæ plauſerũt. Thalaſſij fœlicitas põſtantia uirginis fœliciores euẽtus inde nacta eſt: quoniã pro deo in nuptijs: ſicut in Græcia Hymeneus eſt: inde inuocatus cum ipſe inter Romulum: & Sabinos componendę pacis: ac ut raptæ coniugio aſtringerẽtur: auctor ſemper extiterit: ideo Thalaſſij ſpiritus: & nomẽ glorioſius utiq; ſumpſit inter poſteros incremẽtum Balde conſulo: ut ſpiritum ad ſinceritatem: ad iuſtitiam: non autem ad dolos componas: ſi cupis excelſius gloriari. Nam Auicenna inquit: quemadmodum ex humorum ſpiſſitudine ſubſtãtia generatur ſpiſſa: quæ eſt membrum: aut pars membri: ita ex humorũ uaporibus: & eorum ſubtilitate ſubſtantia generatur ſubtilis: quæ eſt ſpiritus. Hi ſpiritus: cum ad complexionem: quam debent habere: peruenerint: membra ad recipiẽdum omnes alias uirtutes præparant.

Spirituũ generatio

IOANNIS DECIMITERTII PONTIFICIS VLTIO. CAP. XL.

i Oannes Ioannis Romanus: inſidijs captus: in molle Adriani iclusus: in Campania poſtea relegatur: qui undecimo exilij mẽſe reuerſus benignius imperauit. Otto põtificis cognita relegatione cum Ottone filio Romam ingreſſus conſulibus: ac præfecto ſeditionum auctoribus incarceratis quæſtionibus: cruciatu: re patefacta: multo ſuſpẽdio: & alio ſupplicio necauit. Petrum urbis prefectum per omnes uicos ad necem pene cæſum cum conſulibus in Germaniam deſtinauit. Sclaui tempore Adriani pontificis Chriſti fidem qui ſuſceperant: deo gratificaturi in Italiam traijcientes Saracenos a monte Gargano expullere. Vngari Sclauos traiectu imitati ita Saracenos diuellerũt: ut Ottone Ottonis filio ad eos expugnandos miſſo facillime aboleuerit: qui uictoria elatus græcos uerbis: & armis ſuperbientes exiguo labore ab omni Calabria: Apuliaq; eliminauit.

Sclaui Saracenos expullerunt. Græci.

EPISTOLA QVADRAGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Tranquillo prætori fœlicitatem.

Rodigijs: & aſſertionibus finitimorũ: uel magis inconſtantia terreris Gallos: ut fœ
p liciores populos pete: ne aſſiduis præſagijs mentis impos torquearis. Munita iaculis: comeatuq; mœnia: & amicoꝝ ꝓmiſſa nõ te decipiendo morentur: inuiſus multis nocte poſſes a factione prodi. Tyrios ſibi: & promiſſis nimium fidentes noli inſectari. Hortamina præcipitijs fulta non certant: talia ab amicis in ambiguitate fortunæ cedẽtibus uanum eſt audire: & inſulſius eſt barbara: & ſemota præſidia expectare. Tyriorum ciuitate a continenti per quattuor ſtadia diſtante ciues Alexandri ſocietatem potius/ q̃ imperium cum leuiter obſidionem perferre putarent: tentarunt: coronam auream: & comeatum homini mittentes. Acceptis muneribus Herculem Macedonum regum auctorem Tyrij colunt cui ſacrificare deſtino: Alexander inquit: legatis ad ſacrificia templo extra patente urbis introitum negantibus Alexander ait: pedeſtrem hunc exercitum: quia inſulam colitis: ſpernitis: breui uos incontinenti eſſe oſtendã. Inter minas: & bellicos apparatus Carthaginenſes: quoniam Tyrij ſuæ originis fuerãt auctores: ad litandum: & ad anniuerſarium uenerant. Tyrijs regem negligere conſulunt: & auxilia magna pro obſidione pollicentur. In tali hoſtilitate ciues miſſilibus compoſitis mũniunt urbem: ſed cum ferrum: & tela præliorum incudibus formarent: in fornacibus: ſub ipſis flãmis riuulos ſanguinis ſui exitij indicium cernunt. Præter huiuſmodi oſtenta Tyrus etiã quidam apud Macedones panẽ frauges intus guttas ſanguinis conſpexit: & uatem de prodigio compellat: cui ſi extra ſanguis effluxiſſet: Macedonibus triſte augurium: ſi intus Tyrijs funeſtationẽ protendi reſpondit. Septimo menſe lapideo agere continẽti iuncta ciuitate Alexander Tyrũ expugnauit: ipſe armis conſpectior: cunctis in eum iaculantibus: ingenti periculo turrim aſcendit. Alij hinc inde regis exemplo obſtantes cõfodiendo ſuccedunt: cũ rex multos haſta: deinde cominus enſe tranſfixos a muris põcipitaret. Ciuitas antiquiſſima opulentijs: & exercitio illuſtris: ab Agenore cõdita: q̃ (ut ferũt) gẽtibus prima litteras dedit: q̃ mercatura excelluit: & ſua claſſe maria pdomuit: quæ ubiq; in totũ fere orbẽ colonias miſerat: nimiũ ex ſibi & remotiſſimis pollicitatiõibus fidens expugnata capitur. Tranquille reijce hortamina pedibus: & paucis

Tyrij

Prodigia e ſãguine

amicis cõmitte ſalutem: ne membris non ſentientibus aſſimileris. Membrum quandoq; motũ: aut ſenſum: quia uirtutes animales membri deſtructe ſunt: nõ habẽt: & tamen uiuit. Membrum ſtupidum: aut paraleticũ quandoq; mala complexione uirtutẽ prohibens: aut opilatione: quæ inter ipſum & cerebrum accidit: erit: quod nõ habens ſenſum: neq; motũ: tamẽ uiuit: q̃is cito inde putreſcat: atq; corrumpatur.

Membra ſine motu

BENEDICTI SEXTI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. XLI.

Enedictus ortu Romanus a Cynthio ciue tyranno captus in molle Adriani: arx ſanb cti Angeli quæ nuncupaꝫ ſtrangulatur: & ſi inedia eũ perijſſe: etiã atteſtenꝫ.

EPISTOLA QVADRAGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Paulo amico fœlicitatem.

Eroes/templa/ dęmones/ æque ac aliæ res friuolæ multis ſtat ſententia/quã non infringimus infortunari. Q̃uis illuſtria exempla occurrãt: ne exemplis aliqui laſſentur: Calabriam inſulam: & Epidaurũ ciuitatẽ habẽtes fortunatos dęmones ſolummodo dicemus. Loca hæc duo auſpicijs: & regione propinqua/ cõcurſu uotis muneribus ſimulachris glorioſius fortunata in ueneratione ſuoꝝ dęmonũ omnẽ Græciã præſtabant: quæ etiam ante aduentũ Chriſti ſunt a fortuna imutata. In Calabria Neptuni templum celeberrimũ mira religione erat: etiã aſſillum per græcos: per externas nationes nunq̃ uiolatũ Demoſthenes Antipatri ſua nimia dicacitate inuiſus templũ hoc: ut a perſecutoribus euaderet pro ſalute petijt. Antipater Achiã cohortis præfectũ Demoſtheni confidentiã: & imunitatem ſpondentẽ miſit: nã: & ſi Macedones Græcię imperarẽt: Achia tamẽ ab Aſſillo illo inuitum trahere piaculum fore ueritus: fruſtra rogauit. Demoſthenes ad ſupplicia trahi formidans: neglectis præcibus: accepto ueneno: in eodem templo ſuper aram cubito innixus expirauit. In Epidaurico Aeſculapij templo hominum acceſſu: uotis: oblationibus: idolis multitudine languentium: continuo referto: in tabellis penſilibus: mira relatu: & ſoſpites a morbis effincti legebantur. Inter hæc duo templa dęmonum miraculis: ac illa religione aucta Venus: non ut in Corintho ſtupris auxiliaris occurrit. Corinthus a Veneris templo ſupra mille proſtratas puellas continente: & ab emporij: portuſq; oportunitate: cũ multi diuites cõfluerent: decantaꝫ. Aduenæ illuſtres: necnõ clariſſimi mercatores obſcena templi paleſtra: & Corinthicis oblectamẽtis illecti: inopes: & illuſi in patriã remeabant. Plura antiquoꝝ templa parili ſpurcicia infecta cũ ſuis abſorptis dęmonibus recẽſenda forẽt: ſed unius fetor ad alia forte ſceleratiora prohibet acceſſum: fetoris ergo imunes aeris temperati queramus ſalubritatẽ. Paule aer temperatus: atq; clarus nihil habẽs extranei: quod ſpiritui cõtrarietur: eſt cauſa: qua ſanitas cõſeruaꝫ. Aer qui nos ambit: cõparatione ſpirituũ eſt ualde frigidus: qui cũ ad eos puenerit: anhelitus ſuo tẽperamẽto ignitionẽ ꝓhibet. Qui: ubi ad naturã ſpirituũ cõuerſus eſt: ob calorẽ nõ habet amplius refrigerãdo iuuamẽtũ: ideo expellit cũ uapore fumoſo: ſupfluo: & nouus eſt neceſſarius: ut uices ſuppleat iuuamenti.

Calabria memorabilis Neptuni templum Achias Demoſthenis mors. Epidaurꝰ habens æſculapij templum Corithus habẽs Veneris templum. Aer præparatus

DONI SECVNDI PONTIFICIS BONITAS. CAP. XLII.

Onus patria Romanus homo modeſtus ſeditionẽ imunis ut in ſopore ſtratus põtid ficatui ꝓfuit. Per ferociſſima ingenia ſine liuore/obtrectatione/ſine ignominia euaſit: qui anno primo coronationis obijt.

EPISTOLA QVADRAGESIMASECVNDA

Bonifacius Symoneta Conru Abbas/ Pandulpho amico fœlicitatem.

V homo querulus frigidi cordis in te coniuraſſe infortunia iactas: deſine tam effœt minate lamentari: tibi Herodis conſtantia/ præuidentiaq; diffidenti occurrant: & quos neſcimus: temere non dicamus hoſtes: Antonio in Aſia claſſe: & pedeſtribus copijs militãti regibus tyrãnis impio: aut nimis impulſis auxiliãtibus: Herodes ex amoris flagrãtia obſequẽs: q̃ iuſſu Antonij in Arabes militabat: ſemotus corpe/comeatu: & q̃libet oportunitate Antoniana caſtra iuuit. Rebus ita tumultuãtibꝰ Arabes ab Herode: Antonius ab Auguſto fato domanꝫ. Antonij funeſto euentu audito: Herodes diademate depoſito & ueſte: uultu priuato: ad Octauiũ Rhodũ uenit; amicitiãq; cum Antonio ſic dicẽs faſſus

Herodes Antonio adit.

est. Cæsar ego rex ab Antonio factus: me utilissimũ regẽ fateor Antonio fuisse: tu propius meã fidẽ cũ amico sensisses: nisi Arabũ prælia me diuertissent. Cui tamẽ absens frumẽta: ac affatim auxilia misi: nec illũ in cõflictu rerũ deseruí: quẽ ut Cleopatrã occideret: meq; belli sociũ caperet: sum hortatus. Cleopatræ amor: & deus qui tibi uictoriã ꝓmisit: illius aures: (ne mea cõsilia audiret) obstrusit. Itaq; una cũ Antonio sum uictus: submissus cũ ei⁹ fortuna coronã regni deposui. Octauiũ uirtute: & clementia fretus supplex accessi: spem salutis exhortaturus. Cæsar Augustus: saluus esto: & regnato certior: plura sane regna mereris: q amicitiã tanta fide tueris: fœlicioribus proculdubio fidẽ obseruabis: sic enĩ magnanimitas tua nota: ac mihi semp grata fuit. Recte egit Antonius: qui Cleopatrę potius: q̃ tibi obtemperauit: eius dementia te amicũ lucrati sumus. In laudem Herodis ample locutus diademate regni impositio illi ꝑ decretũ indulsit. Augusto: & exercitui ꝑ Syriã in Aegyptũ ꝓficiscẽtibus Herodes epulum grande: muneraq; ampliauit: & cum per loca arida irent: ac remearent: ne aquæ: aut iuuantia exercitui deessent: cauit. Augustus: exercitu sic acclamante: illi ũs auxit honores: regni parte a Cleopatra adepta: ac restituta. Pandulphe tantis accessionibus Herodes magnanimus nunq̃ uisus est petulantius. lætari: illi ergo ut homini imbecilli nusq̃ lætícia potuisset obesse. Repletio est quãdoq; ægritudinis causa: ceu opilatio uẽtriculis cerebri in apoplesía sic euacuatio operat: ut in gaudio quãdo uentriculi cordis euacuantur sanguine: tunc gaudio homo posset mori: cor nihil uiolenti tolerat: quoniã mors prius illi accidit. Alia mẽbra ulcerationẽ: & solutionẽ cõtinuitatis tolerant: q̃ si in membro bonæ cõplexionis fuerint: cito sanant: secus in membro malæ cõplexionis.

Repletio ægritudinalis.

Quõ homines gaudio moriũtur.

BONIFACII SEPTIMI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XLIII.

b Onifacius a pontificatu malis artibus adepto contumeliose cecidit. Enormi scelere dãnatus: cõspirantibus ciuibus rebus e Basilica Petri subtractis Constãtinopolim nauigans thesauros in pecunias ad belli fomentum incussit. Cum ciues tumultuarent: fretus opibus otius urbem repetit. Per Ioanem Cardinalem suis conatibus obuiantẽ captus: & excecatus obĳt.

EPISTOLA QVADRAGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Pandulpho uati fœlicitatem.

b Onæ indolis seruũ persam emisse: mihi gratis quẽ mittes: p nuncios & litteras crebro innuis. Munificentia & sola pollicitatione tibi obligor: hoiem tam sitũ sperno: sed nobile regnũ a te liberalissimo mihi donatũ puto. Illũ nõ donandũ: sed blãdius manu mittendũ illum inter fidos amicos tenendum: quoniã nullæ gẽtes fidelius: q̃ perse dominos obseruant: cõsulo. Alexander: quã regionẽ Darius teneret: quo latitaret quid molliretur: nec nimis: nec muneribus a Persis explorare potuit. Ab illis fidelissimis archana regum nõ precio: nõ minis: nõ arte: aut precibus: aut munere: quibus reges prodi possent: ullo modo elíciuntur: cũ apud ipsos nullũ ꝓbrũ grauius sit ipsa garulitate. Gazæ oppido Bethys Dux Persa magnanimus modico pĩdio præerat: quod obsessum Alexander cũ discrimine uitæ debellauit. Exacto sacrificio in oppugnatione ciuitatis coruus uolãs glebã: quã pedibus gerebat: dimisit: quę super caput regis in frustra defluxit: postea coruus bitumine ac sulfure ad illitam turrim aduolans inuiscatis alis capitur. Ad Aristantẽ uatẽ Macedones ut de prodigio consulerent concurrunt. Per augurium excidium urbis protendi: & regem si ea die pugnaret: uulnus accepturũ respondit: rex hac responsione a bello se continẽs: receptũ cani iubet: oppidani reuocatione militũ sibi fœliciore ominãtes egredientur. Alexander orantibus amicis uix lorica tulit armari: & Arabem Darĳ militem: quasi transfugã ante signa supplicantẽ assurgere: ac inter suos stare iubet. Arabs exerto gladio imperatoris cervicem percutit: sed ab ictu declinatione Alexander euasit: & barbari dextra amputata: se periculo functum arbitratos inter confertissimos hostes militauit. In ea dimicatione per loricã sagitta ꝓfundissime confossus: nullo oris mutato colore supprimi sanguinẽ: ac uulnus allígari iussit. Diu ante signa acrius stetit: sed cũ sanguis ante suppressus effusius emanaret tremẽs in castra defert. Vulnere nõdum curato ageres erigi: mœnia ꝓrari: & p cuniculos illa effodi tentat: unde anteſignanos incautius cũ subiret: in cruce saxo ab oppidanis uulnerat. Muris p cuniculos elabẽtib⁹ Betstym ducẽ Persam acerrime pugnantẽ: ac uulneribus

Persarum fidelitas circa reges.

Gaza Bethys dux Persa Alexãdri pericula e prodigĳs Aristas uates.

confectum suo: & hostiũ mãdibum cruore sui destituunt. Cui Alexander ait: nõ ut uoluisti morieris: Bethys tormẽta: quibus captiui afficiunt: nũc nũc passurus. Ille nihil magis q̃ conuiuia imutatus: nihil genua flectẽs: aut suppliciter ꝑcatus imperterritus toruo uultu regem intuens ad minas obmutuit: cũ ꝓ rege suo fidelius mori iã destinasset. Rex fere rabidus: illius talos ꝑforatos loris astrinxit: illũq; ꝓ aspirantã currui alligatũ citatis equis circa oppidum traxit: qd' Achillẽ: a quo originẽ duxerat: sic imitaret gloriatus. Pandulphe Alexander ꝓdigĳs admonitus facillime ab ægritudinibus uulnerũ declinare potuit: ꝙ ita ĩ alĳs maxime in hereditarĳs nõ auguror esse. Aegritudines principiũ/ augmentũ/ statũ/ declinationẽ habent: ꝙ in herditarĳs nõ forte sic bene talia cauemus. Hereditarię ægritudines nõ sunt oẽs sed hæ sunt cũ semine transeuntes albaræ/tinia/ naturalis podagra/thisis/lepra.

Aegritudines.

BENEDICTI SEPTIMI PONTIFICIS QVIES. CAP. XLIIII.

b Enedictus origine Romanus: Ottoni secũdo in Italiã delectũ agenti: contra Basiliũ & Constantinũ Græcoꝝ ĩpatores: Calabriã qui occuparãt: aspirauit. Otto superatus: scapha fugiẽs: a piratis cõprehensus in Sicíliã defert. Siculi Piratis ob temeritatẽ affectis: hoiem Romã miserũt: qui cõparatu exercitu: in Romanos & in Beneuentanos: qm̃ primi aufugerãt: cũ uellet aĩaduertere: Romanoꝝ potẽtiã ueritus Beneuẽtanos solũ incẽdit. Cui Romę defuncto germani ibidẽ frequẽtes Ottonẽ tereuiũ ad ĩperiũ sufficiũt.

Ottonis ĩfortuniũ

EPISTOLA QVADRAGESIMAQVARTA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Pompeio amico fœlicitatem.

i Nalpibus deuius ad latrones: ut ad bonos hospites diuertisti: ipsis te ad præcipitia feris etiã inaccessa ducentibus ultro nũmis ornatũ: cũ nihil exposcerẽt: tribuisti: ąs ne te exanimarẽt: sed acceptis fortunis te sospitẽ dimitterẽt: iuratus multa rogasti. Seductores uerbis/ sponsionibus q̃/ & deoꝝ execratiõibus fidẽtes auro/ uestibusq; exonerãtũ p cõpediosos calles ad regionẽ peregrinis ignotã: tutũ duxerũt. Tu tallaribus Mercurĳ celerior iussu ꝑtoꝝ: cõtractis: hincinde lictoribus/ ꝑdones auro graues ĩfurcasti. His ꝑcepĳs (iudicio meo) tu alias segnis: Theseo ꝑfereris. Theseus clauæ delator milite: armis impensa: periculis & forti pugna: necnõ duello fures quãdoq; peremit. Tu uersutior ĩter Gallicarũ oscula: & uina tutus assidue discumbẽs p ministros regios fontes in cruce suspẽdis. Vlysses prouidus se facundũ: se calidũ Aiaci fortissimo anteferẽs ait: tu tantũ corpore ualenos aĩo: q̃ perorare solitus: facũdia: dolis plures hostes: q̃ ense cõfodit. Tamẽ Vlysses: Diomedes: Theseus: & quicũq; sunt prudẽtiores: uel manu promptiores Pompeio potãti: ĩter cõmessatiões degẽti cedãt. In finibus atticis decãtatę Scyronides petræ uiatoribꝰ fatales: angustis callibus in cœlũ eminẽt: & adeo cuspides illoꝝ montiũ sunt arduę: qd' peregrinãtes nemine ĩsidiante: obruí a saxis: uel ab his sine lapsu ꝑcipitari timẽt. In his speluncis latrones domicilia intantum frequẽtia tenuere: ꝙ p eas rupes aduenæ impune nõ poterãt trãsire. Theseus gloriæ auidus Aegeũ patrẽ ignotũ salutare cupiens e cõposito mari relicto armis & delectu illas latebras est explorat⁹. Latrones feris simillimos/ ꝓuidos/ duros mira anxietate: & ambiguis duellis uix sustulit. Ipse armis & satellite stipatus fortes ĩuasit: tu Pompei inermis ĩter mulierũ desuauiationes baccho magis/ q̃ sanguine udus fastu/ arrogãtia/ uerbis bene pexus: purpura redimitus reos supplicio tollis. Pompei tu: qui longis mẽsibus alpium niues pẽssisti: melius tempora anni/ q̃ nos cira stipites brumã agentes iudicabis. Annꝰ qui humidus: aut siccus: aut calidus: uel frigidus: & sic totus unius qualitatis est malus: id est multarũ ægritudinũ. Si unũquodq; tempus ægritudinẽ sibi ꝓportionalẽ mouet: quãto magis annus unius cõplexionis mala concitabit. Frigiditas in corpe flegmatico epylensiã: paralesim: apoplesiam: torturã: & spasmũ: caliditas in corpe colerico maniã febres acutas mouẽt. Quãdo autũnus est pluuius: hyems tẽperata: & magis frigida: uer pluuiũ & æstas cũ laudabilibus pluuĳs fuerit: tũc annus erit sapientum iudicior sanior/ q̃ esse possit.

Scyronides petræ

Annꝰ unius cõplexionis malus

Annus qñ sit sanus.

IOANNIS DECIMIQVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. XLV

i Oannes Romanus: uel ut quidam augurari solent Papiensis pontificatus mense tertio a Romanis tumultuantibus compræhensus in molle Adriani pedore: & in edia: animiq; languore defecit.

EPISTOLA QVADRAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Gregorio amico fœlicitatem.

O Ptimæ indolis puerũ dubio genitore natũ: per frequẽtes nũcios tuũ esse iudicẽ: rogaspulchritudine/elegãtia/ ingenuitate adolescẽtis certe moueris. In hac ambigua genitura: maiorꝫ prudentiã: & illorꝫ de Phylemone: & Autolico argumenta obseruabo. Lychi Dœdalionis speciosissima nata Mercurij ac Apollinis cõpressionẽ admittens gemellos patribus simillimos: scilicet Autholicũ: & Phylemonẽ peperit. Autholicus inter deceptores: & fures clarissimus: Phylemon inter psaltas & hymnos psallentes ꝑlatus fuit. Prisci patres de genitura coniectantes furẽ: deceptorẽ Mercurio: cythara autem modulari edoctũ Apollini dedere. His exemplis utar: si iuuenis ambiguus/dicax/bibulus/neglector religionis/importunus imbellis mentirí: & periurare callebit: illum tibi oĩno similẽ arbitrabor: ac ne possim tergiuersari: in testimoniũ pollicíti has litteras seruabis. Gregorí: ut medi dum quidã: alíj melius ipsum tẽperatissimũ dixerũt. Ver calidũ: quia nimis soluit: & lassat: nõ approbamus: si eius caliditas est pauca/temperata/sanguinẽ ad exteriora trahens rubificat: si uero multa eius caliditas esset: quia resolueret: attractũ calorẽ efficeret citrinum. Ver: estas: humores quæ adurit: sequitur: ꝙs iã adustione: dispositos autũnus sequẽs incinerat.

Autholicus deceptor.

Phylemõ psaltes.

Ver & tẽpora anni

IOANNIS DECIMIQVINTI PONTIFICIS RAPACITAS. CAP. XLVI.

I Oannes Romanus humana & diuina affinibus elargitus: odia gentiũ septimo mẽse deficiens contraxit. Cometes futuræ famis/ac pestis portentũ mirabilis diu uisus est. Beneuentũ: Capua: & oppida terremotu cõcussa cũ corruissent: superbia & rapacitate põtificis hoïes: & deos negligẽtis: hęc mala accidisse offensi præsagierunt.

Cometes famẽ prægnosticãs

EPISTOLA QVADRAGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Gregorio amico fœlicitatem.

G Regorí eris potior: puer iã furat: ex hereditarijs furtis iam eũ tibi assimilamus. Autholicus (ut ante líbauímus) circa furta ingeniosus filios: & nepotes habuit símilímos. Simon huius Atholici primogenitus in latrocinijs solertissimus in uarias species (ut a poetis fertur) trãsmutari solitus facillime ꝙs uoluit decepit. Simõ iste Atholiã Falacis Vlyssis matrẽ genuit: q̃ Laerte Ithacæ regi nupsit. Autholia mille procos habuit: sed Sysiphũ latronũ: & Piratarũ principẽ riualibus ꝓtulit. Vigiles admoniti: libidinẽq; Autholiæ timẽtes ad illã Sysiphi ꝓhibebãt accessum. Cum ultro: citroq; p latrones litterę darent: raptu cõmiscerí ambo cõuenere. Vt iter esset cõpendiosum: nupta classi imponitur: utrate ꝓnsum adiret: a Sysipho (ut cõuenerãt) rapit: plena inde Laertæ tanq̃ impoluta restituit. Illa auita caliditate solers stuprũ rapina tegẽs: Vlyssem in omni dolo & scelere notũ edidit. Sysimus huius Simonis filius Simonẽ filiũ habuit: q̃ quãta insinuatiõe: & mẽdacijs Troianos euerterit: Virgilius in Conticuere oẽs aperit. Gregori mores huiusmodi hoĩm pestiferi sæpe cũ situ locoꝝ cõueniũt. Locus eminẽs: & ĩ sublimi altus: petrosuq; malos moresõ fert: & alget ibidẽ nati fortes: patiẽtesq; laboꝝ: ac diu uiuẽtes sunt. Profundus locus æstuat secundũ uentos/stagna/lacunas/& astroꝝ influxũ quandoq; est pestifer. E tali iníqua dispositione arbores: & uegetabilía primo corrumpũtur: inde animalia his fructibus: quæ uescũtur: tali pestifera lue inficiuntur.

Simon furuersutus Autholia mater Vlyssis

Sysimus Sysiphus Simonis pater.

Locꝰ eminẽs & profundus

IOANNIS SEXTI ET DECIMI PONTIFICIS EXILIVM ET REDITVS. CAP. XLVII.

O Annes Romanus põtifex frugi Crescentij cõsulis seditiõe in Hetruriã: ut ĩ exiliũ
i cesserit: ad quẽ Crescentius: cũ contra se Ottonẽ in Italiã accersitũ esse cognosceret cognatos: & amicos pro reconciliatione: ne perirẽt: destinat. Ioannes Germanoꝝ aduentum in Italiam pernicíosum ratus: rogantibus obsequit. Crescentius: & factiosi hominés ueniam petentes: uenienti pedes deosculati sunt.

EPISTOLA QVADRAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hectori Symonetæ fœlicitatem.

Ihil est insipientius: q̃ erecta ceruice incedendo semetipsum gentibus inter primos
n confessus ꝓferre: cũ finitimis pusilla ratione fœminarũ more rixari: & inde: qđ est stultius: armari. Arrogãtia/ne ingenia/ ne uires populoꝝ cognoscant: nẽpe hoies hebetat: & ipsa præceps atq; detestabilis cædes: & infinita mala suadet. Nostrorũ temporũ nõ obscura exempla arrogantiæ omittenda occurrunt: ut de romanis uel Boetijs iam delectis recenseamus. Strabo Boetiæ regionẽ laudat: & eã ad imperandũ aptã fuisse dicit: eumq; illius præsidés ob inciuilitatẽ: bonitatẽ deturparent/inquit: Ipsí primates cõmuni disciplina: quod est externos comitate & affabilitate deuincere/ nusq̃ usi sunt. Res gestæ eorũ & si longe claruerint/cum tamẽ nisi rem bellicam curarent: & cõsuetudines bonitatis & familiaritatis rationẽ negligerẽt/nõ permanserunt. Quinimo cum sub Epaminunda duce græciæ regem affectarent: eo interfecto proprio imperio exuti sunt: Epaminunda philosophus: & in rebus singulis præfulgens: modestus: prudens: grauis: comoditate temporũ utens: peritissimus belli fortis manu erat: adeoq; ueritatis amicus extitit: ut nec ioco mẽtíri posset. Ipse continens: clæmens populi: & amicorũ ferens iniurias: studiosus audiendi: cõmissa omniũ qui celabat/ paupertatẽ adeo ęqua mente tulit: q̃ a republica nisi laudem habuerit nihil. Romani suis initijs inhumani: arrogantes: duri: agrestes: in se semper barbaros concitatos (ut Strabo inquit) sensere: fastus exuentes mansuetius ac blande dominari inde incipientes: facillime nationes ante truces & rebelles suæ ditioni subiecere. Hector temeritatẽ & arrogantiam stultarũ nationũ ob incertitudinẽ uentis soleo ęquiparare. Ventos septentrionales meliores: deinde orientales: deinde occidentales: post quos meridionales deteriores dicimus. Flatus meridionalis calidus atq; humidus: ꝓpter transitũ maris sua grossitie somnos inducens grauat: lassat: ac humores perturbat. Septentrionales spiritus frigidi/sicci: per gelu/nives & deserta transeunt: ideo corpus & digestiuam corroborant: aerem etiã a pestilentia seruant. Orientales caliditate & frigiditate quasi temperati: siccitate occidentales: quoniã supmaria transeunt/superant. Orientales cum in principio diei respirent/sunt calidiores q̃ occidentales: qui in fine diei in remissione caliditatis efflant.

Boetia ad imperãdũ apta

Epaminunda philosophus

Romani

Venti qui sunt meliores

GREGORII QVINTI PONTIFICIS FVGA AD GERMANOS. CAP. XLVIII.

G Regorius natione Saxon: affinitatis gratia: & Ottonis tertij auctoritate pontifex creatus: eoq; abeunte a seditiosis offensus in Germaniam enauit. Romani fuga tumultuantes: Crescentiũ cõsulem decernunt: qui Ioannẽ episcopum placentinum/ opulentum in pontificẽ assciuit. Crescentius Ottonis cognito aduentu: licet mœnia & molem Adriani præsidijs firmasset/quirites tamẽ clæmentia imperatoris freti urbis portas reserant. Crescentius ac Ioannes in arce Adriani ui expugnati ueniam consequi credentes se dediderunt: ad imperatorẽ cum pergerent: Ioannes oculis effossus & Crescentius trucidantur. Gregorius sedato tumultu ut ille qui dignitate/animiq; præstantia & uirtute præstaret: ad imperij maiestatẽ eligeretur: annuente etiam Ottone statuit. Ille qui lege a pontifice tunc præfixa ad imperij apicem scãdit: Cæsar romanorũ rex Augustus: ac orbis imperator usq; etiã ad nostra tẽpora appellat: si rite electus a põtifice cõfirmat. Tali ad germanos imperij trãslatione q̃uis Galli infremerẽt: quia tamẽ in Lodouico Lotarij filio genus Caroli magni defecerat: regnũ in nouis ducibus nõ bene ratum nullos in uindictam accendit. Noui reges nondum firmatis uestigijs insperata fortuna contenti ignominiã silentio dissimularunt.

Gregorius

Ioannes antipapa

Imperium ad germanos translatum

Galli de imperio nõ curãtes

EPISTOLA QVADRAGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hectori Symonetæ fœlicitatem.

O Gor ridere: quia profecto ratione dissona semp imaginaris: nihil esset enormius
c q̃ unus sermo: una facies: unum ingeniũ: nam hæ unitates orbem cõfunderent: facierum inequalitas: líniamentorũ imparilitas: linguarũ uarietas reos a bonis: peregrinos: hostes: amicos: cognatos: fures discriminant. Filios: natos: affines: proximos quomodo dulcius appeteremus: si uultus: si uigor idem cũ externis/ & cum barbaris essent. Si lingua: si mores: si habitus nõ omnino differrent: a quibusdam græcis uersipellibus: ab ambiguitate Pœnorum: ab instabilitate Aegyptiorũ quomodo præcaueremus: Ingenia præterea si conuenirent: omnes effingerent: cauerent: uel infoderent: trajicerent: rusticarentur: aut terras uel astra metirentur: sine iudice: sine procuratore quæq; in cõfuso forent. Vnusquisq; populus in suo sensu melius excellit: singuli contrarijs exercitijs & affectibus salubrius acuuntur. Poetę ambagibus: fabellis uitia/uirtutesq; calent adumbrare. Oratores sua maiestate cum perorant: regna & nationes conciliant: populos erudiendo historiam: situm

Inequalitas hoĩm quare sit

orbis: prodigia futura: euentus: miracula: leges: & hominũ salutẽ/quietemq; recẽsent. Egi-
stum & similes lenones desides/seditiosos arguunt: Platonẽ: Aristotelem: & bonorũ morũ
insectatores extollunt. Phidias: Apelles qui celte & penicello imagines effinxere: & statua-
Archades rij omnes ex imparilitate artis gentibus placuerunt: Archades non celatura æris: non colo-
fistulã in- ribus/non imaginibus/sed harundinibus iunctis & modulis primi pastores ad suos concen
uenerunt tus deduxere. Hi per calamos: palustres breues: ac longos efflantes: symphoniam uocũ dis
crimina primi (sic fertur) inuenere. Sollertius postea inuentos cantus elimantes: omne il-
lud quod per multos calamos compertum erat: in unam fistulam amœnius (qua modo uti-
Musicę mur) ligarunt. De hac uocum cõcordantia cum nihil adhuc sit exactissime certum/uariant
inuentio opiniones: ad ictum malleorũ hanc musicam indagatam quidam non obscuri nominis arbi
Aeris im- trantur. Hector uarietates rerum præmisimus: aeris uarietatẽ (si bene aduertimus) imitan-
mutatio tur. Aer si a putrefactione mutatur: in corporibus mala accidentia eueniunt: ex ipsius pesti
lentiali uarietate: humore: & potissimũ circa cor putrescunt. Si excessus talis a caliditate sit:
iuncturas laxari: humores & spiritus resolui: sitim augeri: deiici uirtutes: digestionẽ offen-
di/experimur. Calor ꝯo innatus naturæ qui est instrumentũ/tunc annullat: & quia humo-
res sanguinem rubificantes/euanescunt: calor bonus sit citrinus. Frigidus aer & si mortifi-
cet/faciat catarrum: ac nerũos debilitet: attamen calorẽ innatum fortificat. Humidus aer co
lorem rectificãdo/cutem mollificando est bonus: sed putrefieri est præparatus. Aer ille qui
cor constringit: & aeris attractionem angustat/est omnino malus.

IOANNIS DECIMISEPTIMI PONTIFICIS IMPROBITAS. CAP. XLIX

i Oannes Placentinus episcopus: Crescentij potentia fretus Gregorij sedem occu-
pat. Pecunia Constantinopoli percussa ad suam tyrannidem maleficos auro illec-
tos acciuit. Crescentium auaritissimum regnandi cupidum facinoris habuit mini
strum: qui decimo usurpati honoris mense trucidatus obijt.

EPISTOLA QVADRAGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hectori Symonetæ fœlicitatem.

t Heodosij uersutias ut imbrem/ut pestem euadere si potes/præuide. More religio
sorum oculos deijcit: cogitans: & grauis in incessu modesti est habitus: mitis elo-
qui/qui cõsilio & opibus uelle misereri semper uidetur: de numinibus semper lo
quitur: non conscios ipse lupus ouino uellere tectus decipit. Theodosius uersipellis: blan-
dus: ostentatione pius: uultus deiectione scelera longe profundissima tegit. Infidus: inficia-
tor: eris alieni cupidus: fœnore: falsis testibus & periurijs saginatur. Primo affabilitate bo-
nos uiros blandiendo/& interfertis facetijs inuiscat: mox incredulos ut scorpio per caudam
pernicios ius uenenum immittit. Præstigiator iste malorũ hominũ comercium: Geryonem
Geryon hospitum proditorẽ ad unguem imitatur. Geryon maleficus: feris truculentior: balearũ in-
hispanus sularum dominus: aduenis p nuncios occurrit: eos oblationibus credentes: ut affines/ut in-
timos sodales omni comitate admittebat: eosdem hospites fessos atq; sopitos præda illec
furtim mactabat. Hector Theodosium itaq; in petrosis oris ortum/omnino si nondũ es im-
plicitus: Mercurij tallaribus/aut Persei alis effuge. Petrosa loca inhabitantes: malorum mo
rum inobedientes: bellaces: sollertes: in artibus multum uigilantes efficiũt: corpora talium
dura: fortia: solida multorum capillorum esse dicuntur.

SILVESTRI SECVNDI PONTIFICIS DIABOLICA SVFFRAGIA. CAP. L

Ilvester gallus malis artibus pontifex effectus/monasterium litteraturæ cupidus
f deseruerat: ideo inter eruditissimos præceptores ꝓpter Ottonem imperatorẽ: &
Robertum Franciæ regem claruit. Post aliquos episcopatus largitionibus conse-
cutos dæmoni se dicauit: ut eo operante pontifex imperaret/functus uotis anni magistratu
longæuus an diu posset uiuere sciscitatus est: si Hierusalem nõ attingeret/illum diu uicturũ
dæmonium respondit: Silvester Hierusalem orientalem illam esse ratus: & nulla occasione
ad illam accederet/exultauit. Anno quarto sui pontificatus in basilica sanctæ crucis/in Hie-
rosolyma romæ sacrificans: se respõsis elusum & moriturũ cognoscens: errorẽ populo con
fessus: atq; ad bene uiuendum est comites & astantes hortatus: atq; corpus suum bigis im-
positum: ubi ab equis præferocibus esset destitutũ: ibidem sepeliri mandauit. Equos (ut di-
ximus) feroces præuidentia dei sponte ad Lateranensem basilicam peruenisse ferunt: sicq;

Silvester funere non obscuro miraculo suadente humatur. Ossium istius collusione/uel su-
dore/uel humiditate sepulchri/morituri pontificis signa colligi tradunt.

EPISTOLA QVINQVAGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Betino aurato interpreti fœlicitatem.

a Nilli garrulo potatori de laruis: templis: miraculis tam stupenda narranti assen-
tiam/percuncteris. Assentio & proculdubio multo mirabiliora in codicibus legis-
se recordor. Hierosolymitanũ templum in tota incrustatione deauratũ a Salomo- Templũ
ne conditum: concursu gentium: uotis: sacrificijs uenerabile: ex omnibus oris nationes: ut hierosoly-
uero numini litarent/accæpit. Hostiæ aurum: gemmæ: redimicula a quacunq; plaga: & ad mitanum
incrementũ templi accedebant. Omnipotens pater hebræis eum implorantibus per se & re
sponsa prophetarũ cum essent meliores/auxiliatus est. In præuaricatione rerum Hierosoly
mitani primates: & reges diuinitati contumaces: dæmonũ responsionibus illecti: Hieroso-
lymitanum phanum deserentes/ad alia oracula deuotius sacrificijs abibant. Leuitate popu
li in tyrannidem & seditionẽ cum omnes insurgerent: deus offensus sua auxilia: prophetas
& imperium a tam obstinatis amouit: ciuitatẽ orientis digniorem: ac tam uenerabile tem-
plum miraculis decantatũ per romanos radicitus euertit. Priscæ ciuitates nonnullæ heroes/ Homines
fœminas abstinentes: uirtute ac sanctitate celebres pro deis atq; deabus cõcurrerunt uene- pro deis
rari. Dæmones se illos uel illas esse dicentes submisse actis sacrificijs mira circa omnis lan- uenerati
guores uota & exorantiũ calamitates egerunt. Argiui per Iunonis ortum: Alalcomeni per Argiui
Palladis natale miras immunitates: oportunitates: auxilia: opes: incrementa: & grandia be- Alalco-
neficia nacti sunt. Ciues Alalcomenæ pietate/miraq; obseruatione: atq; grandi superstitio- meni
ne Palladi litabant. Hi ciues ex abstinentia malorũ & celeberrimo cultu: muneribus: sacrifi
cijs Palladi impensis deq; acceptissimi: a quacunq; exterorũ uiolentia tuti: lue quoq; & pro-
digijs illesi semper extiterunt. Insolentes circa alios finitimi ne a Pallade plecterentur ueren
tes: illos infestare aut prædari semper abstinuerunt. Cum confinia a prædonibus illesa per-
sisterent: segetes & fructus omnes comoditate temporũ aucti cum multo fœnore: horreis:
& ciuium inediæ satisfaciebant. Betine Hierosolyma monti impositа aerea/sanissimaq; in Ciuitatis
suo optimo situ aquis tm̃: cum ibi dumtaxat cisternæ essent ciuitati: & campis satisfaciẽtes/ situs
indiguit. Ciuitatẽ ab oriente tectam tarde sol aspicit: idcirco in ea non exiccatus aer/crassus
& humidus remanet. Vt oriens nobis pateat: fenestræ & ianuę orientẽ & septẽtrionẽ aspi- Sol aerem
ciant. Vt sol domicilij uestibulũ ingrediat: qm̃ ille est qui aerẽ rectificat/ꝓcurare debemus. rectificat

IOANNIS DECIMIOCTAVI PONTIFICIS BREVITAS. CAP. LI

i Oannes segnis & obscurus: quarto culminis mense mortuus: nihil quod memora
bile sit/nisi prodigia clades attestantia reliquit. Inter ostenta eximius cometes ur Cometes
bes permultas terremotu concuti debere/cum damno gentium indicauit. Terremo-
tus

EPISTOLA QVINQVAGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Polydoro amico fœlicitatem.

f Pirítus militares: belluarũ impetum atq; ferociam: si tuos amas/per mansuetudi-
nem & comitatẽ extingue. Vrsi uel apri carnifices: atq; uenabula petentes leuius/
q̃ lepores confodiuntur. Leones ira intolerabiles: aues hamatarũ unguium inter-
fectores undiq; asscisc ũt: sed mitia animalia pastoribus & populis grata: sine insidijs ad nu-
tum stabulantur & errant. Clæmentia inter feras & inter homines semper corda molliendo Clemẽtia
dominatur. Ipsa clæmẽtia (ita Darius fassus est) hostes eneruando ut beatius sentiant/utiq; efferos
temperat. Darius græcos milites Alexandrũ ut perderent/magnis subornationibus sollici mollificat
tauit. Harum sponsionũ litteras interceptas Alexander in cõtione legi/ni Parmenio uetuis- Alexãder
set: quia talibus promissis nõ erant aures militum imbuendę/mandasset. Inter hæc promis- Darius
sa Darij uxor captiua eximiæ pulchritudinis morit: a qua Alexander continens ut a cogna Parmenio
ta se abstinuit: in obitu cuius flens castra firmauit: a cibis se abstinens: more Persarũ solenni Parentare
pompa illi parentauit. Exactis iustis Tyriotes spado fugiens: Dario pietatem/ac incredibi Tyriotes
lem clæmẽtiam Alexandri narrat. Darius qui epistolas subornationis miserat: qui ante tri-
bulos seminari: puteos itineris ueneno inficí: & mille hostilia dispendiosa narratu fieri ius-
serat: audita hostis bonitate mollitus atq; in sua atrocitate disfractus/ad cœlũ manibus ele-
uatis sic precatur: Dij patriæ primum mihi stabilite regnum: deinde si de me iam actum est

Legati oratio

ex intimis precor: ne quis Asię rex sit/sed iste tam iustus hostis: & tam misericors uictor. Expleta oratione decem legatos ad temptandam pacem otius destinat: quorum maior natu sic Alexandro inquit: Nulla uis aut metus/sed bonitas & iustitia/continentiaq; tua Darium pacem petere cogunt. Matrem & natos nō captiuos/sed abesse sentit: pudicitiam earū curasti: eas regīnas appellans: speciem pristinę fortunæ retinere pateris: qui eius uxorē defunctam luges & iam pugnares: nisi illius sepultura te tenuisset/quid opus est armis? inter quos odia sublata sunt: quicquid est inter Hellespontū & Euphratem: pro dote filiæ quam tibi tradit/

Ochus

offert. Ochum filium quem habes/pacis & fidei obsidem retine: matrem & duas filias uirgines redde: pro quibus triginta talenta auri precatur/accipias. Respice Alexander quantum petas: nauigia quæ modum excedunt/regi nequeunt: facilius est quædam uincere/ q̄ tueri:

Alexāder

expeditius nostræ manus rapiunt/q̄ teneant. Hac cōtione expleta Alexander legatos egredi: amicos ꝙ ad se introire imperat. Quid nam de legatione sentirent: nisi Parmenio ausus

Parmenio

est dicere nullus. Parmenio ait: Censeo unam anum & duas puellas itinerum impedimenta

nis cōsiliū

triginta talentis auri permutes. Q; macedoniam potius q̄ Bactram & Indos aspicias/laudo. Parmenionis oratio præsidi inuisa/sic regem incontinentiora coegit promere uerba. Pecuniam mallem q̄ gloriā: si Parmenio essem: sum de paupertate securus: q̄ me non mercatorē/ sed regem memini: nihil habeo uenale/qui fortunā meam nō uendo: captiuos si placet reddi/honestius dono dabimus q̄ precio remittem⁹: ac introductis legatis sic respōdit: Renunciate Dario gratias inter hostes superuacuas/quæ clæmenter egi: non quia metuam aut uelim amicari/sed mea natura egi: quæ non aduersus calamitates/ sed aduersus hostium uires

Gratię inter hostes supuacuæ

cōtendere solet. Bellum cum captiuis & fœminis gerere nescio: sed armatus armatos debello. Si tamen pacē bona fide peteret/deliberarem an darem: sed cum milites & amicos ad pernicie meam litteris sollicitet/est ad internitionē a me prosequendus: non ut iustus hostis/ sed ut percussor & maleficus. Plusq̄ ipse promittat: castra mea possident: hinc me pellite: ut sciam uestrum esse quod creditis. Ita renūciate regi quæ amisit: & adhuc habet præmia esse belli: & hoc proximæ lucis fortuna iudicabit. Non ueni in Asiam ut ab alijs acciperem/ sed ut alijs pacem darem. Si uult secundus & non par haberi/faciam forte quod petit: quoniam mundus nō potest duobus solibus regi: sic duo regna nō possunt equari. Renunciate ut autē hodie deditionē agat: aut in crastinum bellum paret: nec sibi aliam q̄ expertus est/polliceat

Balnea an ꝓsint uel harena magis

fortunam. Polidore uxor Darij balneis usa cōualuit nihil: quia huiusmodi lauacra plus obsunt/q̄ conferant. Si cupis Polidore ab anhelitu prauo mundificari: per harenam maris sole æstuante superfluitates tutius eijcies. Si patiens in harena potissime maris sepeli se/ac uoluntari: uel sub sole fricari: saliendo aut se fortiter mouendo iusserit: superfluitates tum maxime in parte cutis resoluet.

IOANNIS NONI ET DECIMI PONTIFICIS OTIA. CAP. LII

Robertus gallorū rex

Oannes romanus cū ciuibus tempora quietissime gessit. Eodem tempore Robertus iustitia: moderatione & religione celsus gallis ꝓfuit: qui si a militia uacabat templa mira reuerētia & pietate adibat. Canticum Sanctispiritus adsit nobis gratia/inuenit: cum sacerdotibus horas canonicas solitus præcinere. Opidum insigne bellicis munitionibus cum expugnaret: neq; horas canonicas intermitteret: ipsa hostiū mœnia diuinitus eversa/sine milite solo æquata sunt. His artibus & clæmentia nouus homo uota populorum: ueluti e progenie Caroli magni emersisset/sibi ascisuit.

EPISTOLA QVINQVAGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hectori Symonetæ fœlicitatem.

Vnificentiam gentium ab examine ueræ rationis quæ coalescit: equidem ego & qui bene sentiūt/approbamus. Liberales magnanimos esse ut optimi exempli uiros amo: prodigos: furias: & latentes prædones appello. Teipsum sine aliq̄ censore laudas: ne decipiaris/sollertissime aduerte: Munificentiam in tyrannidem permutare/

Prodigalitas malefica

multi gloriantur: hi sententia mea cum infamia ditantur. Prodigalitas stolidorū hominum spansus uicus/liberalitatis est malefica nata: quæ sacra & deos in egestate ꝓphanans a maledictis nunq̄ eximi potest: quoniam mutuo contrahere: credita negare: execrari: deierare:

Eteocles rex

mentiri: & aperte rapere uel furari suadet. Ab his calumnijs te iā infamem ut eximas: Eteoclis memento seruare rationes. Eteocles Horcomeni rex muneribus suadere regale decus

esse differens/gratijs templū primus dicauit. Cum non plura daret q̄ possideret/ se nunq̄ exinanitum egere dixit: qui multa accipere ne ad plura teneretur/uitauit. Verū ne rusticus aut inurbanus crederetur: & auri expers munificus esse desineret/ quādoq; recipiebat. Se opes fassus est non negligere: quia per has reges possunt dominari: populos ui aut suasione quo uelint producere adijciebat: q; qui exercitū alere potest/his secure imperat: & quo uult muneribus ingenia uertit. Hector intemperata in omnibus ut de exercitio: utq; de nutrimento experimur/nocent. Motus temperatus: & nutrimentum temperatū calefaciunt. Motus ꝙ superfluus q; calorem innatum resoluit: ita sicut quies superflua quæ claudendo hebetat: calorem & nutrimentum superfluum esu aut potu sumptum infrigidant.

Motus tēperatus

GREGORII SEXTI PONTIFICIS SANCTITAS. CAP. LIII

g

Regorius genitura romanus uir sanctissimus: in pauperes liberalis: in familiares iocundus: in contumaces clæmentissimus: tali prēuidentia agenda librauit/ut fuerit/inreprehensibilis. Italię principes adhortationibus Gregorij confœderati Saracenos ante dissessionibus insuperabiles a Sicilia pellere conuenerunt: & acto conuentu superati fugerunt. Modocum constantinopolitani principis ducē imperiose & maligne prædam diuidentē: Gulielmus dissimulando in Italiam rediens cū quadraginta millibus Normanorum: qui ab Hierosolymitana expeditione redierant: Apulia græcis obtēperante occupata repulit: sicq; Gulielmi uirtute a græcis ad Normanos Apulia transiuit. Cunq; in diuersis oris homines bellarent: fame ac peste ita in Italia/sicut in toto orbe laboratum est.

Modocus græcus rex

Fames & pestis in toto orbe

EPISTOLA QVINQVAGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hectori Symonetæ fœlicitatem.

Votidie ut me dij a susurronibus & ab hominibus turbatæ rationis eximant/supplico. Quam sum semp detestatus nec tibi nec alijs gentibus auaritiam: uel aliud

q

inhonestius crimen ꝓsuasi. Auaritia magis q̄ gloria suasit dominari: ipsa urit: prædatur: magis q̄ sit Echinus tenax populos euertit: templa spoliat: & scelerum omniū ipsa semen Parnasum quondam uenerabilem etiam inuasit. Parnasus mons summi nominis religione: responsis: quondam celeberrimus: apud priscos funditus sacratus: loca/sacella/antra omni sanctitate digna: & specus formosissimū Corcyrium appellatum nymphis dicatū habuit. E parte phocensium/dorensiumq; pastores: ex alijs partibus finitimi neglecta religione: neglectis sacris incursionibus: & armis saltus: siluas turbare: ui gramina depasci/cōtendere. Crisei florētes opum superbia Apollinis: & gentiū spreta indignationē: auaritia suadente: inuitis prohibentibus: uel amphictionibus: uectigalia ab aduenis Delphos proficiscentibus iniuriose extorserunt. Ab exactionibus nō numinis timore/ sed per bellicam internitionem: ita amphictiones stipendiarijs iusserant/constat eos quieuisse. Qui antiquorū furta & auaritiam potius q̄ nostram præstat arguere: in alios nostra scelera tegendo obtrectemus. Delphi ciuitas oraculo orbe toto uenerabilis dona regia: nummos: gemmas: aurea uasa: & thesaurorū seruabat aceruos: q̄uis piaculum gentibus foret: quomodo talia diripi possent/cogitare. Phocenses ab euentu mulctati: inopes ob pondo auri inuaserūt sacrilegium. E raptu Philippus macedonū rex Phocensibus bello superatis est ultus. Phocensium præteritas insidias Delphi formidantes: thesauros residuos in scrobibus abdendos antistitib⁹ suadent. Hos tam caute infossos spreta numinis auctoritate auaricia inuasit: quoniā Onomarcus nullum piaculum aut dei omnia scientis potentiam ueritus: latebras effodere est ausus: nisi terremotu: monstris: & laruis occurrētibus ad fugam usq; fuissent perterriti fures: Onomarcus thesauris potitus: fatidicū numen spoliasset. Hector auariciæ iniqua lues a patiente nullo sicut in ęthica calor nō sentitur. Dolor est contrarię rei contrarietatē sentire: nisi sit malicia cōplexionis mansiuæ: quæ nullo modo sentit: neq; dolorē efficit. Et hoc accidit: quādo cōplexio mala est in substantia membrorū mansiua: quę tunc cōplexionē principalem: ac si ipsa esset principalis corrumpit. Sic patet in eo qui Aethicam habet: qui inflammationem: sicut in Ephimera aut in tertiana nō percipit: & si Aethicæ calor maior tertianæ sit/ causa est: quia calor Aethicæ est mansiuus: & in substātia membrorū principaliū infixus.

Auaritia

Parnasus mons

Corcyrīū

Crisei populi

Amphictiones

Delphi ciuitas

Sacrilegiū

Aurū scrobibus insossum

Onomarcus fur

Dolor quid sit

Aethica feruorē nō sentit

BENEDICTI OCTAVI PONTIFICIS PERSECVTIO ATQVE MIRACVLVM. CAP. LIIII

Saraceni Capuam occuparũt

Enedictus Gregorij Tuschulanus; saracenis Capuã occupãtibus cũ hierosolymi
b tana bella nõ succederẽt/mœstus indoluit. Saracenos Barrũ expugnare festinan-
tes ueneti discerpũt: qs se restaurãtes & finitima incursantes: Henricus rome acce

Henricus

pta corona perdomuit. Hunc Henricũ tã sancte cũ cõiuge uixisse tradũt: ut illius acta tũ ma
gis nouissima fata miraculis eũ decorauerint. Mortuo Henrico ecclesię ptectore Bñdictus

Arius antipapa

ab urbe Ario suffecto pellit: sed cõciliatione habita adulterinus põtifex iussus est abire. Be
nedictus equo nigro insidẽs (ut fert) in solitudine cuidam episcopo apparuit. Equo nigro
cur insideret/interrogatus: ut pecunias qs abdiderat/paupibus impartiat: loco thesaurorũ
indicato rogat: elemosynas de rapinis ante peractas nihil sibi contulisse affirmans. Episco-

Pestis inmanis

pus paruit: deinceps magistratu neglecto uitam monasticam amplexus est. Istis temporib⁹
peste adeo laboratum est: ut plures essent mortui q superstites.

EPISTOLA QVINQVAGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Aluisio crucis aurato
interpreti Cisterciensis ordinis professo fœlicitatem.

Ostræ ditionis uillæ præteritis tpibus exleges: obscuræ: numine secũdo (nũc gau
n deo) effulgẽt. Me tirone rustici adhuc segnes tuguria stipula tegere soliti: nũc for-
tunis & morib⁹ fere ciues lateribus refertas domos inhabitãt: & finitimos sibi in-
uidere cogũt. Hos opulẽtos agrestes Saturni mores antiquasse lætor: qs priscorũ institutis
regi: gloriosius ut augeant/iubeo. Villarũ senioribus ut quater in anno ad me uel ad meos
præfectos ad lites cõciliandas cõueniãt/noie meo imperabis. Noxijs primo & furtis expur
gatis de cõmuni bono cõuentus ample loquat. Inopes otiosi quõ uiuãt: rationes exacte red
dant: an ad onera tolerãda furent/sollertissime scrutari expedit: ut inde sentes & iniqua gra

Grecorũ quorundam instituta

mina urant. Huius optime institutiõis græcos primos auctores fuisse/nõ indignamur pro-
fiteri. E tota græcia primis initijs duodecim ciuitates in unum cõpactæ legatos loco aliarũ
q tannis p cõmuni bono ad cõciliũ mittere cõsueuerãt. Viri graues sic coeuntes errata luen
do: premia dignis disponẽtes: q pacto cõmittẽtes plectẽdi forẽt/statuebãt. Relinqę Achaię
ciuitates his frugi sanctionib⁹ inhærẽtes: cõmunes ad hæc discernẽda iudices potẽtatus: &

Amphictiones

iurisditionis summæ amphictiones nũcuparũt. Hi amphictiones Delphis: aut quis illu-
stri loco q tannis ad iudicia coeuntes ueluti oracula extitissent: caduceatores opidor⁹ audiẽ
tes: de erratis accusatiõibus/postulationib⁹ cẽsebãt: cũ imperare: destruere: refrenare: sicut

Crisei raptores

Criseis iniusti⁹ molietib⁹ euenit/possent. Crisei magni potẽtatus cũ florerẽt: & a Delphos
adeuntibus nimis importunũ uectigal exigerẽt: amphictiones querelis: & hac tyranide
offensi amplius ab aduenis exigi uetuere. Crisei scelestius prædæ inhiantes nisi per milites
amphictionũ iussu/euersis fortunis destiterũt. Aluisi reos afficentes: ne sicut in euacuatio-

Euacuationes quando debilitant.

nibus excedamus/ rite pensemus. Sanguinis incauta euacuatio tanq̃ hidropicis: qñ subito
multa extrahit aqua/sunt debilitatis causæ: similiter si a magno appetemate prius multum
exit. Sudor multus: exercitiũ forte: & febres resoluẽdo idẽ agũt: si æq̃li lance nõ operemur.

IOANNIS VIGESIMI PONTIFICIS TVMVLTVS. CAP. LV

Oannes Sergij romanus inexpiatus pontificatum accepit. Plurimæ Italiæ ciuita-

Cõradus

i tes in morte Henrici ab imperio desiuere. Conradus imperator defectionibus Ita
liam ingressus a Mediolano diuinitus castra soluit. Colonien sis antistes Ambro-
sium inter missarum solennia illi apparuisse dixit: & nisi ab expeditione secederent: cum ur
bis patrocinium haberet/exitium obsidentibus minari audiuit.

EPISTOLA QVINQVAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Pasquino aurato interpreti fœlicitatem.

Taurum a fœtulentia expurgatũ est: ita tu es ab omnibus reatibus expiatus: con-

Crustum

u tinuo qui oras: ieiunas: sacrificas: sed dij tua imolatiõe offenduntur/ut ais. Crustum
collis imbribus udum cũ uinea ad planicię defluxit: ideo de supremo numine cõ
quereris. Siste more idiotar⁹ cõqueri: lachrymare: crusti defluxio uacat ab ostẽtis: nec deus
te in paternis/autisq; opibus insectat: q̃tidie hæc fiunt: & leges quæ nisi ad ea quæ frequen

Intelligentię oia disponunt

te in paternis/autisq; opibus insectat: q̃tidie hæc fiunt: & leges quæ nisi ad ea quæ frequen
tissime occurrũt/nihil statuũt: cuius dñi tale crustũ fiat/discernũt. Si depositis qñq; serijs pos
sum⁹ inuicẽ iocari: deus q oia nisi agros tuos tẽperat: itelligẽtijs & motib⁹ orbiũ uices rerũ
cõcessit. Cœlestes motus: uentos: imbres: diluuia: terremotus mittunt: cõmutant: destruũt:

augent/ fœlicitant/ situs/mare/terras/ & uices rerum confundunt: deus uero ipse bonarum
rerum opifex nulli nocet: qui lachrymis: & uotis: imploratus uentura mala cohibet: & p-
cibus semp miseret. Mitte effœminate: ne mirabiliora: q̃ de uineis aut crustis audias: am-
plius tristari. Calabria: & Sicilia ætate nostra duę, puincię: siue regna quõdã unus situs erat

Calabria & Sicilia

Ardua Apœnini iuga olim cõtinua: & saxũ unũ: terremotu tñ disfracta: attritaq; & obruta
amplũ hiatũ dedere: ibidẽ nunc maris uorago pnicios a: & horrẽda relatu Sylla Carybdisq;

Apœninꝰ

appellat. Thessalia regio pclara stagnũ undiq; fastigiatis mõtibus septũ prisco æuo fuerat:

Thessalia regio.

in psentia tñ arida feraxq; & grãdi ubertate fœlix est. Eractis mõtibus a tãta illuuie aquarũ
aruit: tantũ a Peneo amne p mediũ secũ alia flumina i mare trahẽte irrigat. Terremotus ab

Peneus

Olympo eã ex ea parte: quã Tempæ dicimus seperauit: nec nisi Vesuuiũ lacũ ingentẽ e tã-

Tempę

tis restagnatiõibus reliquit. Pasquine de cura deoꝝ noli suspirare: tibi nimiũ repleto uoluit

Vesuuius lacum

deus extenuatione mederi. A repletione semp cũ uenas scindat: epilensiã: ac apoplesiam fa-
ciat: pcauere debemus. Membroꝝ grauitas in motibus pigritia: faciei rubedo: uenarum in

Repletiones mala.

flatio: cutis extensio: spissitudo: & rubedo urinę: paruitas desyderij: uisus debilitas: somnia
grauitatẽ attestantia: sicut nõ posse se mouere: & onus graue deferre: nõ posse loqui reple-
tionis signa sunt: sicut uelociter moueri: necnõ uolare: humores subtiles cũ temperie signi-
ficant. Præmissa impedimenta iminutione sanamus.

BENEDICTI NONI PONTIFICIS ANIMI INFIRMITAS. CAP. LVI

Enedictus Albrici Tusculanus a Romanis: ut homo rudis: & nihil frugi expellitur:

b Ioãne epo antea Siluester dicto suffecto. Post q̃draginta dies. Siluestro electo: iteꝝ

Siluestri antipapa

Benedictus amicoꝝ beneficio recõciliatur: qui Ioãni: Sergius inde dictus: pontifi-
catũ uenalẽ tradidit. Benedictũ hũc defunctũ in formã mõstri uisum esse ferũ q de horribili

Benedicti iformitas

tate: effigieq; trãsmutatiõe interrogatus respõdit: qa iuenuste: neglecta lege: sine rõne uixit:
& pbris sedẽ dehonestauit: ut plus feritatis/q̃ humanitatis habeã: Petr⁹ & Paulus uoluerũt.

EPISTOLA QVINQVAGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Pandulpho aurato interpreti fœlicitatem.

Oemínea cõuitia quãdo prudẽtia: uel cõmentis poterãt caute uellari: edito clamore

f cuius rei nunc te frustra pœnitet: uulgasti. Blasius: qui pterita leuitate estuat: te unũ
delexisset: ac aurũ, pfusissimũ, p te seminasset. Latratus tuos nunc offensus odit: &
nacta oportunitate equidẽ caue: obesset. Stolidi & prudẽtes uiri q̃tũ inter se differãt: e sena
tu Romano obscœnos ludos sub diuinitate paliante cognosces. Flora meretrix famosa: am

Flora meretrix.

plas opes: q̃ inguinibus cõtraxerat: i morte populo Romano herede instituto: e magnis di-
uitijs partẽ fœnori exposuit: ut ex lucro quotãnis sibi natalẽ cũ ludis floralibus celebrarent
Exactis huius meretricis floralib⁹ sacrificijs: cũ meretrices nudæ populo poscẽte uices mi
norꝝ gererẽt: his ludis nihil lasciuius: aut plebi acceptius esse poterat: qa lasciuiæ nullæ: aut
uerba mollicies seriẽtia deerãt. Cato ludos tales: ut forte auctores carperet: adiẽs: spurcicijs
offensus nõ passus est sedere: aut paulisper ibidẽ morari. Senatus obscenitates: dehoneſta-
menta: ludos: cũ nihil plebi foret amœnius: retractare uerítus: rei tã pudẽdę dignitatẽ: ac re
ligionẽ dedit. Florã nõ meretricẽ, pclamarũt: sed uenerabilẽ deã esse: & floribus pesse: quã
ut nuces: & cætere arbores, pspere florerẽt: ludis illã placãdã finxerũt: sicq; turpiũ toleran-

Cõplexio temperata

tiam deitatis umbra texerũt. Pãdulphe p effigiẽ & historias Florã ad cõplexionẽ tẽperatã
appropinq̃sse cõiectamur. Hoie tẽperato nihil est dulcius. In caliditatis/frigiditatis/siccita-
tis/humiditatis/molicie i/duricie i/tactu æq̃li tpatos cognoscimus: qbus i albedine & rubedi
dine est æq̃litas coloris. Sõnia taliũ erũt delectãtia spẽ bonã agẽtia. Tales faciẽ hilarẽt: ami-
cabilẽ: & iocũdã habẽt: q in desyderio comedẽdi: ac bibẽdi: & in singulis erũt temporati.

SILVESTRI TERTII PONTIFICIS IMPERII BREVITAS CAP. LVII.

Ilvester Romanus: Benedicto ex insperata restituto: q̃dragesimo die sui magistra-

f tus muneribus cõquisiti obijt: põtificatus illis temporibus ad pcipitiũ tale deuene-
rat: ut potẽtatu/ambitiõe/seditiõibus/largitiõibus illũ acquirere glorię ascriberẽt.

EPISTOLA QVINQVAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Pandulpho aurato interpreti fœlicitatem.

Oeminã illã pulchritudine: ac uenuſtate Helenæ parẽ pudicitiã (ut fertur) abieciſſe
f tenes. Natã illius generoſiſſimã: inter lenocinia matris/ q̃uis adoleuerit: ſine aliqua
labe Diane perſimilem eſſe ab obſeruatoribus: & conſcijs audio celebrari. Illa nũc
a diuinitate ducta ſacrari p cœlibatũ cupit: ideo cõnubia nõ maturabis: quoniam ante inter
uirgines ueſtales benedicetur. De filiabus in pellicatu matris alitis nõ ſemp expedit ſcd'm
uulgus diſſona interpretari: cõtraria omnino nunc experimur: licet riualiũ ſalutationes au-
diant: rithmos legant: ſuſpiria & cõuentiones diſtrahant: ꝓmiſſis muneribus deſuauiatio-
nibus participes interſint: & plura: ꝙ eſt honeſtius tacere: quot horis rimentur: tamen ali-
Iuppiẽ rex hilaris. quãdo cõtinentes: ut de noſtra uirgine omnes cõuenimus eſſe poſſunt. Iuppiter rex hilaris
adulterijs longe: lateꝙ infamis: nõ e ſeueriſſima Iunone: ſed e Latona ſcorto p emporia pro
Diana uirgo queſtu ſolito meretricari Dianam uirginem inſignẽ habuit. Diana patris: aut matris nulla
pollutione infecta: ſpreto hoim conſortio uirginibus ſtipata: uenationibus uacando ſyluas
tantũ ueris: & umbris fertiles coluit. Non in regijs: nõ in aurato ſedili choreas: aut modu-
los pcepit: ſed inter frondes & ceſpites ſedit. Monilia/ gẽmas/ auratas clamides reijciens ar-
cu: ſagiptis accincta: uenabulo: aut iaculis per montes: & ſaltus ſolita uenari uirginitatis ue
nationiſꝙ dea dicebaꝫ. Pandulphe Dianam magnã: frigidæ complexionis ex iperfectione
Corpora uenerea Frigiditas caliditas caſtitatẽ coluiſſe uanũ cenſeo dici. Corpus carnoſum: necnõ & tactu durũ abſꝙ multa pin-
guidine calidum eſt atꝙ humidum: ad uenerem lõge diſpoſitũ. Macrũ corpus frigidum &
ſiccum eſt: & pinguedo in corpore multa frigiditatẽ oſtendit: quæ frigiditas (ut aiũt auctores) ſingulis uirtutibus contrariatur. nã ſicut corpus eſt inſtrumentũ animæ: ita calor inna-
tus: & non frigiditas eſt omnium uirtutum inſtrumentum.

GREGORII SEPTIMI PONTIFICIS PERSECVTIO ET MIRACVLVM. CAP. LVIII.

Regorius a Benedicto magiſtratũ accepit: ideo Henricus ſecũdus offenſus: magno
g ꝙ delectu Italiam ingreſſus: ſtante ſinodo benedictũ/ Silueſtrũ/ Gregoriũ tanꝙ tria
monſtra a magiſtratu abdicat: Sinderiumꝙ pontificẽ declarat. Quidã Gregorium
de eccleſia benemeritũ apoſtolicã ditionẽ maiorꝝ negligentia exeſam reſtituiſſe memorãt.
Sicarios in urbe latrones extra peregrinos necantes prius admonitos ſupplitijs ſubmouit:
Gregorij mors idcirco Cardinales illũ homicidã: ſimoniacũꝙ uulgarũt. Gregorius moriens Cardinales ſe
deteſtantes accerſit: ne temere eũ arguerent: eos admonet: & legẽ corpori ſuo talẽ impoſuit
dicens: cũ ero defunctus cadauer ante fores eccleſiæ uectibus: repagulijſꝙ clauſæ ſiſtite: ſi
diuino nutu fores aperientur: qd' ꝓterue iudicatis: me in Chriſtiana ſepultura cõdendo cre
dite. Si ſecus ageꝝ: corpus feris & uolatilibus concedite: peracto Gregorij mandato ualidiſ
ſimis flatibus adortis: ut prædixerat Gregorius: portæ panduntur: cuius mox corpus cum
opinione ſanctitatis ad ſacraria effertur.

EPISTOLA QVINQVAGESIMAOCTAVA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Antonio Rhetori fœlicitatem.

Xlitteris Bonifacij quoniã aliquid nouitatis ſemp conſequeris: lectura utiꝙ lætari
Aetholia Creta Cariſtus lapis qui texitur. e ſcribis. Noua habemus: lætare: in Strabone geographo rẽ nouã tibi nõ occultãdã
hac nocte legi. Strabo quando Aetholiã: & Cretã Græcię oras deſcripſit: ſic inquit
ad Cariſtũ lapis naſciꝫ: quẽ pectunt/ nent/ texunt/ inde mantilia optime contexta fiũt: quæ
quando ſordeſcunt: ſi in flãmã proijciantur: perinde emũdantur: ac telæ quãdo aquis ab-
luuntur. In eodẽ uolumine nõ longe poſt: ſic addit. Euboici amnes nunc Cereus & Nereus
Cereus Nereus Amnes lanas tingẽtes. ſunt. Vnus ex his uellera pecudũ potantiũ albificat: alter uero in antrũ lanas pmutat. Hoc
idẽ de Corinthi fluuio tradunt talia miracula ſcribentes. Antoni ſicut aquæ uellera: ita pul-
Corinthi Pulſus ſus etiã uariant. Pulſus (ſicut quidã affirmãt) ut muſica mutatur. Ab ira gaudio: exercitio a
ſaturitate/ fama/ & ab omnibus paſſionibus quãdo quis uacat: medicus pulſum tangat. De
bilitas: quæ eſt ex tedio/ uigilijs/ euacuatione/ macie e ſupfluo exercitio: & ex illo: quod ue
hementer reſoluit: facit pulſus paruitatem.

CLEMENTIS SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LIX.

Lemens in ſinodo urgente Henrico pontifex acclamatus Henricũ coronauit: qui
c Romanos ſine iuſſu imperatoris electioni pontificum nuſq̃ inter futuros: niſi id fa-
cere cogerentur. iurare cogens: in Germaniam remeauit. Romani iuramẽto offen-
ſi ueneno pontificem ſuſtulerunt: ut aiunt.

EPISTOLA QVINQVAGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Triſtano militi fœlicitatem.

Vm te arguerem: pediſſequam: quã aiebas ſedulam: fidam: laboris patientẽ: a pro-
c cis audio abductã: & te hoc raptu torqueri: nec ab aliquo poſſe leniri. De uulgato:
deꝙ maleficio ſcorto te hoiem maturũ patriæ patrẽ nuncupatũ pudeat tam inhone
ſte lamentari. Fœminarũ leuitas: & ſpecies infidelitati: ac imbecillitati iunctæ ita impuden Fœminarũ leuitas.
tiſſimos lenones: ita anxios riuales ut magnes ferrũ attrahũt. Iſta uenefica: q̃ te Circeis her-
bis in beluam tranſmutauerat: nunc Palladem artificio: & Amazones labore (ut aiebas) &
ſcd'm me: omnes meretrices ſuperat. Hæ Amazones milites robuſtiſſimæ nõ quottidie ut Amazones idurate milites
illa proſtrata e tentigine polluebanẽ: niſi ſemel in anno uiris (ut eſſent perẽnes) ſolitę iungi
ciuitates condidere: & regna armis: ſi hiſtorijs nõ decipimur ſibi ſubiecere. Iſta uero infini Io
tis uiris fœmina ſe ſubiecit. Io poſt ſtupra Aegyptioꝝ dea: & Europa raptæ: trãſmaria etiã Europa
uectæ: nõ amicos: nõ parẽtes: ut teipſum: qui ſqualore deturparis: afficere. Helena rapta eſt Helena
nec Caſtor: aut Pollux fratres: inter deos uirtute relati tam effœminate queſti ſunt. Pſyce: q̃ Pſyce rapta eſt.
dea putabatur: etiam ſine morte: ſine longo cognatoꝝ mœrore rapta eſt. Pſycę uenuſta: &
ſpecioſa nimis: homines ad ſe intuendam quadã ueneratione illectos: illiuſꝙ decore attoni
tos ſpe & uerbis deceptos ſemp remiſit. Externi: necnon & ſui ciues: eã a cœlo deſcendiſſe
rati: templũ Veneris adire: cum idiote Pſycem ꝓ dea uenerarentur neglexere. Inter hos ri-
uales ſæpe deluſos iuuenis facundus/ inſignis/ decorus noĩe Zephyrus in ſolitudine gran- Zephyrꝰ
dia munera afferre: & illam ibidem alloqui uelle conuenit. Quã credulam fabulari ſolũ: ut
conuenerãt: acceptis muneribus iuuenis ad oportuna loca aſportauit. Ita rapi: ita decipi an-
tiquum eſſe legi: tu interim caue: ne inſaniẽs Leucadis fato deficias. Rupes Leucadis cum Lecuas rupes.
phano Apollinis olim aquis imminebat. Rumor erat: quod qui nimio amore æſtuantes: ſi ſe
ab illa petra in mare deturbaſſent: a tanto amoris æſtu ſanari poſſent: e quo ꝓcipitio (ut tra-
ditur) Sapho uates: & Tribas male ſane ſe deiecit. Hæc fabula nõ eſt oĩno ueritatis expers: Sapho Tribas
nam Leucadij quotãnis aliquẽ ſontem ab arduo cacumine montis in ſacrificijs Apollinis:
deoꝝ iram ut auerterẽt: alis artificio: & pennis ſolertiſſime munitũ: ut ſe a piaculis exime-
rent ꝓcipitabant. Illa reoꝝ hoim deiectio quidã uolatus arte compoſitus erat. Illum a petra
ita alis: & artificio demiſſum in lembis expectantes ſoſpitem ad tutiora loca ferebãt. Triſtã
te illa nequã: quę inter tua obſonia torpebat: a fortioribus athletis: aut gladiatoribus uoluit
in omni membro crebrius moueri: ex quo deus omnibus membris ad bene eſſe dedit exer-
ceri. Pedum atꝙ manuũ manifeſtiſſime motus patent. Pectus/ guttur/ os anhelitu/ uoce gra Exercitiũ mẽbrorũ.
ui/ magna/ acuta/ necnõ permixta mouentur: tamen in magne uocis continuatione: quoniã
in ea eſt timor: agenda meditemur. Viſus in rebus minutis: auditus in ſonis: & tandem oĩa
membra ad ſanitatẽ exercent. Cum labor & motus calorẽ incendant: corpus tamen debile
ſuauius: cum forti fortius moueri debet. Sanus homo qui non exercetur: uirus: & ſaniem
quandoꝙ cum ſanitate egerit: & laſſitudo tunc omiſſione exercitij hominibus proueniens
& alia mala remouentur.

DAMASI SECVNDI PONTIFICIS BREVITAS VITAE. CAP. LX

Amaſus Bauarus (ut ſcriptum eſt) cum Imperator omnes terruiſſet: promiſſis: &
d inexplorato populi conſenſu pontificatum occupauit: qui tertio & uigeſimo ma-
giſtratus die expirauit.

EPISTOLA SEXAGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Petro uati fœlicitatem.

Odouicus ex officio ſacerdotis ſæpe correptus ifortunia ſibi uoluit uenari: idcirco
f a temulentis ſaucius in ſtrato iacet ſalutis anceps. Ipſe nimiũ popularis omnes ꝓter
plebem inciuiliter cõtemnit: uulgus a ſe dilectũ/ informe/ agreſte/ uentrem & appe-
titum cum nulla prorſus ratione inſequens ad canum/ luporumꝙ cõmertia expellendum
eſſet. Iudicio meo hanc peſtem diligentes: Petri & Icari diſcrimen non ſemper euadent. Se-
mel in die ego Bonifacius ſoleo tantũ accerſitis amicis cõuiuari. Conuiue diademate digni
necnon ſæpe eruditi niſi maturiſſima loquuntur: principes & heroes inter menſas ſcur- Icarꝰ uini
rile aliquod: ueluti tot prophetæ eſſent: non ederent: & refecti nihil niſi maturitatis exem- ampliator
pla ſine armis: ſine lite promerent. Icarus uir bonus: ac ingenioſus conſerere & ampliare

uites a Baccho comite didicerat. Noua & incognita uina pastoribus: ac messoribus suis ī potu effusissime ex munificētia exhibuit. Hi agrestres inassueti: & ultrā uires ebrietate titubātes hincinde multa aspicientiū hilaritate corruunt. Resipiscentes ueneno se affectos arbitrati inconsulteq; & impræmeditate Icarū uenationi uacantē occidunt: qui nisi p canē fame cōpulsum redeuntē reperiri nō potuit. Erigone Icarí nata lugubris canī panē obtulit: quē cadauer repetentē secuta genitorí parentauit. Petre Erigone ubere materno alita uehemētius q̄ ex obstitricibus educatæ in exequijs illachrymauit. Mater: si uacat: oīno natū lactet: tale est simile nutrimēto: quo puer e menstruis in utero solitus est alí. Nihil est infantibus mater na māmilla cōuenientius: extremū māme ori patentis pueri appositū alleuiat semp ægritudines. Nutrix: uices matris quę supplet: ætatis inter uigintiquinq; & trigintaquinq; annos sit: quoniā hæc ætas iuuentutis/sanitatis/& complemēti est. Bonoꝝ moꝝ præterea sit: q̄ tardę ira/tristicia/timore/ & alijs passionibus afficiatur.

Erigone Pueri lactatio.

Extremū mammæ Nutrix q̄t annoꝝ debet esse

LEONIS NONI PONTIFICIS BONITAS. CAP. LXI.

Eo Alamanus Romanis plegatos pontificē exposcentibus datur: nam Imperator Baunonē episcopū statim obtulit petentibus: quē abbas Cluniacensis obuiā factus ut depositō pontificalí habitu Romā priuatus ingrederetur admonuit quoniā non Henricus: sed clerus: populusq; Romanus a deo creandí pontificę potestatē haberent. Leo itaq; persuasus: & a uoce quadā cœlesti territus se temerariū accusans æque ac priuatus urbem ingressus: a clero populoq; unanimiter eligitur: certe ex pietate/innocentia/benignitate/ gratia/ hospitalite/ quibuscunq; bonis presidijs assimilandus. Domus ipsius peregrinos: pauperesq; & dei uiros nunq̄ exclusit: īmo leprosum in lecto suo locarí p̄cepit: quí a latronibus mane conquisitus nō est compertus: Illum Cristum fuisse multi credunt.

I

Leprosus

EPISTOLA SEXAGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Petro bono Mathematico fœlicitatem.

Ir præclarissimę principū fata uelis summotenus (sic tempora poscunt) libare. Principes semp̄ uos hoies cōtē serūt: aduCipes a ueritate declinantes: maluerunt (ut opinor) adhęrere adulatoribus. Prophetas non astris: sed omnipotentis ore loquentes (sic sacra uolumina testantur) lapidibus: & telis: aut alijs ignominijs legimus peremptos. Mathematicus Romæ Domicianū Imperatorē ꝓpediem morituꝝ a casu: & a fortuna inter amicos uulgauit. A Domiciano sæuissimo principe accitus an (ut enarrauit) stulteq; iactasset: fatum imperatoris p̄uidisset: est interrogatus: sine ambagibus uir clarus (ut fama est) p̄uidisse annuit. Responsione princeps iratus: qualis ipsius auguris futurus exitus esset: interpellat: q; a canibus eueſtigio ipse uates dilacerarétur: respondit. Domicianus illū occidí: & accuratissime a canibus seruarí: humariq; iussit. Astronomus inter custodes cū efferretur: ex imbrium ui: & importunitate a deferētibus relictus est: & corpus a canibus superuenientibus depascitur. Tymoetes uates: ac priamí (ut fertur) filius: certa die puerū in Troia debere nasci: per quē Ilion euertereť: uaticinatus est. Hecubæ: & Tymoetis coniugis eadē die fuit puerperiū. Priamus ex antehabitis præsagijs offēsus natū Tymoetis una cū uxore necarí p̄cepit. Tymoetes e duplicata proximoꝝ nece excanduit: & cū græcis in Priamū: & patriā suam inde semper cōspirauit. Petre Tymoetis perennis ira nisi Troiano excidio nō potuit extingui. Ira uehementer calefacit: tristicia multum exiccat: pigricia uirtutes animales lassando ad flegmatis proprietatē inclinat. Itaq; tēperare mores: sanitatis: animæ atq; corporis est custodía.

Principes semp̄ uos hoies cōtē serūt: aduLatoribus magis fauerunt.

Mathematicus Romæ Domicianī crudelitas

Astronomoꝝ certitudo nec uata posse moueri.

Tymoetes uates Ira. Mores

VICTORIS SECVNDI PONTIFICIS SAEVERITAS. CAP. LXII.

Ictor e Bauaría Alamanus Henrici gratia potius q̄ liberis suffragijs: cum clerus/populusq; Romanus Henrici potentiam horresceret præficitur. Imperatore quiabnuente Florentiæ sinodum cogens episcopos fornicarios: aut simoniacos a præsulatu abdicādos censuit. Capua his temporibus obsessa Roberti armis hastibus afflictis populationem euasit. Hic Robertus Gallus ne an Normanus fuerit: adhuc ex historijs incertí ambigimus: qui ex insperata uictoria pro Apuliæ regno coronatus est.

u

Robertus apulię rex

EPISTOLA SEXAGESIMASECVNDA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Nicolao Palamerio artium/ac medicinæ aurato interpreti fœlicitatem.

Rtifices: & mercatores curis semper implicití: etiā in nocte uigiles: quæ in die egerint: in tenebris reuident: & orto die ultro: citroq; lucri causa percurrunt. Idem quādoq; mores/ingenia/nationū/cōsuetudines addiscūt: ut sua deinceps ingenia: & fraudes sermonis astutía uellēt: peregrinādū etiā censent. Negociatores isti lucra amicis: diſcq; præponunt: & iudicio plurimoꝝ tales ad beniuolos: ut curis distracti scribere nequeūt. Tu uero nō negociator: sed medicus insignis: qui in urbe in p̄sentia moraris: ultro sæpius scribere pollicitus leuius quā Aesculapius: qui tāta digessit: scribēdo inuigilare uacas. Aesculapius ſcd̄m maioꝝ dedicationes medicinæ deus in Epidauro sepultus/uota lāguoresq; ad illud phanū peregrinantiū sanauit. In tali delubro munera/signa/pensiles tabellæ/innumerabilia diuerso ære simulachra pendebāt. Ipse speculum qui iam inuenerat uulnera qui primus debita cōpagine alligauit: aluí purgationē/ dentiū euulsionē/ & uolumina: quomodo gentes sanarí queant: composuit: & huiusmodi codices eo fulminato usq; ad Hipocratis tēpora: qui eos elimauit: abditi latuere. Aesculapius inumerabilibus: & tot curis distractus: amicos cū p̄teriret: iure poterat excusarí: tu uero q̄ nihil cōponis: sed tātū cardinales: aut pceres circuis: centies potuisses litteras dare. Tempore: quo Tyrones in gymnasio Papiensi morabamur: me tibi ære: suffragijs p̄sidijs gratificatum haud ignoras. Adepto magistratu nulla oblíuione: aut arrogantia infectus in te: & in oēs beniuolos effusius ultra uires munificentiā ampliaui. In compensationē tot emolumentoꝝ cū alijs sim solitus elargiri: nullam siculā opulentiā posco: sed arrogātiā/ingratitudinē ut antiques: mihiq; sæpius scribas oro: quoniā e tali & tam exiguo labore tibi semp debebo. Nicolae Aesculapij templū ad munera auidius semp apertū e nimia uotoꝝ repletiōe: sicut corpa humana: est tandē (ut opinor) cōsumptū. Suæ sanitatis custos sine desyderio nō comedat: nec ebuliēte desyderio: nisi fuerit ut ebrioꝝ mendosum tardet. Stomachus utiq; & supiora intestina a primo nutriēte euacuata sint: nihil est corpori deterius: q̄ nutrimento nondum digesto aluit nutriens mittere. Accidentia animę horribilia: & motus corpis fortes digestionē pariter prohibent.

Aesculapius medicinę deus

Aesculapij libri usq; ad hipocratis tpa latuere.

Templū æsculapij

Sanitatis custos q̄ p curare debet.

Digestionem impedientia.

STEPHANI NONI PONTIFICIS AVGMENTVM. CAP. LXIII.

Tephanus ecclesiā Mediolanensem: ducentis annis quæ se a pōtificis imperio subtraxerat: matri omniū altrici obtemperare impulit. Robertus Græcos prælijs e Calabria præter sacerdotes: qui usq; ad ætatem nostrā pristinos mores obseruant: submouit. Cum quottidie Thracia/ Gallacia/ Pontum/ Thessalia/ Macedonia/ Achaia īminuerentur: Græcorum Imperium a Turcis & Saracenis est continuo exesum.

f

Mediolanensis ecclesía.

Imperium Græcoꝝ

EPISTOLA SEXAGESIMATERTIA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Iacobo de Leonibus ordinis diui Francisci in Sicilia præsidi/ fœlicitatem.

Elebris conuentus diuo Francisco dicatus: cū pictore: ut sanctū effingeret: uade interposito accersitisq; testibus conuenerat. Sedulus opifex Orchestrā/colores: & uelamina dealbato pariete distinxerat: diuum Franciscū quomodo effingat: a cohorte fratrū a conuiuio egredientiū scisitatur. Illi in sententijs discordes nulla grauitate tumultuando edito clamore ambigua confuse ululant. Patrimoniū pauperibus erogantē: alij animos conciliantē: quidam in sublimi suggesto nationibus p̄dicantē: quidā orantē: uel se uerberantē: aut ꝓcumbentē: ut stigmata susciperet: pingendū contendebāt: ambiguí oēs diuū Franciscū alius alio modo effingi iubēt. Artifex malignus inter tot cēsores: qbus gratificarí posset: incertus: ut turbę discordāti illuderet: almū Franciscū lasciuientē: fistulæ īsufflantē: tripudiātēq; depinxit. Stante scelerato ope: quidā fratres sine mora calumniā arbitrātes uelamina deducūt: & facinore patefacto saxa tollunt: strepēte: & cruciatus poscēte cōuētu: pictor uersutus se fuga a morte ereptū occulit. Grādi piaculo fratres attoniti sceleris auctorē: ut illū supplicijs afficiāt: iterū pallim: sic audío: cōquirūt. Si tu arduus Sicilię p̄sens decetorē hūc ex improbitate insectaris: laudo officiū: atq; pietatē: idcirco si impeditus ad tā se motū amicū minime scribis: nō indignor. Iacobe pictor ille aduena cū moribus indigenarū

c

Pictor fratrū illusor

Regionis natura. Experientia rationē uincit. discors ordini tuo illusit. Vna ratio nō ubiq; in cūctis hominibus militat. Vna quæq; regio naturā: & usumpropriū habet: & quandoq; extra rationē alterius. In talibus experimentū uincit rationem qua cibus malus est conuenientior bono illi nō usitato.

BENEDICTI DECIMI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXIIII.

Enedictus natione Campanus nobilium factione: & largitionibus magistratum in
b uadens pellitur: locu cuius Girardus Florentinus episcopus Benedicto uelitris exulante sufficitur.

EPISTOLA SEXAGESIMAQVARTA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Coruo Iurisconsulto fœlicitatem.

Eam ditionē nouis sanctionibus: cū finitimi auctoritatē meā īmitentur: nō sine im-
m portunitate rogas. Si regnis: si generosis populis p̄essem: e dictis meis haud parce rata uellem moderari: sed tenuo: rusticūq; Bonifacij imperium p̄cones: lictores: aut membranas nō exposcit: exiguus census nō suppeditaret lictoribus: aut ad scribēdū liquori. Villici me amāt: meā indignationē magis q̄ flagella: aut aculeos: uel statura formidant. Præterea inopes forte decretis possent coerceri: sed opulenti ceruicosi: iura & arbitria con-
Solō legū interpres Anacharsis philosophus. fundere qui nituntur: me ut stolidum: extraneaq; amplectentem certe irriderent. Solon uir æquus quottidie Athenienſiū rēpublicā legibus cōponere elaborabat: ad quē talia mollitem Anacharsis uenit: se hospitalitatis gratia aduentasse dicēs. Solon hospiti comiter blanditur: mox hominis ingeniū admiratus: editionē legū cū eo cōmunicans: quid de his sentiret: solitus est assidue percuncta ri. Assiduam uigilantiā: intermissum laborem in elimatiōe legum studiū uehemēs Anacharsis cachinatione irrisit: quoniā proteruitates: & iniurias: ac cupiditates ciuium litteris coercere existimaret: & īquit: o Solon hæ tuæ leges ab aranearū telis nihil differūt. Hæ telæ tenues: atq; imbecilles muscas capiūt: sed fortia uolatilia: quoniam rumpūtur: nō detinēt. Persimile insolentes proceres semp in eas audent: & leges: edicta q; nutu suo distrahunt. Corue diuites leuius in leges cōmittunt: qua somno & motu crapulam curent. Gulosi potando temperamentū excedentes: in quor̄ stomacho uina natant: sequenti die famelici maneāt: ac in loco a frigido: & calore temperato prolixius dormiāt: qui quando somnus ab est: multo: & suaui incessu uti possunt.

Gulosi

NICOLAI SECVNDI PONTIFICIS PROBITAS. CAP. LXV.

Icolaus Girardus antea uocatus Benedicto ammoto cōciliū: ut episcopi proceresq;
n Italiæ ītere ssent: impauit: ad qd̄ Benedictū accersitū: habituq; exauctoratū uelitras exulare iussit: & ita in alio conuentu de pontificis electione cauit: scilicet q̄ si quis pecunia: aut gratia: aūt populari: militariq; tumultu sine concordia & canonica electione Cardinalium fuerit in trono Petri collocatus: nō apostolicus: sed apostaticus dicatur: quem Cardinalibus: & clericis: & laycis illum ut prædonem anathematizare: & quouis humano auxilio a sede apostolica pellere liceat.

Pōtificat⁹ gratia conquisitus

EPISTOLA SEXAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Coruo Iurisconsulto fœlicitatem.

Bstinatius: q̄ de editione legū me sollicitas: offendor: sedatū hoiem umbris: otioq;
o contentum noli molestius obtundere nescio sanctitatē: eloquiaq; deorū simulare. Legumlatores antiquiores uersutijs: cōmētis quasi deor̄ cōmertia haberēt: multa condidere: ego uero (q̄ dij talia p̄cipiant) nequeo tergiuersando suadere. Minos inter tales simulatores maris imperiū adeptus Radamantū antiquissimū Cretæ regē in sanctionibus est imitatus. Radamantus uir pius æquitate: & iustitia celeberrimus: ut ab insula ferociam & agrestes mores auferret: sanctiores uero ritus īduceret: sua decreta esse cœlestia: & ab oraculis: potissimū a Ioue tradita cōmentus est. Huic sibi præuio Minos inhęrēs p nouē annos antrū Iouis summa arte & supstitione ingressus: decreta ad nationes referēs: Iouis consulta talia fore: nō erubuit populis testari. Lycurgus imperiosus naturę populis dissona iubens: quādo Delphos adierat: ab Apolline condendi legē potestatē se accepisse memorauit: ut in ciuitate abiectis oībus delitijs: ut nullus nūmus nisi ferreus esset: una cū rege uelut apes ciues adherer ēt: simul cū ipso sine obsonijs cœnarent: agros locupletū in singulos æqualiter diuiderent: domos nō celarēt: sed securi quæq; agenda p̄ficerent: uirgines nudæ in templis

Minos Cretę rex Radamantus Cretæ rex

Lycurgus legum interpres.

iuuenes salutantes tripudiarent: ut optima in ciuitate proles esset: uxorem decoram senis: aut debilitati sollicitare liceret: & plura alia rigidius statuit. Cumq; ciues hæc dissona detrectarent: ac excidium sibi minarent: illi fugienti oculum eruerūt. Sedato tumultu/ac curato uulnere illi importuno acquieuere: quoniam subornatis amicis illa esse Apollinis iussa/innuit. Numa romanus rex magus & legifer a Ioue per Egeriam sacra: ritus: decreta habuisseque: ac præmissi reges mentitus est. Ipse Egeriæ deę comercia tenens: cum in cōpressione (ut scriptum est) ea uteretur/illius consilijs omnia persuadebat. Arbitris amotis siluam & antrum quoddam ingrediēs: cum dæmone sibi adiuratione familiari edenda digerebat. Numa iste una die ciues ut una uellent cōuiuari/inuitauit. In sordido apparatu mensæ uasa abiecta: & fercula apprime plebeia apponunt: cumq; cœnarent: & de dea q̄ laute inopiæ sa
Numa romanorum rex

isfaceret: cum discumbentibus cœpisset alloqui: raptim eo adhuc loquente preciosis poculis: tapetibus: lautissimis dapibus tota domus referta emicuit. Strabo geographus quando de Creta loquit: ac deos & religiones: & priscas superstitiones memorauit/ait: Hæc omnia ita condita cum arte magica habet uicinitatē. Corue his legislatoribus dormire meditationibus implicitis cum nequeant: fructus ceteris prohibiti forte conueniunt. Colera rubea in stomacho exuberans habentē agitat: cuius somnum corrumpit/ dat cum redio inquietationem: & de latere in latus reuolutionem. Coleram hanc patiētes: a fructibus qui nisi se exercitantibus dantur: in æstate non abstineant.

Colera rubea

Fructus

ALEXANDRI SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXVI

Lexander benignus & sapiens Cisalpinos episcopos dignitate prouinciæ se cæte-
a ris præferentes: ut e numero suorū præsidum pontificem haberent: cum Giberto parmensi Henrico imperatore horū supplicationibus annuente conspirare sensit. Coniurantes Gadolum parmensem episcopū in pontificē cisalpinis parentibus agunt. Gadolus ab aduersarijs Alexādri accitus in agris neronianis turmas instruxit. Cunctis tumultuantibus ex infidelitate gentium: Alexander ante dimicationē Lucam profectus lucensibus mira quæ extant/priuilegia cōcessit. Gadolo ab urbe reiecto Alexander reuocatus quędam hostilia occupat: & Gadolum timore a suis destitutū in arce Adriani obsidet: qui obsidentibus precio corruptis equo informi solus aufugit. Henricus talibus successibus territus in reconciliatione se errasse fatetur: & pontificem ut concilium induceret: ad illud se uenturum pollicitus hortatur. Mantuam accitis adeuntibus imperator Gadolum ueniam petentem: & Gibertum seditionum auctorem pontifici precibus fatigato conciliauit.

Episcopi cisalpini

Gadolus cisalpinus pontifex

Henricus imperator

EPISTOLA SEXGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Richardo peditum magistro fœlicitatem.

Aesarem de filio rapto nolentē a quoq̄ solacium accipere: qui ex ingenuitate de-
c functi iamiam optat efferri: ut melius sentiat/adiurationibus uelim urgere: ut tam ꝓfunde illachrymare desistat/per nuncios supplicas. Amo hominē: hortatū præuenit: tempestiue nimis hos singultus uolumus cōpescere: certe ex diligentia fallimur: hi fletus potius tempore q̄ argumentis/uel aliqua uirorū grauitate sedantur. Funestati in abdito uel in thalamis inclusi nocte: & si quæcunq; lenimina præcesserint/lugere solent. Idiotæ uiri fortes legumlatores e fato proximorū (ut Solon egit) lachrymant. Solon peregrinus Miletum ut una cum Talete hospitaretur/ applicuit. Amico salutato cum interloquerent: q̄ a nuptijs & a liberorū ꝓcreatione se abstineret/longe dixit admirari. Tales obticuit: & quendam ut ab Athenis se uenisse mentiret/subornat. Exacte subornatus obsequitur: qui a Solone an quicq̄ nouī ab Athenis afferret/interrogatus inquit: Nouī nihil respondit: nisi q̄ fecedens adolescentem: cuius pater uirtute & extimatione primus abest/ uidi solenni pompa efferri. Illos audiui fatum acerbius miserari: adolescentis quoniam patrem abesse dicerēt. Nomen genitoris audiui: at nunc quale illud sit/nō recordor: licet homo ille ob iustitiam atq; sapientiam omnium in ore sit. Solon cōiecturis turbatus: si Solon nuncupareī/sciscitatur: cui subornatus ille est/respondit. Solon comam diuellere: caput cedere: incontinenter illachrymare & conqueri: & cætera quæ funestati agunt/egit. Inter hos questus Tales ridendo/hæc meo Solon a nuptijs & procreandis liberis certe dehortanī: quoniam te hominē fortissimū infringunt: desine lamentari/iste a me edoctus omnia mentitur: filius tuus & patria uiuunt. Ricarde in omni motu & regimine semper exacte & æqua lance singula metiri difficillimū

Solon legumlator Tales philosophus cur nō duxit uxorē

Mali humores

est. Scribunt enim sapientes: Ille in quo mala nutrimenta digeruntur/ ob hoc non decipiat: quoniam post dies in ipso mali generabunt humores: ægritudines facientes inde pernecantes ijdem scribunt: Famem tolerare: stomachum quandoq; malis replet humoribus.

GREGORII OCTAVI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXVII

Henricus imperator

Gregorius Bonicij hetruscus uir magne doctrinę: pietatis: prudentiæ: iustitiæ: constantiæ: religionis: cõtinentiæ: pauperũ amator: Henricũ imperatorem episcopatus & beneficia largitionibus ne amplius conferret: admonet: qui imperatricẽ pieum de talibus corrigentem fugauit: Romæ diu languore mentis quæ non superuixit. Ambobus recõciliatis: ac de more pontifice cõfirmato: Imperator iterum oblationibus illectus beneficia sacra ut ante confundebat. Pontifex præsulatus hac turpitudine adeptos excõmunicat: si contumacius pergeret/ se censura illum inhibiturũ imperatori minatur. Soluto concilio Gibertus criminandi occasione comperta Cincium romanũ ciuem imperatoris nomine in Gregorium concitat: Cincius nocte natalis pontificem hostiam cõminuentẽ/ captum in turri claudit. Die sequenti turri a fundamentis diruta romani pontificẽ eximunt: & Cincio in Germaniam fugiente familiam eius naribus abscisis ab urbe expellunt. Gibertus simulata cum pontifice beniuolentia dimissus: Rauennam ad archiepiscopatum maiora moliturus remeat. Gibertus iste qui tempore Alexandri e coniuratione ueniam & Rauennatẽ ecclesiam precibus imperatoris obtinuerat: archiepiscopũ Mediolanẽsem cisalpinos antistites/ normanosq; uice imperatoris in pontificem subornat. Gregorius Gibertum & Vgonem & sceleris complices uulgat indignos. Henricus Saxonũ uictoria elatus acto conuentui assistens: episcopis/ sacerdotibusq; ne pontifici romano obtemperarẽt/ iubet: & Romanus clericus Parmensis romã profectus Gregorio pontificatus iura interdicit: eligendi pontificis gratia cardinalibus ad se proficisci iubet. Gregorius censuris iam uulgatis inramẽto astrictos absoluit: & Henricum imperatorio culmine & clericos sibi adhærẽtes magistratu priuat. Imperator q; nõ poterat nisi inique a Gregorio cẽsuris plecti/ litteras ad nationes destinat. Pontifex ipso tam impudenter mentiente cõtumaciam/ proteruitatemq; Henrici pernuncios & litteras enucleat. Inter has altercationes cũ Saxones truculentius armarent: Alamani principes emergentia iurgia & excidia formidantes: Gregorium Alamaniam adire: Henricũ iuramento astrictum supplicem occurrere conueniunt. Gregorius Vercellas usq; profectus imperatorẽ hostiliter properare audiens moratur. Henricus hyeme rigidissima de posito regali ornamento: ac supplex nudis pedibus opidum ingredi uix exorat: cum aspernatus triduum in suburbio algorẽ tulisset: multorũ rogatu admissus obsequi iurans absoluitur. Soluto conuentu Henrico cõtumacius agente periurijs: ac imbecillitate imperatoris: Alamani principes cõmoti Rodulphum Saxoniæ ducem in regem eligunt. Rodulpho & Henrico certantibus Henricus Rodulphum imperium occupantem debere excõmunicari pontificem abnuentẽ rogat: qui cũ episcopis Italicis: germanis: gallicis in pontificẽ concitatis Gibertum præmissum habito concilio pontificem creat: quẽ Clæmentẽ nominauit: & romam profectus obsessa occupat. Gregorius plæbem ambiguam ueritus in arce Adriani se occulit. Guiscardum Apuliæ ducem in auxilium pontificis uenire Henricus audiens Gregorium exire: quoniam coronatus in Germaniam rediret/ hortat. Negante Gregorio cum Clæmente antipapa Senas cuestigio secessit. Guiscardus partes urbis resistentes incendijs: nece: rapinis euertens: Capitolio ui capto: solo etiam equato fortunas romanorũ militibus impartitur. Pontificem tam diu uexatum a mole Adriani eximit: quem secum Salernum duxit. In eo opido Gregorius uir deo gratus: prudens: iustus: clemẽs: pauperum: pupillorum: ac uiduarum patronus moritur.

Clemens antipapa

Guiscardus Apulię dux

Capitolio solo equatum

EPISTOLA SEXAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ricardo peditum magistro fœlicitatem.

Paulus æmilius romanus

Lygures nauigijs potentes

Edo/ facundior blandiora uerba: efficaciores rationes: & exempla inueniat. Cæsari obstinato nescio fessus amplius blandiri: quęre si potes: alium Orpheũ: qui Paulum æmilium ad solatia Cæsaris ab umbris cõposita lyra calearciere. Paulus emilius cõsul: homo prudens: modicis copijs triginta millia lygurum immixta humanitate domuit. Lygures & si nauigijs mare usq; ad columnas Herculis infestarent: cum cõtra gallos Italiæ semper imminẽtes: ut præsidium & uallum forent/ nõ eos perdere romani curabant. Macedonicũ bellum imperatoriq; ignauia cum potius sustinerẽt q; romani inferrent: tumul-

tuante populo Paulus æmilius in alia militia notus ad tale bellum cõsul eligitur. De Perseo arrogante ultimo Macedoniæ rege cuestigio triumphauit: sed tamen ante triumphum per quinq; dies filius sedecim annorũ: & tertia die post actum tropheum alter duodecim annorum expirarunt. Nulli etiam barbari in ciuitate tam inhumani erant: quin Aemilij infortunium cum admiratione fortunæ deflerẽt fortunæ: q; in tanta fœlicitate domũ & triumphos populo Romano sic necessarios luctu perturbasset/ imprecantes. Paulus æmilius sæuerus: constans: nulla effœmination e: nullis lachrymis: aut indignitate magnitudinẽ rerum detur pans de se lachrymantes tribunos & amicos ad contionem uocauit: quos ut secum infortunium pferrent: & ne de raptis filijs lugerent/ consolatus est & ait: In tantis rebus secundis/ q; ipse ego uictor exercitum: spolia: duces tanta oportunitate ducerẽ/ mirabar: fortunæ uariętatem semper timui: cum nihil purũ aut sine inuidia sciat illa hominibus quicq; elargiri. Humana fragilitas q; sit imbecillis: amici & uos astantes aduertite: nam Perseus de quo triumphaui/ sane me fœlicior est. Perseus uictus filios habet: & Paulus æmilius filios amisit. Ridere Midam contactu auri morti uicinum Bacchus sanauit: si Cæsar poterit inebriari: Bachum luctus solatia tenere dicemus. Multum e lasciuia bibere qui appetunt: non multũ uel dioretica comedant: quibus q; in stomachis uinum in coleram rubeam/ aut in acetum conuertitur/ caueãt a tali intemperie: quoniã amborũ forte est nocumentũ. In cerebro est maius uini nocumentũ: ideo cerebrum debile habentes parum/ aut uinum permixtum bibant.

Mida

Vinũ acescit in stomacho

VICTORIS TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXVIII

Victor Montiscassini ante abbas Gregorij exemplo Henricũ hostem habens: cum sacrificaret/ in calice sumpto ueneno perijt. Inexpiabili fame orbe toto tunc laboratum esse: & Henricum a Saxonibus attritum ecclesiam oblitum: & cunctos prodigijs attonitos scribunt auctores. Aues domesticæ ut gallinæ: anseres: pauones: columbi: ad solitudines fugiẽtes/ siluestres factæ sunt. Innumerabiles maris ac fluminũ pisces obijsse dicuntur. Terremotus nonnullas urbes ad interitum usq; concussit.

Fames in toto orbe

Aues fugientes

EPISTOLA SEXAGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Theophilo amico fœlicitatem.

Nili fons & origo

Iubba

Lacus illis

Crocodili

Astrapus

Tanais ortus

Scythæ Nomades

Scythę

Somnus quando sit profundus

Ili Tanaisq; fluminũ originẽ a me cõfidentius q; a geographo petis. Nili fontes ultra equinoctialem e Polo pene antarthico scaturire: in quodam nostro uolumine pinximus. Plinius cuius sententiã nõ inficior: sic de Nilo ait: Nilus incertis ortus fontibus ut Iubba rex potuit exquirere: in monte inferioris mauritanię e lacu ilide oritur. Lacus hic genera piscium multa: & crocodilos ut Nilus habet. Qui quando niue & imbribus mauritaniæ crescit: Nilus quoq; intumescit. Et ac si p arenosa & squalida loca Nilus effluere indignaretur: se aliquorũ dierum spacio in itinere condit. Deinceps in alio lacu apud Cæsariensem mauritaniæ gentem emergit. Iterum quoq; inter arenas illarũ solitudinũ receptus/ peruiginti dierum itinera usq; ad proximos æthiopes occultatur. Vnde quasi hominum gaudeat comercio: prosilijt iterum populis: agris: nœmoribus: feris plurimũ cõferens. Aethiopes ab afris separat: & Astrapus ab illis nationibus appellatur: q; lingua earum aquam e tenebris exeuntem significat. Tanais ortum ex horrore: gelu: sterilitate locorũ adhuc ignoramus: qui Asię atq; Europę limes est: illas enim regiones separat/ easdẽ etiã iungit. A septentrionis rupibus orientẽ uersus effluit Nilo: qui ab austro scaturit contrarius: hostia nauigationes horum duorũ fluminũ cõtrariant. Nilus longo tractu mercatoribus comodus: & ad multos usus est inaduersum accessibilis. Tanais hostia & si nota sint: nauigatio penitus obstrusa est: quoniam per eum Scythæ inter quos Nomades sunt/ permiscerí aduenis nolunt. Nationes e multitudine/ roborumq; prestantia regionis accessum: fluminisq; ascensum sagyptis prohibent. Addamus nos q; loca illa sterilia frigiditate: glaciebus: uentis urentibus/ immania nisi ab indigenis perferenda non auro/ non mercibus abundant. Nomades & alij Scythæ plures domos: aurũ: diuitias negligentes: currus quibus cum familijs uehuntur/ inhabitant: carnes: lac: feras uenatu adeptas comedẽtes: qui in hyeme ad uastam meothidem: paludem nõ longe distantem percurrunt: & ibidem pisces a glacie/ sicut a ræte detentos effodiunt. Theophile te talia indagantẽ laudamus: præstat talia disquirere magis q; somno torpere. Somnũ profundum quando cibus descendit/ in nocte approbamus: qui si non descendit/ est malus: quoniam somnus nõ erit profundus: sed perturbatio: & motus de latere in latus. Ideo parum per incedere huiusmodi descensioni confert. In die dormire colorẽ corrum

Dormire in die

pit: ſplenem grauat: laſſat neruos: efficit pigriciam: deſiderium debilitat: apoſtemata & febres frequenter generat. Reſupine quieſcere apoplexiam: frenesim: incubum præparat: nã ſuperfluitates per nares: pallatum: & per alios canales ſolitæ expurgari retinentur.

Reſupine quieſcere

VRBANI SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXIX

Petrus heremita

Alexius impator

Rbanus doctrina/ſanctitateq; uenerabilis: Italia bellis tumultuante Gallias adijt: quarũ principes aſſcitos: & trecẽta millia hominũ ad Hieruſalem recuperandam crucis ſignũ ſuſcipere accendit. Multi Petrum heremitam ſanctiſſimũ per germaniam & panonias ſequẽtes Conſtantinopolim ut ad cõmunẽ belli ſedem cõuenere: & milites importuni in ſuburbijs caſtrametati ex incomodis ciuibus illatis ut hoſtes damnati ſunt ideo Alexius querelis ſuorũ cõmotus ut ante tempus trajcerent/comeatum negauit. Expeditio: annona: & rebus cõferentibus deſtituta cum uagando multa adoriretur/ inſidijs Saracenorum circumuenta fugere: & per deditionẽ Chriſtum negare coacta eſt. Petrus heremita cladibus mentis impos: ſine legationis munere Cõſtantinopolim reuerſus eſt. Stipendia perfidiam Alexij ſuſpicantes: ne ab eo prodi poſſent: munitionibus & excubijs ſe protexerunt: inter q̃s Bouemundus multa imperatori initis fœderibus pollicitus ab integro Nicomediam & Niceam prælijs aggreditur. Cruce ſignati Nicea ex obſidione potiti longius erumpentes finitimos late diripiunt: & Bouemundus cum nihil ſuſpicaretur: ac ut militem reficeret/lente per deſerta ambularet: a Soldano: medis: turcis: ſyrijs: caldeis: ſaracenis: arabibus cõiuncto impetit: unde cũ magna ſuorũ pernicie quadraginta millia hoim ceſa ſunt: dimicãs ſtetit: ac tandem e cladibus anceps aufugit. Interim Vrbanus crebris ſeditionibus attonitus in domo cuiuſdã ciuis Petrileonis uſq; ad mortẽ: qd̃ fuit bienniũ/eſt moratus.

Bouemundus uir inclytus

EPISTOLA SEXAGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Theophilo uati fœlicitatem.

Nter ſiluas abditus quid agã/æque ac cenſor percuntaris. Deſes nunq̃ torpui: ſed quid agam ex aſſumpto onere ut de re iocoſa ſane ridebis. Meum lacum & ſi exiguum fortunari: Mileſioꝝ euentum ſuperare crebro ſomniaui/auſpicijs motus in eo oblector piſcari. Hoſpites Mileſij a piſcatoribus (ut ſæpe fit) incertum rætis iactum emerunt. E fœdere piſcatores uenantur: & inter rætia tripodem aureum trahunt: illum Helenã cum e Troia remearet: ab oraculo admonitam ibidem proiecijſſe ferunt. Inter hoſpites de iactu qui conuenerant: & uenatores ex inficiatione lites mortiferæ primo inſurgunt: inde ciuitates finitimæ ad aurum inhiantes: armis & incurſionibus p̃ auro decertant. In tantis uelitationibus & ſtragibus quid agendum ſit/numen conſulitur: ut ſapientiſſimo detur/oraculum reſpondit. Raptim e ſortibus ſurgia ſedantur: modo Thaleti: modo Bianti philoſophis aurum fertur. Hunc tripodem pro quo tot homines: tot ciuitates præliari deſtinauerant: ut peſtem/ut uenenũ renuunt: optimi philoſophi ſe ſapientiſſimos protinus eſſe negantes. Homines ante importuni rixis & aciebus qui tumultuauerant ſapientũ caſtigationes: maturitatem: uerba: modeſtiam admirantes tripodem Delphos obtulerunt. Hæc ego mira cũ legiſſem pondo auri in meo lacu diſiectũ aſſidue nõ ex imaginatione ſomniaui. Somnia ſi ſemp̃ hominibus non illudunt: ubi aurum fuero piſcatus: illud in fruſta deſectum tibi & cæteris amicis impartiar: inde quercus & nemora e mea ſolitudine a te damnata / equidem deaurabo. Nullæ ambiguitates: nullæ lites in mea ditione conſurgent: ego ipſe mercator: piſcator philoſophus ad oraculum ſine q̃uis arbitratu ero. Theophile nunc quia feruet aer: & urunt agri: ſatius eſt piſcari q̃ late per ſaltus uel alio cum laſſitudine uagari. Tamen per eſtum iter agentes: capita ne talium cerebra ledantur: necnõ & pectora a ſole tegant. Talibus ſic temere proficiſcentibus cũ maxima ſiti uirtutes debilitari poſſent. Si e frigore cuiq̃ pes aut manus ſenſum amiſit: igni accedere omnino uitabit: ſed aquis medicoꝝ tepidis membrum adhuc uiuum curabit. Et cum iuuamento aqua frigida quidam etiam uſi ſunt. Membrũ nigrum aut uiride frigoribus effectum eſt auferendũ: ne ſanũ inde ſua uicinitate putrefiat.

Tripodẽ aureũ Helena eiecit

Ab eſtu tegunt homines

Frigoris mala

PASCALIS SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXX

Aſcalis Creſcentij chriſtianis Antiochiam occupantibus in præſidium oportuna diſpoſuit. Pyrrhus ciuis Antiochenus e uirtute Bouemundi urbem ſe daturum: ſi ei Bouemundus dominaretur/ſpopondit. Regis Perſarum dux Antiochiæ occurrens: & in montibus ut comeatum noſtris auferret: caſtrametatus a Bouemũdo lancea quæ

Bouemundus uir inclytus

Chriſti latus perforauerat/præpoſita: & ſi locus eſſet iniquus/fugatur. In eo conflictu centũ millibus hominũ ceſis ex ingenti præda inops & ſterilis exercitus refectus eſt. Bouemũdo Antiochiæ dominiũ expoſcente e fœdere Cõſtantinopolitano principi urbem deberi Raymundus objcit: altercationes ad ſummũ auctæ per ſacerdotes Antiochiã Bouemundo adiudicantes ſedantur. Regionibus reguli bello uel fœdere domitis: hieroſolymam in arduo & arido monte ſitam: quæ niſi a ſummis exercitibus uallari poteſt/expugnare contendunt. Fluminibus ac fontibus urbi deficientibus ciſternæ ciuitati & agris ſatisfaciunt. In tantis ſterilitatibus trigeſima die cum præcipua Gottofredi laude: qui primus muros cũ ſuis cohortibus conſcendit: a chriſtianis ſanguine ad talos uſq; fluente occupatur. Octo diebus quiete ac locorũ uiſione conſumptis Gottofredũ coronant: & quia ibidem Chriſtus e ſpinis diademata tuliſſet/auream coronã ipſe reiecit. Exercitu Solimani Babylonis regis Hieroſolymã properãte fuſo Gottofredus ditiſſima opida accepit: & niſi febrili languore expiraſſet/plura fœlicius uendicaſſet: loco cuius frater ſuffectus eſt: ne e tanto uiri obitu Chriſtiani detrimentum haberent. Inter hæc Paſcalis e monacho iam pontifex in Gibertum antipapam comunit. Gibertus impar montana petens objit. Ricardus Giberti fautor Albertũ ſubrogat: uerum bonis aduerſantibus cedens relegat. Cauerſes Ricardi inſaniam imitati Theodoricum pontificẽ creatum: deinceps ut maleficum cedere: & inter anacoritas pœnitere cogunt. Maginulphus romanus ciuis apud Rauennam pontificalem titulum uſurpans: a romanis & a Rauennatibus in exilium pulſus eſt. Rebus ita in peius elabentibus multa prodigia uiſa ſunt: mare imprimis cum per uiginti ac centum paſſus ſolito magis cõtinentẽ occuparet: cometes ſtupendus mirabiliũ effectuum apparuit. Florentino epiſcopo ante Chriſtum natum affirmante in concilio re diſcuſſa de leuitate caſtigato Paſcalis ſacerdotũ errata corrigens: e Gallis in Italiam reuerſus hoſtiles quorumcũq; animos copijs ſuppreſſit. Pacatis rebus Saracenis e quibuſdã rebus ſecundis intumeſcẽtibus per litteras: per legatos: principes in Aſiaticũ bellum hortatur. Tancredus Laudiceam urbem Alexio Conſtantinopolitano principi ſubiectam chriſtianorum clade oblectanti: ac ne ex Europa milites in Aſiam trajcerent/obuianti occupat. Bouemundus in Italia Galliaq; quibuſdam rebus compoſitis in Alexium claſſe Aſiam infeſtantem: hoſtili animo feſtinante ſua celeritate Alexio pacato objit. Henricus in ordine quintus urbem petens apud Sutrium aduentũ ſuum pontifici nõ gratum eſſe intelligens ſubſtitit: quoniam bello eccleſias euerterat: pro libidine animi cõtra ius/faſq; malignos præfecerat: Paſcalis hominẽ oderat. Henricus pacato agmine ſe uelle in gredi: & q̃ epiſcopos ab epiſcopatu ſe abdicare cogeret/legatis iurauit: ſicq; populo obuiã progrediente urbem ingreditur. In gradibus baſilicæ ſancti Petri põtificis pedes oſculatus una templũ introeunt: Vbi orauit a pontifice ut epiſcopos tunc cõfirmaret quos ipſe præfecerat/petijt. Paſcalem recuſantem cum cardinalibus per milites in caſtra perduxit. Ciuibus talibus auſis germanos ab urbe expellentibus urbem expugnari imperat. Põtifex malis ciuium permotus: Henrico coronato epiſcopos confirmat. Coronatione peracta ſecedentibus germanis Paſcalis piſanis nauali gloria potentibus: in Saracenos concitatis: quæ Henrici armis coactus contra rationem conceſſerat: ne in turpe exemplum enormitas tranſiret: accito cõcilio irritat. Rebus ita tumultuantibus diuus Bernhardus e caſtilione Borgondiæ nobili genere editus in ſecundo & uigeſimo anno habitũ ſumens ob facundiam: doctrinã: ſanctitatẽ tanti precij extitit/q; in breui Abbas claraualenſis monaſterij creatus eſt. Ibi continentia: pietate: & optimis exemplis: eruditione quoq; cum maxima populorũ & procerũ ueneratione ad annos ſex & triginta præfuit. Tam ſancte: tam circumſpecte uiuens: gentibus & cœlo gratus/ſuperſtes etiã numinis loco eſt ſalutatus. Ipſe toto tẽpore celebs monumentis ſuis tam ſancte digeſtis mundũ illuſtrauit: ut ſic inter fœlices aias q̃ntus ſit/cõtinuo queãt fideles recordari. Illius uoluminã a fonte ſanctitatis emerſa Bibliotecas ubiq; decorãt.

Hieroſolyma expugnatur

Gottofredus coronatur

Paſcalis pontifex

Gibertus antipapa

Pontifices multi paſſim electi

Prodigia multa uiſa ſunt

Tancredꝰ Laudiceã occupat

Henricus quintus periurus

Diuus Bernardꝰ

EPISTOLA SEPTVAGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

N Aſiam ad res nouas cõtemplandas uis peregrinari/laudo animi elationẽ: ſi iter Iaſonis obſeruaueris/,pfecto mira amicis referenda uidebis. Colchis prouincia circa mare & phaſidis hoſtia in fructibus amœniſſima eſt: mel plærũq; tamen habet amarum: torrentes in ea copioſum aurum ferunt. Incolæ foratis tabulis: & pellibus lanoſis

Colchis exuberãs auro

desuper consperſis illud affatim excerpunt. E pellium miniſterio fabulant maiores: ſcilicet q Iaſon rapta Medea una etiam pellem auream aſportauerit. Ab iſta aurifera regione egreſ
Iberia in Aſia ſus ad Iberiam fertilem oram meabis: quæ & ſi in planis medicum/armenicū ue cultum ob
Albani ut plurimū paſtores ſeruet: in montibus tamen Scytharū more cum ſit illis gentibus contermina/uiuit. Albanos ut plurimū paſtores his regionibus finitimos inuenies. Albaniam omnem fere fructum ſi
Vites exuberantes ne aratro & ſatione afferentē comperies. Multis ibidem in locis aere exiſtente temperatiſſimo terra ſemel ligneo aratro ſata bis/ter ue pullulat. Vites ſine cura: ſine foſſione quæ bien
nio fructificant/niſi quinquennio putant. Adultæ in ſua fœtura adeo luxuriant: q pars maxima uuarum in palmitibus relinquitur. Ibidem agreſtia æque ac mitia pecora abundant.
Homines albis crinibus pulcherrimi magnitudine alios longe excedunt: ultra centū e ſimplicitate numeros ignorant: nummos raro qui curant. Ad merces ignaui pondera & men
Serui uaticinantur ſuras neſciunt. Belli ciuilitatis: agri culturę parum gnari quietiſſime uiuunt. Priſca tempeſtate Albani per ſeruos afflatos uaticinabant. Seruum ſe numine correptū ſolum per ſiluas errantē ſacerdos ſacra cathena deuinctum: ac per annum ſumptuoſe alitum inter hoſtia mactabat: eoq; cadente ſigna diuinitatis captabat. Ludouice teipſum ſcire affectantē eſſe com
Homines calidi plexionis calidæ iudico: tales (ut Auicenna ait) ſunt ad ſanitatem propinqui: in quibus ex ipſa complexione pili & dentes cito naſcunt: facundi: clari in uerbis: ueloces in inceſſu ſunt talibus cum ad annos proceſſerint/ſiccitas augmentabitur: & complexio cum mordicatione & forte cum colera rubea erit: Complexionē calidam & humidam laudamus: uerum aduertamus q tales ſunt putrefactioni propinqui.

GELASII SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXI

g Elaſius Creſcentij gaietanus genere illuſtris & aprime eruditus: Cincium Fregepanem qui unū e ſuis affinibus eligendum Cardinalibus præpoſuerat/habuit hoſtem: fractis foribus in monaſterio electionis Cincius erumpens: obuios cedens:
Cincius pontificem proſtratum/pedibuſq; conculcatum deuinxit: & Cardinales fuga elabentes ab equis femianimes precipitant. Romani hac temeritate cōmoti armati niſi Gelaſius redeat: Cincio & familiæ exitium minant. A Fregepanibus pontifex remiſſus equo albo inſidens
Henricus a populo & clero hilariſſime coronat. His expletis Henricum Italiam uaſtaſſe audiēs: cum etiam urbem præmeret: Gaietam duabus triremibus traiecit. Principibus: pōtifici: uectigalibus delectum ad illum comitandum agentibus: Henricus Mauricium antipapam creans:
Antipapa Mauricij illumq; Fregepanæ familiæ cōmendans prædæ omnia ſubijciendo fugit. Gelaſius magno comitatu Romam petens: uix a manibus Antipapæ euaſit: ideo ſeditionibus & cæde offenſus in Gallias abijt: ubi incomodis attritus uir ſanctiſſimus expirauit.

EPISTOLA SEPTVAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Cardinalibus fœlicitatem.

f Acriſicijs & multa ſuperſtitione Italici quondam ſuam Geneſim proximis adiuncti plauſu: coronis pia ſemper ſibi ominando ſoliti ſunt conuiuari. Nationes ſuorum principum procos: riuales fœminarum: cęteros ue heroum fœlicitati in Aſia adulantes miro ſumptu natales legimus obſeruaſſe. Variato imperio & euerſis legibus noſ Italici parcius agentes: e Chriſti ſaluatoris natali principum ac amicorū dies ortus obſeruare deſueuimus. Iſta Chriſti natiuitatis lux omnes ritus adeo ſorbet: ut illā tm curemus: imo ſi peregrinamur/omnia negocia interponimus: ut remeando cum proximis ea die conuiuemur. Myſticis ac litationibus ea alma die peractis ſeria tantillulum remouentes uina: epulas: iocos: concentus: tripudia augemus: ac ſtipendia/muneraq; damus: nam amicitiæ & rerum ſeries/recōciliationeſq; talia expoſcunt. Si ad me theſauri ut quondam Delphos affatim confluerent/horum rituum non immemor nunc Romam uſq; impedimenta auro onuſta legarē. Non ſane in munificentia Creſus: Alexander: Cęſar: & liberaliores (teſtor deos)
Meander amnis me præſtarēt. Pro uotis adeſſe fingamus opes: forte etiam a uobis ut Meander amari reijcerer. Meander e reflexionibus ualde lutuoſus Phrygiam excurrit: Cariam: Lydiam: & regna quædā deinde diſterminat. Quod eſt mirabile: Regiones fere omnes quæ ab eo aluuntur/terremotibus concuſſæ ignes per campos euomunt: mare etiam quaſi Meandri limoſitatem exprobaret: ſumq; ſatiatus aquis/diceret: ſuis æſtuationibus arenam exaggerando illius hoſtium obſtrudit. Mea domus itaq; ruſticitate uacans: ad intra parietes quæ tantum

effulget: cum extra ſpeculas nihil aut parum adhuc illuminare queat ex opibus in ea redundantibus: quod eſt ſcribere mittit. Hæ domus iugiter ſcribere cupit: ut fidem erga cardinales in ſeceſſu cordis abditā ad ſibi deuotos ſæpe ſcribendo promat: Ne Bonifacij epiſtolæ facundiſſimis aſſimilatæ: ut moroſæ uileſcāt: quando claudicādo ad uos accedunt: a lepore: a candore aliarū abſtinete. Vos bonis operibus: & lectitare aſſueti p abſtinentiā auidiores has/q̄uis ſcabras: ut Artaxerxes Perſarū rex lutulētas aquas approbabitis. Perſę anteq̄ Medos & Lydos euerterent: agreſtes: incíuiles: hyrti: inopes fere mendicantes: aſſiduis bellis tamē indurati robore tantū: & nulla uirtute p̄ſtabant. His gentibus domitis ornatū eoq; effœminationēq; imitantes ad eos apparatus: luxuriāue deuenere: ut faſtum perſaq; pdifficile ſit efferre. Artaxerxis huic molliciei aſſuetus de regno cum fratre Cyro: quē turbulenti in regē elegerant: cœpit præliari. In ancipiti bello cū fortuna gemitu cadentiū ambos adhuc foueret: Pyrrhus ceu phanaticus animoſius copijs infuſus occiditur. Victores longius a caſtris p arida loca hoſtes cū p̄merēt: Artaxerxes ſiti aridiſſimus anhelitu remiſſo languit. Peribarzanes regis Eunuchus aquas ad potū dum perquireret tandē Caunium inutre ſordidiſſimo inquinatū: putridumq; humorē ferentē offendit. A qua illius inopis imunda regi ſine aureis poculis: aut alia ſuperſtitione datur: & fœtulentiā ſcientes rege ſubridēdo de fœtulentia aquarū percunctatur. Rex per hoīes atq; deos ſe nunq̄ aquā uel uinū auidius bibiſſe atteſtatus eſt: & Cauniū obſcurū hominē e tali beneficio clarū & opulentū effecit. Per ſimile quandoq; fructus præcoques: quando digeſti: quos expectamus deficiūt: quadā auiditate ridentes guſtamus. O uenerabiles mundi cardines: hæc mea ſcripta ſint æqualia ſomnis. Homines nōnulli ſomnia ſignificationē aliquā habere putant: ideo ea nec contemni: ut ſuaderi puto: quoniā experimento innitī melius cenſeo. Prudentes uarijs curis/procurationibus: & reipublicæ impliciti futura in ſomnis raro præuident: ſtulti uero: quoniā eoq; animæ inſtabiles propriis motibus nō ſubſiſtūt: & extraneas agitatiōes ſomniādo admittunt: futura p̄uidere poſſunt. Quia leuiter dormiētes ſæpe excutiunt: canes gallos audiunt: atq; interrogati quādoq; reſpōdēt: & aliqui niſi in ſenectute ſomniarūt: incertitudinē ampliāt.

Perſę quō dam agreſtes:

Artaxerxes Rex Perſarū ſitiens.

Sōnia qb9 uera ſint.

CALISTI SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXII.

c ĀLiſtus Burgundus a Cardinalibus: qui cū Gelaſio in Galliā uenerant: electus: habitū: uel ditionē: quoad ab Italicis confirmatus eſt: nō aſſumpſit. Caliſtus imperatore cōciliato Chriſtianos iā tepidos in Aſiaticū bellū excitauit. Guilielmus Alexij
Guilielmꝰ regnum amiſit. Conſtantinopolitani imperatoris filiā ducturus: in abſentia regnū pontifici qui cōmiſerat: a Rogerio conſanguineo Siciliæ comite Calabria/Apuliaq; ſpoliatur: nec multo poſt uxore: regnoq; deſtitutus ſine liberis apud Salernitanū principē moritur: & Rogerius ſe Italiæ regē protinus noīauit. Rebus ita feruētibus Balduinus rex ab Balaac Parthoꝝ rege ingētī clade ſuperat: una cū ꝓceribus capit: ſed p̄cio redēptus: Hieroſolymāq; reuerſus Chriſtianos refecit. Gregorij antipapa auxilio tyrānoꝝ Sutri ſe cōtinēs Romanos icurſiōibꝰ: pegrinoſq; negotiatores rapinis uexās: ui ſupatus in monaſterio pœnitentiā agere eſt aſtrictus.
Gregorij antipapa

EPISTOLA SEPTVAGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/Rufino Lando Abbati/fœlicitatem.

a Draſto pro Polinice genero aduerſus Thebanos delectum cogente Amphyrao uati de fortibus percunctanti: q̄ a bello nō remearet: auguria ſignificāt: ideo territus: & ſi ab expeditione expectaretur: elatuit. Ante latebrarum ingreſſum cōſciam Eu
Amphyaraus augur. Euridicē languidus acceſſit: & mœſtus udos uix oculos attollit: fata ſibi iniqua fore inter oſcula lamentatur: & ait: nulla tela: aut ullam mortis imaginem uereor: aut illius horrore lachrymamus. Ab inſigni uxore deabus ſimili diſiungi: inter inhumanos externos debere mori non æqua mēte patior. Tui corporis mira ſpecies p æmulos adhuc inculpata: uultus decor oris facūdia: eburnea membra: ingenij: & uerboꝝ gratia: oculoꝝ ſydereꝰ uigor: uenuſtas elagātia: in proximos pietas: & matronalis maieſtas me certe urunt: & a tam imiti bello diuertūt. Plura ſic: uel mœſtius q̄ſtus elinguis: exanimis obmutuit: & reſupinꝰ a ſinu uxoris cadit. Aegre inter cōiugis ſolamina reuiuiſcēs inter oſcula: & amplexus an ad uxorē nunq̄ reditur9 arma ſumat: aut latitādū ſit: arbitrio uxoris diſponit. Tenaciꝰ q̄ hederę: & arbores reuincti bleſi mꝝtiplicatis fletibus diu tacēt. Sedato ſingultu Euridice ſuſpirās ſic ingt: ex q̄

animalia quæq; uiuere contendunt: care uir noli ſtolide mori: ne ſtolide ambo moriamur una: exploratis latebris te uatẽ conde: uel ſi ſtolide deſtinas oppetere: q; ſim expeditionis ſocia: ut una efferamur: care uir deſtina. Si latitãdo uxori mauis conſulere: nullis fragoribus territa: nullo munere: aut p̃ce illecta: uel ſuppoſitis ignibus aduſta: aut ſi fruſtatim diuidar: imo ſi Iupiter fulminib⁹ inſtaret: te nunq̃ prodere polliceor: ſicq; uiro iurat: ſacra deos ipſa tangendo ſcelerata ꝓphanat. His execrationibus augur fretus utriuſq; hilaritate ſe condit. Adraſtus & duces una Amphyaraum principem: & clarum augurem belli ſocium flagitãt eum latitare coniectantes uxori conſciæ: ut illum prodeat: minantur. Inficitur duces tormẽta/carceres/niſi latitantẽ dicat oſtendunt: modo riſus/preces/blãdicias/minas/munera nihil tamẽ dando confundunt: & iam feſſi deſperãt: nec amplius iturí arma ſuſpendunt. Argia Adraſti nata uiris calidior procerũ: & patris irridet conatus: & ait: aurũ eſt fœminis excruciamentũ: nõ minis: ſed auro Amphyraum educam. Argia nõ minari: ſed oblatis muneribus adulari cœpit: & amplos patris theſauros: ut illos Eurydice uideret: recluſit: illos habitura contingat: ac ſine metu intueatur: & ex his affatim ſumat blanditur. Illi attonitæ: & ab nuere fingenti ultro ſumma hilaritate monile: quo nihil in orbe precioſius erat: donat: & q; prodito uiro rura: uicos: & regias ædes dabit: ꝓmittit. Illa uiſo auro uiro funeſta: anteq̃ blãditias/minas/ignes/ caueas/aculeos aſpernata uiſis theſauris torpuit: quibus hauſtis: ad q̃s more fœminarũ inhiabat: ex inſperato monili accepto uiri tenebras protinus recluſit. Tímpana/ tubæ/impedimenta/& acies iam ſolutæ inuento augure conſurgunt: Amphyrauſq; omnium plauſu inter phalanges ducitur. Qui ad bellum cũ reliquis profectus: ut in curru armis compoſitus cum curru: & armis eſt abſorptus ſubito telluris hiatu. Præſtantiſſimæ Abba his ambagibus utere: & q̃ fuerit Argia ſagax: uelis (quod hortor) ſpeculari: ſi ſic ſane ſtuduerís: Bonifacium longius aliquo ſiculo uidere atteſtaberis. Carthaginẽſes ꝓbris imperio nationes infeſtantes Italos infeſta claſſe ſæpe affecere. Eoq; naues exire: & incurſare iuſſas a portu Carthaginenſi ſolui quidã ſiculus acuti uiſus a ſpecula Lilybei mõtis aſpiciens numerũ nauiũ a nauali Pœnoq; egredientiũ: ſiculis ut infeſtius occurrerent: renũciabat. Rufine hortamina: quæ diximus: equidem ut nutrientia expedit cognoſcere: olera & frũctus multæ quãtitatis pauci nutrimenti exiſtunt: paucæ quantitatis: & multi nutrimenti ſunt: oua: & ſimilia iã dicta. In ægritudinibus quia ægritudines medentur contrario: & ſanitas ſuo ſimili conſeruatur: multa aduertamus.

Argia Adraſti nata

Siculus lõge uidens

Nutriẽtia quæ ſint.

HONORII SECVNDI PONTIFICIS OBSCVRITAS ET VIRTVS. CAP. LXXIII.

Arnulphꝰ p̃dicator

h Onorius obſcuro loco natus litteratura: & moribus illuſtris Arnulphũ ex inuidia ceſum non (ut omnes exiſtimaſſent) ultus eſt. Arnulphus prędicator Romæ laſciuiam/libidinẽ/pompam/diuitias/gentiũ apparatus improbans clericos Chriſti uitam imitari exhortabatur. His admonitionibus: & integerrima ſanctitate Romanæ nobilitati gratus: ueluti Chriſti diſcipulus: & ꝓpheta ſummus laudatus diu pſeuerauit: ſicq; ipſe gratia ſequentiũ popularis cũ licentius: quã par eſſet: in ſuggeſtu ſtrepere cõſueuiſſet: cleri corum inſidijs inopine necatum ariolantes quidam aiunt.

EPISTOLA SEPTVAGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Lodouico amico fœlicitatem.

a Solita ſalutatione: & confabulatione Padi imenſa reſtagnatio: quæ uicinis: & mihi tot damna tulit: te modo deterret. Aſueſce reſtagnationes cum prudentia ſuperare quoniã regiones: quas tibi perſuaſi: rapidiora flumina habent: ſi eris effœminatus illa tranare magis horrebis. Phaſim amnem magni nomiuis altius intumeſcere uiolentia refluxionibus incertum: centum uiginti pontibus: & forte pluribus: niſi regio mutauerit ſitũ pertrãſiri cernes. Cyrus flumen Albaniam aluens multis fluminibus auctus orã illam ſuis reſtagnationibus fœcundat. Ex aggeratione & multitudine limi ſibimet exitum obſtruit: ſicq; mare: & ſibi finitima duodecim hoſtijs cõfundit: ac littus ad quinquaginta ſtadia uſq; aggeroſum reddit. Ganges Indiæ fluentum origine: & Nilus ambiguus: terret illud attentantes. Macedones orbis domitores illum e multitudine Elephãtorum: & hoſtiũ perterrit Gangis q̃is Alexandrum tranandum rogaret: tranſire formidarunt. Gangis latitudo cũ quinqua latitudo ginta: uel (ut alij uolunt) centũ ſtadioꝝ ſit profunditatis: ſupra quadraginta pedũ exceſſum

Phaſis amnis

Cyrus amnis

Ganges amnis

imaginari potes. Ceretoriũ torrentem: inter Piſturienſem agrum: & lucenſem qui eſt: quoniam e miraculo inter flumina numeratur: timidius formidares. Inſtar alioꝝ ipſe nõ imbre tumet: ſed in determinato tempore: de decennio in decenniũ repente lapidum copiã fremitu ſe illidentiũ euomit. Illiſio hæc ter uel quater in die per dimidiã horã triduo fit. Colliſio: & talis lapidũ uomitus ſic indigenas: ut externos cauſas ignorãtes in admirationẽ ſui trahit. Lodouice ad nos accedere ſi formidas: ne ſic ĩcaute infirmeris: caue ✠tutes lætícia: ac rerũ bonarũ placentiũ obuiatiõe: & amicis cõgratulari: necnõ cũ his iocũde ſedere ꝓſuadent.

Ceretoriꝰ torrens.

INNOCENTII SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CA. LXXIIII.

i Nnocentius Ioannis Romanus: Rogeriũ Rogerij filiũ obſidens a Guilielmo filio Calabriæ duce patri obſeſſo occurrenti cum Cardinalibus capitur. Rogerius clementiſſime pontificẽ liberat: a quo niſi regni titulum præmijs/ pollicitationibuſq; q̃is contenderet: omnia obtinuit. Romæ factioſi inter hæc tumultuantes Petrũ antipapã: quẽ Anacletũ nominant: creant. Qui direptus templis ad luxuriã ſeditioſoꝝ theſauros in nũmos conflans Innocentiũ in urbem reuerſum ad Gallias applicare coegit. Anacletus ex abſentia pontificis multis concilíatis Rogeriũ utriuſq; Siciliæ regẽ ꝓnunciat: cũ Innocentius uagus nationes: & reges ad Aſiaticũ bellum cõcitaret. Lotarius a Germanis in regem proclamatus: ut iurauerat: mira fœlicitate pontificem reſtituit: a quo Henrico defuncto ad imperium coronatur. In pontificẽ Piſis pro tuenda fide multa diſcernẽte antipapa factioſis ac Rogerij auxilijs infeſtius conſurgit. Lotarius defectiones ægre ferens in auxilium pontificis redijt. Pontifex Piſanoꝝ claſſe ſede Petri potitus Rogeriũm copijs imparẽ terra: mariq; ab Italia in Siciliam fugere compulit.

Petrus antipapa.

Lotarius imperator

EPISTOLA SEPTVAGESIMA QVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Lodouico amico fœlicitatem.

q Vo tempore: quo ſydere peregrinandum ſit: importune ſollicitas. Ver ad iter: & ad omnẽ motũ temperatiſſimũ eſſe ſcias. De aſtro: quia homo fortunatus/hora fortunata mouetur: licet nõ ſit multũ curandũ: tamẽ quædã phãtaſtica dicã. Peregrinatio aquarũ: ne Mars ex ea timeatur: luminaria ſemp ab impedimẽtis uacent. In itinere terreſtri ab aſpectu Martis: ne in aquis Saturnũ aſpiciat: præcauere debemus. Lunã a Scorpione: & ab impedimentis exemptam in adeuntibus aquas in ſignis aquaticis: & Saturnus nõ ſit in eius coniunctione: nec in aquaticis ſignis aduertamus. Saturnus ſi exacte euitari nõ poteſt Lunã coniunctã: aut in aſpectu bonoꝝ ponamus: ſic ut p̃miſimus cauẽdo in tempeſtatibus & naufragijs poteſtas Saturni aufertur. In peregrinantibus mare ob Martẽ contrariſſimũ Scorpio eſt horribilis. Si autẽ per terras incedes: Luna in terreis ſignis exiſtẽs nullo modo in Scorpione: & a malis munda ſit. Præmiſſis prouincijs hircaniam uidẽdam: adijcio: quæ forte a ſilua: quæ innumerabilibus feris ut leonibus/tygribus/ pardis habundat: dicit. Hyrcania regio ut plurimũ plana præclaris urbibus ornatur: pars illius Indiam: & ſic auroram reſpiciens ficubus/uite/& frumento fœcunda exigua agricultura: ac impenſa colitur. In arboribus apes mellificant: ideo e ſolijs mella fluunt. Incolę pontũ: cuius inſulæ (ut traditur) auream terram habent: nõ curant: nec ibidem nauigãt. A duobus fluminibus Oco & Oſo hyrcania affatim irrigatur: & Ocum omnia Aſiæ flumina magnitudine ſuperare aiũt. Hoc mirabile amicis referendum ibidem uidebis. Ripæ quædam in ea cauernoſæ imínent: inter quas: & mare littus exiguum interiacet. E ſuperioribus rupibus flumina currentia tanta uiferuntur: ut in contactu ripæ aqua in mari curuamine magno iaculetur: nec ſubiectũ littus aſpargine madefacit: ideo poſſet exercitus ut per tectum imadidus ſub illis aquis tranſire. Indigenæ in eo loco tripudiant/ epulandi/ ſacrificandi gratia/ac ut quandoq; apricentur: ad illam aquarũ arcuationem deſcendunt. His uiſis ſi uerſus Parthiam ad auſtrũ meabis: Ariã regionem uino feracem comperies: uitis truncus: quantum duo homines amplecti poſſunt in ſpiſſitudine ſæpe inuenitur: cuius racemi duorum cubitoꝝ ſunt. Vinũ ex his expreſſum ad tres generationes in teſtis perdurat. Lodouicæ hæc regio Scythas aſpiciens a Scytharũ frigore: ne uites congelentur: uacat. Frigus eſt ſemper cum timore: quoniam ſuperflua frigiditas aut eſt mors: aut eſt quoddam propinquũ caloris innati exitium. Caliditatẽ nõ ſic timemus: quia ipſa caliditas naturæ: & rebus ſemper amicatur.

Hõ fortunatus/fortunata hora mouet.

Peregrinatio aquarũ

Hyrcania regio.

Ocus & Oſus flumina.

Curuamẽ aquarum.

Vites magne & fertiles.

Frigiditas ſuperflua.

CALISTI TERTII PONTIFICIS BREVITAS VITAE. CAP. LXXV.

Aliſtus menſe quinto defunctus a ſeditionibus: & a quauis cõſpiratiõe extitit imu
c nis; qui tamẽ: cũ Chriſtiani in Aſia nullis ſucceſſibus militarẽt; cõtinuo indoluit:

EPISTOLA SEPTVAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Lodouico amico fœlicitatem.

Taurus mõs Aſiæ

Ontium famã: & ambages relinque: Taurus Aſiæ decus oĩm princeps eſt. Tauri
m lõgitudo eſt ſtadijs quadragintaquinq; millibus: Aſiam qui per mediũ diuidit. Ab oriente Indicũ mare: inde oram Rhodi contangit. Triũ miliũ ſtadioꝝ eſt eius latitudo: qui ſeptẽtrionẽ uerſus: ut in Ramos ſeindit. Rami nõ puſilli: ſed uaſtiſſimi mõtes ſunt: nationes & regna: ut Parthos/ Medos/ Armenios/ Capadoces/ Cilices/ Perſas/ & inumerabiles alias diſtinguens. Huius mõtis nationes polũ arcticũ aſpicientes a frigore boreales: oppoſitæ uero a caliditate auſtrales dicunt. Populos tauri ramos incolentes omittã: ut Cau

Caucaſi nationes

caſi mores agreſtes enumerem. Ex aliis ramis quis aliqui ignẽ euomant: nõnulli nubes ſuperent: quoad incolas nihil ſunt: & Caucaſo cedunt. Verus Caucaſus Albaniam/ Iberiam Colchidem/ de quarũ fertilitate diximus aſpiciat: quẽ hoies diuerſoꝝ moꝝ tenent. Plurimi ferina carne: cum lacte: & agreſtibus fructibus uictitant. Montis cacumina in hyeme: inacceſſibilia: æſtate glacie bus: ac niue obſtantibus: artificioſe aſcendunt. Quidam indigenarũ

Derbizes populi

neminẽ, p noxis occidunt: tantũmodo reũ cũ filijs exilio præmunt. Derbizes his fere cõtemini alijs moribus reguntur: pro re qualibet exigua reum iugulant: & fœminã nullã comedunt: aut ſacrificant: idem anum longæuã in ſeptuageſimo anno ſtrangulatã: & eos pariter qui circa ſeptuageſimũ annũ moriuntur: ſepeliunt. Apud eos ſeptuageſimũ annũ exceden

Sagintitapiri Caſpij

tes iugulati aproximis comeduntur. Sagintí equos puſillos atq; hyrſutos habẽtes nõ equitãt: quoꝝ fœminæ a pueritia excitatæ aurigant: ac inde (cui uolunt) nubunt. Tarpiri atras ueſtes: longaſq; comas ferunt: fœminæ albas: & breuem capillaturã nutriũt. Caſpij ſeptuageſimũ annũ excedentẽ in ſolitudine: ut fame deficiat: exponũt: corporis euentum ſemoti ſpeculantes ab auibus diſcerptũ fœlicẽ aiunt obmuteſcũt: ſi expoſitũ canes: uel feræ paſcũtur: a nullo contactũ infœlicẽ prædicãt. Lodouice p̃miſſæ nationes ita efferatæ medicis: aut medelis maxime elebore iniquiſſimo nõ indigent. Vacuationes procurãtes ieiuni medicinã bibant: nec ante operationem bibere uel comedere: ne febricitent: aliquo modo tentent.

Medicinarũ obſeruatio.

Ante fortis medicinæ actionẽ dormire: poſt uero minime confert. Sí purgatio quãdoq; ſuperflua eſt: extremitates ab axillis & inguinibus incipiendo ligentur.

LVCII SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO CAP. LXXVI.

Rogerius rex.

Vcius Alberti Bernardi Clareuallenſis abbatis ſanctiſſimi: & diſertiſſimi uiri litte
l ris/ admonitionibus/ legatione Gallos & Germanos ad expeditionẽ Aſiaticã incẽdit. Rogerius pontificis eiectis præſidijs repugnante nullo breui amiſſa conſequit

Conradus imperator

hiſdemq; auſpicijs in Africã traijciens Tuneſi regẽ ſibi tributa dare coegit. Cõradus Sueuus in regnũ Romanoꝝ ſuccedens uir bellicoſus ſignatoꝝ comparato exercitu Conſtantinopolim applicat. Ab imperatore uerſuto Iconiũ illico expugnare perſuaſus: ſine comeatu eo oĩa oportuna pollicente p̃cipitauit. Vrbẽ munitiſſimã obſidens: cũ græci gipſum farinæ p̃miſcerẽt: & milites more pecudũ caderẽt: Thraciã uerſus diuertens apparatus ſoluit.

EPISTOLA SEPTVAGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Marco rhetori fœlicitatem.

Saturni pater quis fuerit.

Aturnũ ſi cœli filium exiſtimas: falleris. Ipſe ex Vrano: ac Veſta natus: cum magne
f ditioni præeſſet: ut ſe per ortũ ſublimius efferret: patrem nõ Vranũ: ſed cœlum: matrẽ uero terrã nominauit: ut nominũ excellentia ſtirpem honoraret. Sæpe euenit: ut quando alicuius uirtutis præſtantiam admiramur: uel etiam illuſtres heroes ad nos repente

Peregrinantes

ueniunt: a cœlo tales aſcẽdiſſe: ſí morũ altitudo & inclyta uirtus cõueniunt: narremus. Antiquis temporibus ſeditione: uel alia occaſione pulſi: uel etiam mentis generoſitate elati collectis nauibus ſi tranſfretaſſent: ac occupatis regnis in magno potentatu imperaſſent: incolæ rudes: & agreſtes probitatem ſtupentes: ut origini adularentur: Neptuni filios ſic ad eos

uenientes aſſerebant. Idẽ maiores noſtri: ut uel fingerent: uel cautius exprobrarent immaniſſimos tyrannos ꝓpter ꝓcellas: & uentos ſæuiſſimi Neptuni. Nequiſſimos uero & omni integritate bonos hoies Iouis filios dixere. Inter tales Eacũ/ Minoem/ Rodamantũ legũlatores æquiſſimos a Ioue natus: Buſirim autẽ & truculentiores Neptuni prolem ob impietatẽ prædicarũt. Marceantoni Saturnus fagax: a quo gentes multa ſaluberrima didicerũt: uomitũ: uentris ſolutionẽ: & cætera: q̃ talibus aſſimilantur: bono utẽtibus regimine uetuit. hominibus leuiora: ut exercitiũ: fricationẽ: balneũ ſufficere aſſerens: quoniã uomitus oculis & auribus nocet: & uenas quandoq; ſcindit ad pthiſim.

Vomitus

EVGENII TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXVII.

Vgenius diui Bernhardi monachus & abbas a cardinalibus: cũ e numero ſuo: quẽ
e præficerẽt: diſcerptarẽt eligit. Romanoꝝ qui ſenatores: ut rempublicã regerẽt: habere conabãtur: inſidias p̃uidens: Piſanoꝝ claſſe exceptus in Gallias cõtendit: Re

Rex Lodouicus.

gẽ Lodouicũ cruce ſignatũ: in ſaracenoſq; ꝓperantẽ benedixit. Rex Conſtantinopolim iã tenẽs Emanuelis fraude: ut ante Cõradus circũuenit: cui p Syrie deſerta rerũ oĩm expertia ire ꝑſuaſit. Rogerius Siciliæ rex Emanuelis fraudes execratus oppida: & inſulas eius agre

Rogerius Sicilię rex

ditur: ea ꝓbitate etiã Conſtantinopolim expugnaſſet: ſed Venetũ claſſis obſtitit. Qui Aſia na littora legẽs Saracenoꝝ nauale Lodouicũ Francię regẽ: & Chriſtianos obſidẽs diſſecit. Veneti eo ſic: & glorioſius dimicante oppida ab ipſo Rogerio prius occupata ſine p̃ſidijs fortunæ deſtitura Emanueli reſtituunt. Rogerio ab Aſianoꝝ conflictu Conſtantinopolim

Damaſcꝰ ciuitas.

repetenti ꝓpria manu ex ædibus imperatoris poma accepit: ipſoq; ſpectante ſuburbia incẽdit. Etantis p̃claris facinoribus incõpoſita claſſe rediens a Venetis fuſus uixĩ Siciliã redijt. Conradus/ Lodouicus/ Baldouinus iunctis exercitibus Damaſcũ p ſeruos Abraami in arida ſolitudine conditã hoĩm ſolertia deriuatiõibus: infoſſionibus: cuniculis uberrimã: inclinatiſſimãq; obſidẽt. Exercitus noſter a munitiſſimis Damaſcenoꝝ ſtationarijs aquationẽ & comeatũ ꝓhibentibus: omni penuria laborans ad patriã remeat. Eugenius abſens: expeditionẽ in Aſianos: qm̃ cõcitauerat: Romã repetẽs oĩ genere inclinationis honoratus eſt.

EPISTOLA SEPTVAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Albrico amico fœlicitatem.

Rincipũ & regũ moderata dominia magiſq̃ (ut ſic dicã) libertatẽ approbãtes in ſen
p tentia in noſtris arbitramentis cõuenimus. Illi qui duces exprobrãt: & illis etiã inſidiant: cũ ſe liberos eſſe putent: certe ſuæ amẽticæ: ſuorũq; cõuitioꝝ iuga ferũt. Vna

Libera ciuitas ſp fa ctioſa

quæq; libera ciuitas: quæ ſe nõ ſeruitute p̃mi exiſtimat: ꝑfecto multos reges: dominoſq; uel potius tyrannos: & inter eos inſidias: bellaq; ciuilia ſemper alit. In ſeditioſis oppidis cũ quiſq; ſe alterũ præſtare exiſtimet: nec ullus alteri uel honoratiori cedat: aut paribus ſubijci uelit/ prælijari/ ædes inuri. proſcriptionibus ſæuire opus eſt: & talibus funeſtationibus libe

Capadocię princípes libertatem recuſarunt.

ras oẽs ciuitates obrutas eſſe legimus. Capadocię principes ſapientius talibus malis occurrere arbitrati libertatẽ p romanos oblatã funditus recuſarũt. Antiocho cũ regia ſtirpe conſumpto romani quibuſdam populis libertatẽ: ut ſcd̃m conuenta uiuerent: & idem Capadocibus dedere. Capadocũ heroes libertatis incõmoda rimãtes: quã ferre ex inſurgẽtibus p̃ſijs & ſeditionibus nõ poſſent: libertatẽ protinus abnuerũt. Romani hac petitiõe ſuſpenſi: & gentes reperiri: quæ libertatẽ aſpernarentur: admirati: quẽ mallent in regẽ eligerent cõceſſerũt. Ariobarzano electo tertia ætate defeciẽte Antonij opera Archilaum: ut ſibi impe-

Ariobarzanus

raret ab integro petierũt. Albrice ciuitatẽ liberã corpori phlebotomia uentoſis ſanguiſugis ſolito extenuari æquiparamus. Phlebotomia ſciathicæ/ podagræ/ uaricibus/ elephantiæ/ iumentum eſt: quæ quãdo nocere incipiat: per pulſum magis/ q̃ per coloris mutationẽ/ oſſi-

Phleboto mia com moda.

cationem/ ſingultum cognoſcimus. Pedum phlebotomia capiti conferens: & Melancoliæ magis uirtutem/ q̃ uenarum manus debilitat.

ANASTASII QVARTI PONTIFICIS FAMES CAP. LXXVIII.

Naſtaſius Benedicti Romanus cito defunctus nihil ad gloriam perfecit: niſi q̃ cũ
n fames totã Europã occupaſſet: clam & palã effuſiſſimis ecemoſynis pauper aluit.

Fames Europam inuaſit.

EPISTOLA SEPTVAGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ioanni amico fœlicitatem.

Eminẽ a Gallis iocundius. fortunatiusq redijsse: sed in aliquibus Alpiũ partibus
n agrestes: & hyrsutos ex iopia glãdẽ frugib⁹ imittere: atq sic uesci scribis admirari.
Glandes dulces Glas casta neq silis Capadocia lignis caret Mazaia ciuitas Argeus mons Lignant Melas amnis Ventosæ
Glans in sinu Aprico orta crebro ẽ dulcis: amaris reb⁹ planũ est: hoies nõ nutriri. In regiõe calida glãdes calido digerẽte dulces: aut minus amare existũt: iõ mortales glandẽ castaneis psimilẽ olim edebãt. Fertilitas & certa loci tẽperies: uel aliæ comoditates in uno q uico uiuẽtes: q̃uis multa patiant: detinẽt: certe sũ de Mazaia ciuitate asserere licet. Capadocia lignis caret: at ista ciuitas Metropolis malis oĩbus septa lignis exuberat. Mazaia argeomõti oĩm excelso: & niue sp tecto hęret. Paucissimi indigenarũ montẽ ascẽdunt: qui e mõtis specula duo distãtia maria uidere aiunt. Rupem hanc fyssa: in qua Mazaiani lignantur: sepit. Enemoq multitudine: & quia ciuitas in medio regni situat: ciues iam malis assueti intemperiẽ: & oĩa mala ferunt. Ciuitas est sicca: tenuis mœnibus imunita: saltus cuius est sterilis: incultus: harenosus: petrosus. A ciuitate campi remotius distantes sunt igne p multa stadia exusti: ideo uictui conferentia a longinquo uehunt. A paludibus in nocte ignes scintillant: idcirco lignatũ euagãtes: & pastores ignari inter igneas fossas sæpe ducuntur. Ante oppidũ p quadraginta stadia Melas amnis ex humilibus riuulis scaturit: qui cũ debito cursu nõ plene exeat: in lacus & paludes diffusus restagnãs aerẽ ciuitatis corrũpit: & paludes sæpe ardent. Ligna & lapides ad structurã fertiles gramina pecudibus luxuriãtia regibus: & alijs inter tot incõmoda habitare suadent. Ioannes plura uentosarũ in diuersis locis iumenta sunt: sed aduertendũ est: q̃ quando q̃ intellectũ impediunt: stuporẽ / & oblioneꝫ & malicia cogitationũ: & ægritudines permanẽtes agunt. Earũ attractio magis est acuta in sanguine subtili q̃ grosso. Earũ iumentũ in corporibus robustis: cũ subtilẽ sanguinẽ extrahant: est parũ. Super nates positæ totum corpus alleuiantes conferunt:

ADRIANI QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXIX.

Drianus natione Gallus: ut liberã urbis administrationẽ consulibus daret: Roma
a nos p̃cibus: & minis morosos execratiõibus reiecit. Guilielmo Siciliæ regi oppida
Federicus imperator
ecclesiæ occupãti: ut impune subditi deficerent: a sacramento illos absoluit. Federicus e gẽte Sueua primus Imperator Cisalpinã Gallią hostiliter: Romã deinde inuasurus ingreditur: quẽ copijs impar pontifex pace interposita admisit: illũq ab equo descendentem & de more pontificẽ adorantẽ coronauit. Germanis lasciuius agentibus: cum a Romanis e noxis plecterent: laborantibus imperator occurrit: sed in Germaniã rediens captiuos pontificis auctoritate incolumes dimisit. Guilielmus utriusq Siciliæ rex: ut ne amplius in ditionem ecclesiæ auderet: utriusq regni titulos reconciliatione habita recepit.

EPISTOLA SEPTVAGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas / Anco rhetori / fœlicitatem.

Atura sagax cunctis animalibus augmẽti terminũ præfixit: idcirco animalia q̃uis
n semp ederẽt: nõ cõtinuo in longũ: latũq & ꝓfundum augeri possent: & gigantes tãte magnitudinis influẽtia magis sq̃ alimẽto creuere. In Themischira fœlicitate regionis: ut scriptũ est homines nunq̃ famescũt: qui in proceritate nõ excelsius: q̃ alij adolescunt Ganeones: & gulosi oẽs ex ĩmoderata crapula suffocati: uł a uarijs languoribus uexati nõ ultra limites nature ampliari queũt. In Temischira põti regione aquis irrigua: necnõ semp rosida hac ratione hoies nõ famescũt. Pro equis & bobus: & brutis herba luxuriat: ibi semina duplicato fœnore e cultu exiguo: & irrigatione uigent: ideo ibi miliũ nunq̃ deficit. Montana regio agrestiũ pomoq copia nascentiũ tota tegitur. In planicie uuę / pruna / mala / nuces in quocunq̃ anni tempore in syluis prioribus nondum elapsis inueniuntur: & oblatoniæ copiam ex omni genere ferarum uenatio ibidem fertilis est. Ance in Themischira ex aquarum fertilitate sanguisugæ feruent: quibus in nostris regionibus incaute nõ expedit uti. A magnũ habentibus capitæ: a nigerrimis: a uiridibus lanuginosis: ac in malis aquis in quibus ranæ non morantur: ut a uenenosis præcaueant: cum per unam diem inexpurgatione manserint: sanguinis: & luti illitione adherent: quæ iam plenæ salis: aut cineris aspersione defluunt.
Gulosi nõ pingue scunt Hoies hi nõ famescunt Themischira regio rosida Miliũ indeficiens Sanguisuge q̃n euitãdæ sunt.

ALEXANDRI TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP.LXXX

Lexander Ranucij cardinalium uiginti suffragijs pontifex: Octauium Romanũ
a ciuem cardinalem a tribus electũ infestum habuit. In tumultu ne seditiosi urbem inquietarent: Federicũ Cremonam obsidentẽ ut auctoritate Imperatoria urbi occurreret / caduceatoribus missis rogauit. Ad disceptationẽ tollendam utrumq pontificẽ Papiam adire oportere respondit: qui Alexandro nõ obtemperante indignatus: qui illum cardinalem appellarent: ad concilium q̃ citarent / legatos misit. Reiecti Octauium antipapam ducunt: quẽ in concilio de more cõfirmatum Federicus adorat. Pontifex Octauium Federicumq execrans / litteras anathematicationis causam habentes ad potẽtatus destinat legendas. Alexander Philippo Francorũ rege adhortãte / nauigio Gallias cum Federicus Romã in caput suum peteret / adiuit. Europam sisma cũ uexaret: Almericus Balduini defuncti frater regno amisso Aegyptijs obtritis Alexandriam obsidem Soldano pecunia accepta restituit. Federicus Mediolanũ solo equat: & mortuo Octauio Guidonem in antipapam subrogat. Romani Alexandrũ precibus reuocatum omni genere cõgratulationis suscipiunt: ad quẽ nonnullæ ciuitates Federici immanitate deficiunt. Imperator cum remearet: Cisalpinę ciuitates Mediolanũ quæ restaurauerant ut illi obsisteret / muniunt. Romani a Thusculanis Albanisq tributa ĩmoderatius imperata cũm exigererent: ab auxilio Germanorũ quod in statiuis erat / ceduntur. Alexandro pecunijs & triremibus Gulielmi Sicilię regis potentiore Federicus cũ ab Ancona solutis castris patriam repeteret: Alexandriam a nomine Alexandri pontificis appellatã / dirutam denuo finitimæ ciuitates cõmuni impensa condunt: & confluentibus gẽtibus uiritim agros ĩpartiunt. Guidone antipapa in Basilica Petri q̃ magno Federici præsidio tenebat mortuo: Ioannẽ Sarmiensem abbatem seditiosi sufficiunt. Federicum in Italiam cum magnis exercitibus reuersum: Mediolanenses sociarũ ciuitatũ auxilio adeo illũ afflixerũt ut cõfosso equo ægre euaderet. Germani ex iniqua militia cõtra ecclesiã iram dei in se cõcitatã rati: nisi põtifici recõciliarent / se in patriã reuersuros minant. Idcirco Alexãder cõponẽdæ pacis gra Venetias Federico expectãte maturauit. In uestibulo sancti Marci cũ eius pedes esset osculatus: sequẽti die annuente deo fœdera pacis inuicẽ iniere.
Octauius antipapa Federicus imperator
Almericus in Asia Mediolanum solo equatum Guido antipapa
Alexãder
Federicus imperator cõciliatur

EPISTOLA OCTVAGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Angelino aurato interpreti fœlicitatem.

Ille hospes toruus ac hispidus quem maleficum putant / pisces eris ruginosa testa
f texit: illas comedentiũ torsiones / anxietatesq: & uenení accidẽtia nõ ambigimus fuisse. Erugo metallorũ uirus est: necnõ metalla uenenosa sunt: e fumo quorũ artifices discoloratos scimus. Montẽ Sandarogium effodientes / æris uenenositatẽ alijs manifestius perceperunt. In Parapeiopoli ciuitate ponti est Sandarogium mons ob metallorum uim undiq cuniculis perfossus. Serui ut plurimum e maleficijs seruati / nec minus q̃ducenti ibidem operabantur: & tamen montis effossio lœtalis ex hominũ consumptione crebro defecit. Labor imprimis extenuans ingens erat: & aer e metallis lœtifer euaporans intolerabilis grauedine odoris fossores necabat.
Metalla uenenosa Sandarogium mõs Parapeiopolis

LVCII TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP.LXXXI

Vcius consulatus nomen extinguere adnixus cum fautoribus suis effossis oculis
l ab urbe deiectus est: tum concilio Veronæ habito Romanorũ superbia exprobrata Christianis hosti cedentibus occurrendum suasit. Saraceni Christianorũ principum seditione freti Saladino duce Hierosolymitanos agros populantur.
Cõsulatus

EPISTOLA OCTVAGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ricardo militi fœlicitatem.

Ilitum & pauperũ & regum natæ a uenereis illecebris nisi caute occurramus / certe implicant: huiusmodi infortunia si accidunt / prudentia aut nõ furore: clamore: aut calumnijs occurrit: & Pratum Abantis Argiuorũ regis filium in talibus censeo imitandum. Præti filiæ tres formosissimæ: arrogantes: bibulę: tentiginis prurítu exagitatæ. Veneris castra cum quererẽt: iurgijs in parentẽ inuehunt cõtra patrẽ mitem & modestum inquinationisq occasiones atq intemperiem arcentẽ: diu incircumspecte cõclamantes ad eam insaniam: ut se uacas existimarẽt / inciderũt: quę in siluis se abdiderunt: aratra & plaustra & talia formidantes. Prætus qui diu simulauerat: natarũ alienationẽ tectius operire nõ ualens regni partẽ: & unius coniugiũ eas sanantibus spondet. Melampus earũ curam sanauit
Abas Prætus rex
Melampꝰ

pollicitus ad Clitorē Archadiæ ciuitatē fœminas duxit: aquaē ſpecu ibidem ſcaturiens bibentes ex eo fonte abſtemios reddebat. Peractis ſacris & epoto latice priſtinā mentē iuuenculæ ante furentes receperunt. Ipſe ſalutis ꝓ auctor regni portionē: & unius cōiugium habuit. Vina tentiginē excitantia cito & multū nutriunt: quorū abſtinētia gentibus carnoſis: & debile cerebrū habentibus confert. Ricarde in fœminis ſuperflua non egredientia ad caput effumantia rationē perturbant: & quandoq; repente necant: inſuper circa arcta orificia prurítus & uenenū quandoq; generanē. Virus tale circa quartū & decimū annū incipit uexare: de quo præſtat ſilere/q̄ quomodo mirabilia ex eo efficiant referre. Ab illo tēpore puellæ cuſtode ſeruenē: quoniā crura cruribus oblectationis cauſa ſupra imponunt Veneris caſtra digitis agitātes. In uulneribus ſanguinis fluxum pilo leporis & cauterio ſedamus. Cauteríçatio membri cōplexionē rectificat: corruptionē ampliari prohibet: materias corruptas reſoluit. Non his medelis/ſed alijs cōſilijs fœminæ maleſanæ ultra quartam diem egent.

Vina
Fœmina rum ſuper fluitates
Sanguinis fluxus

VRBANI TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXXII

Saladin⁹ Aſiæ imperator Hieroſoly ma amiſſa

Rbanus Mediolanenſis Chriſtianos diſcordes ne barbaris cederent/unire fruſtra conatus eſt. Saladinus ſeditionibus chriſtianorum potentior peditatu/equitatuq; acer: principibuſq; captis uicos: opida: maria: ſtationes: portus in deditionē accipiens his auſpicijs Hieroſolymam obſedit: quam octauo & octogeſimo anno poſt Gottofredi captionem ſubiecit. Saladinus urbem ingreſſus campanas/baſilicaſq; præter Salomonis templum iuſſit euerti.

u

EPISTOLA OCTVAGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amicis fœlicitatem.

Auſter uentus Valerius Flaccus Phimbria

Ollertiam & magnanimitatem/fidemq; quæ Ilienſium more nō urunt/laudo: ſed ne in Auſtrum gentes uelificare uelint/ſoleo ecōpoſito admonere. Auſter in pluuias nō ſolutus in eruginē foliis perniciōſam: & in ęgritudines & in peſtilentiam ſæpe tranſmutat. Valerius Flaccus in Mithridatem caſtrametatus a Phimbria per ſeditionem occupato exercitu cōfoſſus perijt. Exercitu ſcelere & cruore conſulis conciliato Phimbria Ilium adijt. Ilienſes illius proditionē formidantes/hominē ut latronē calumnijs excludunt: excluſus urbem expugnat: quā decimo die populatam diruens ꝓ undecimo die euertiſſet urbem quam Agamemnon cum tota Græcia niſi decimo anno cœpiſſet/gloriabatur. Ilienſis quidā enomens glorianti ſic inquit: Hector uiuus ſi afforet/urbem Phimbria nō ſic eueſtigio diruiſſet. Tum ille Collacum mēte iugo ſupponite: in ſtimulos acutos & urentes non audete: ꝓ Hector ueſter nō amplius eſt ſuperſtes: ſi ſapitis/mementote. Fortuna uices rerū nō permutante quid agendū ſit ſi percuntamini/aduertite: per montes Caucaſi: Iberię: Colchidis peregrinantes imitamini. Per cacumina montiū illarū regionū aduenæ itineran-

Niues per egrinos obruentes

tes a plurima niue quæ ibidem cadit/ſæpe obruunē. Hi excidium prius ueriti baculos adreſpirandum ferunt: quos ſi ſuperueniētes cōperiunt/raptim eximunt: ſicq; effoſſi beneficio ſuperuenientium uiuunt: amici medicorū artificium attendite: qui dolores ſedare uolentes materiam peccantem reſoluunt: uel quandoq; ſtuporem inducunt. Stupefacere attemptantes ſenſum membri deſtruendo dolorem remouent. Hoc agunt ne dolor ſua magnitudine interficiat: nam ſtupefactio forte nō interficiet: qđ impedimentū forte corrigetur.

Dolores
Stupefacere mēbrū

GREGORII NONI PONTIFICIS VITE BREVITAS. CA. LXXXIII

Regorius patria beneuētanus ſeptimo & quadrageſimo die Piſis uir ſanctiſſimus/cū maxima chriſtianorū iactura moriē. Piſis aderat/ſcilicet ut Piſanos ac Ianuenſes uniret: ac claſſem inde eorum Hieroſolymam ante captam unanimiter mitteret.

g

EPISTOLA OCTVAGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Paſquino aurato interpreti fœlicitatem.

Atriam auorū: ortum: honores: educationē: ſtemmata recenſendo alios ecompoſito innata ſimplicitate tua cōtemnis. Cum maiores tui omnia uirtutis indumenta & opes habuerint: tu inops/nudus fabula cunctis erras. Illuſtria regna ac ciuitates eximię: boues & aſinos ferūt: horti pariter inexpurgati ſpinas & urticas alunt. Sic quoq; præſtantiſſimæ familiæ ſæpe inſulſos & uiuere indignos: qualem te eſſe profiteor/ſuſtinēt. Es rudis inuerecundus aſino uel Cumano ciue hebetior. Cumæ catholicarum urbium amplíſſimæ frugibus & cæteris fortunis opimæ homines ſomnolentos & ſeipſos/ſuaq; uectigalia: lucra: & quæq; commoda nō aduertentes continuo alucrunt. Quí hebetes & attoniti

p

Cumę ciuitas

quaſi non ſentirent nec recordarenē: cōmunia & priuata diſpendia utiq; paſſi ſunt. Fœminas impudicas in uiros maleficas (ut memoras) omnes faſtidis: hæ certe in moribus te effœminatum præſtant. Vt ſcđm blaterationē tuam talia contagia uites: eſto celebs ſi uis numinibus gratificari: uel Pigmalionis inſtar fœminas excude. Pigmalion Cilicis filius maiorū gloria/qui uagando regna acquiſierant: accenſus: collecta Cilicum manu in Cyprum traiecit: & laute in adepta ditione regnauit. Mulieres nimis libidini obſequētes/comperiens eas aſpernatus diu in celibatu uixit: quē diu perferre non ualens: uirginem immaturam eboris candori ſimillimam elegit: quam adhibitis cuſtodibus ſuis legibus & conſuetudine compoſuit. Qui homo prudens electionis tempore puellam inhabilem ingenio & elegantia docte correxit. Poetæ Pigmalioni alludentes: ꝓ ex ebore puellam iam optimis liniamētis inſculpſerit/finxere. Q; ſui operis & ſimulachri decore captus Venerem ut idolum animaret/rogauerit ꝓ precibus & uotis Venus ebur animando Pigmalioni annuerit: etiā fabulanē Paſquine tu colericus & homo turbatæ rationis cum ſis/oleo cucurbitæ poteris inungi. Vina & ſi in nimio rigore congelenē: oleum non congelari/at bene condenſari dicetur.

Pigmaliō Cyprū occupauit
Vina cōgelantur
Oleū non congelat

CLAEMENTIS TERTII PONTIFICIS GESTA. CAP. LXXXIIII

Læmens Ioannis romanus: quoniam Saladinus largitionibus Patriarcham corruperat: & Antiochiam & omnē ditionem occupauerat/ad bellum Aſiaticum chriſtianos erubeſcentes accendit. Chriſtiani principes infortunio expergefacti cōfeſtim in Aſiam traijciunt. Federicus imperator: Philippus Franciæ: ac Ricardus Angliæ reges: Otto Borgundię dux precipui expeditionis principes fuere: Venetis ac Piſanis ꝓ chriſtiano nomine claſſem impromptu cōtinuo habentibus. Tyrum peruenientes Ptholomaidam expugnant: Saladino laborantibus occurrente uictoria tanti certaminis cum noſtris aperte faueret/equus a milite fugiens dimicantes terruit: ex q̄ terrore ad munitiōes eque ac in conflictu fit/cōcurſum eſt. Noſtri obſidentes tanta inedia affecti ſunt: ut ab hoſtibus annonam petere eos nō puderet: idcirco Saladinus ecompoſito caſtra omni copia referta reliquit: ſicq; Chriſtianos plures nullo ordine ſeruato ad ingluuiem currētes rediens confodit. Nec in tantis malis ex Diſinteria q̄is multi expirarent/obſidionē ſoluerunt. Federicus per Vngariam & Thraciam itinerans multis ciuitatibus occupatis Armeniam minorē in deditionem accepit: qui amnem inexplorato uado ingreſſus obruiē: cuius exercitus morbo uel fuga admodum attritus eſt.

Expeditio in Aſiam tranſfretauit
Federicus obrut⁹ eſt

EPISTOLA OCTVAGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Paſquino aurato interpreti fœlicitatem.

Llius preſtantiſſimi generis fœminas adunam ut pellices tu arrogans & inops/informiſq;/ac obſcurus ſcribis odiſſe. Viduam ditiſſimam ac generoſiſſimam uenuſtatis exemplar ut tecū cōtraheret/tedet multo lepore & rationibus flexiſſe: uolumentis impoſſimum olentē lilijs & roſis redimire. Tu homo ſcaber ꝓ cunctæ illius ſtirpis me retricenē: e coniecturis uel e ſcientia nihil conſcius/ſed ex ſola ſtoliditate deceptus mentiris. Omnes illius progenieí mulieres pudiciſſimas eſſe/deaſq; debere cenſeri: & illam quæ te nunc mōſtruoſum ſpernit: Didoní debere præferri exiſtimo. Dido ſpecioſa Beli regis filia pudicitiæ inſigne monumentū Sicheo Herculis ſacerdoti/ciuibus coniugium approbantibus nupſit. Pigmalion Didonis frater homo proteruus clam ob auaricia Sicheum interfecit. Dido de cōiugis abſentia diu percuntata/a Germano uarijs cōmentis ſemper illuſa eſt. Qua de cauſa quotidie dijs ſupplicans: a maritoq; in ſomnis de cæde: & ubi theſauri ſui ne cis cauſa latitarent: præmonita cum ciuibus qui Pigmalionē oderant/raptis nauibus ad litus Africum diffugit. Ab incolis tantū telluris/quantū corio bouino ambire poſſet: ad fundandam urbem mercaē. Corium in minutiſſimis loris cōciſum magnū ambitū ſepſit. Dido recluſis theſauris ad cōdendam urbem comites accendit: ciuitatemq; Carthaginē & arcem a corio bouino Birſam nuncupauit. Ampliſſimis iam mœnijs finitimi ſegnes cū æmularen-

Dido Beli regis filia
Sicheus
Pigmaliō
Birſa

tur: inter tales Luſitanorū rex a ciuibus eam ſibi in cōiugem dari petijt: aliter incurſionibus & bello præmerenē. Optimates euerſionem a barbaro rege formidantes reginam cōnubio annuat/orant. Dido ſimulans inducias petijt. Sed iam pacti e fœdere dies uenerāt: a quibus Dido arctata in eminentiori urbis parte Sicheo ſacrificatura Pyram conſtructam aſcendit. Expectātibus ciuibus quid nā arduí factura eſſet/ſic ad eos orſa eſt. Optimi ciues ſic uultis/

i

ad uirum uado: & educto gladio se in conspectu populi traiecit. Hęc memorabilis matrona uirtutis illustre sydus/mori potius maluit: q̃ pudicitiam primo uiro debitam cũ barbaro maculare. Simillima est uidua quæ te ut prodigium & tuorũ mentita stemmata cõtemnit. Pasquine cum furiæ ad tuas nuptias se inclinauerint: & in solenni pompa cõuiuandũ sit/scias: Sapores q̃ omnis sapor dulcis atq; amarus caliditatem ponticus: stiticus: acetosus ✠ frigiditatẽ habet: & odores boni ac pariter acuti calidi existunt.

CELESTINI SECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXXV

Oelestinus Petri romanus Gulielmo rege Sicilię sine heredibus defuncto/cum regnum pontifici deuolutũ armis asscisceret: Insulæ proceres ut Tancredum e Rogerij pellice natũ hominẽ secordem sufficerẽt/excitauit. Cœlestinus heroum fraudi fraude occurrens: Constantiã deo iam dicatã Rogerij natam e monasterio Panormitano Cõstantia deo dicata clam eduxit: quam Henrico Federici barbęrossæ filio his cõditionibus ut Sicilię cis & ultra pharum dotis noie insulam repeteret: & censum pontifici persolueret/desponsauit. Eo tempore Christiani longis uigiliis biennio Ptholomaidam obsessam in deditionẽ accipiunt. Saladinus tali aduẽtu diffidens quibusdam urbibus demolitis de reddenda Hierosolyma tractare cœpit: ac christianis cõfœderari cogitans: e simultatibus ac iurgijs Philippi & Ricardi de principatu ortis pręstitit. Philippus simulato morbo ex Asia Ricardo acrius delectum agente secessit. Ricardus cum Hierosolymam expugnare properaret: regẽ Francię in Angliam traijcere uelle audiens/regni iacturam ueritus mutata sententia Soldano conciliatur: & in Europam rediens ab hostibus interceptus est: pecunia qui redemptus ad Angliã properans dubio euentu cum rege Francorũ sæpe conflixit. Si regni ambitio christianos prinCipes nõ inuasisset: Saladino inter illas discordias spirante Hierosolyma: & omne amissum imperium nostris legibus paruissent.

Ptholomaida capitur

Philippus Ricardus

Ricardus Angliam petit

EPISTOLA OCTVAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

Hodum ex cycladibus insulis Metropolim si nauigando applicabis: Caunũ ciuitatem suæ ditionis si adhuc extat: ut mihi & amicis miracula narres/aspice. Caunos est ciuitas in regione fœlici sita assidue ex estatis intemperie ægra. Nam in æstate/atq; in autumno æstu furente/pomorũ exuberantia incolæ ęgrotare solent. Cauni homines liuidi ac decolores tanq̃ umbræ torpent: adeo ut ab exanimatorũ squalore parum differãt. Eos discoloratos ambulare peregrini æque ac defunctos meare cernerẽt/mirantur. Ad me prata & arbores & consita potius q̃ musicã curantẽ citharœdum fateor diuinitus edoctum misisti. Nõ ad me sopitarum fortunarũ hominẽ & tot donis exhaustum: sed ad Antonium triumuirũ talis mittendus erat. Antonius Anaxenoro citharœdo e Magnesia oroto q̃ttuor ciuitatum uectigalia & alios reditus & milites: dona quoq; & priuilegia grandia concessit. Ipse Anaxenorus sua canoritate sublimis: & populis gratissimus post munera permaxima in theatris ac spectaculis ciuitatũ/ statuas in publico erectas ad perennẽ memoriam est consecutus. Ludouice Auicenna inquit: q̃ nõ cerebri gratia aut sensuum/qui auditus & odoratus & tactus sunt: sed propter oculos ut sint eminentes/caput creatũ est. Multa animalia capite capite carentia præmissas uirtutes habent. Itaq; oculorũ eleuatio ita nobis sicut exercitibus speculatores conferunt. Speculatoribus est conuenientior locus altus.

Caunus ciuitas

Anaxenorus citharedus

In capite oculi eminentiores

INNOCENTII TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXXVI

Nnocentius Transmundi doctrina & moribus excelsus: cum ad bellum Asiaticũ ingenij uires adiecisset/nec præmijs/nec pollicitationibus Germanos in oriẽte belli Asiatici gratia retinere potuit. Henrici em̃ morte ipsi tumultuantes eximia omnium iactura in Europam remearunt.

Germani ab Asia cedẽtes

EPISTOLA OCTVAGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

Aemones istis temporibus a fide christi territi & affecti: gentibus nostris ut quondam nõ famulant̃ nec illudunt: cœlestis enim uirtus omnibus medet̃: nec quemq̃ in præsentia allucinari: ut in Nissa ciuitate olim expertũ est/prohibet. Nissa Asiæ ciuitas inter se & Trallis aliam ciuitatẽ uicum portentis mirabilem habuit. Locus iste conspicuus in suo situ Plutonis & Iunonis templum habens/languores his ritibus sanabat: Ad

Nissę mirabilia

antrum Caronium nominatum infirmi religione delati: in eoq; uico iuxta specus expectantes/miras dæmonũ uolitationes uidebant. Vorago hæc quã ægrotãtibus salubrẽ diximus: cæteris temptantibus pestifera/& adeuntibus inaccessibilis erat. Sacerdotes in illis superstitionibus periti diu p̃ sanitate torpentiũ rogantes in somnis agenda de salute uidebant. Ad antrum profectis sacerdotũ cõsilio admonitis: orationibus: ieiunijs quoad euaderent/opus erat uacare. Finitimi quotannis illuc confluentes: ac litando dijs solennia persoluentes mira uulgabant audiuisse. Inter sacrificandum a nudis iuuenibus & ephebis perunctis taurus intra antrũ festinanter impulsus ad secessus paululum progrediens mortuus cadebat. Ludouice hæc nõ fuisse irridentes e cerebri caliditate forte insaniũt. Cerebri substantia frigida & humida existens spiritus a corde ad ipsam penetrantes debita decoctione temperat. Et sunt tales in eo qualitates ne a fortitudine motuum neruorum & a passionibus spirituum inflammentur. Et ne a uoce forti eleuatus cranio illidatur/a duobus paniculis defenditur.

Caronium antrum

Cerebri substantia

HONORII TERTII PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXXVII

Onorius Americi Romanus ab Innocentio nationes ad expeditionẽ Asianã coactas ut festinarẽt/admonuit. Andreas Vngariæ rex & optimates christianorũ permulti inter hos traijcientes erant: & Damahitam Aegypti urbem illustrẽ cõmuni cõsilio obsident. Nilus in immensum restagnans: & suis incrementis annonã corrumpens: Soldano comeatũ obsidente christianos omniũ rerum inopia turbauit. Milites extremis angustijs septi Soldanum adoriunt̃: qui in prima uelitatione aufugit. Sic aspirante fortuna nostri castris potiti reliquũ obsidionis tempus cõmodius traxere. Cordirius Soldani filius Palestinam retinendi spe amissa Hierosolymã præter turrim Dauid ac templum domini/& sepulchrũ Christi demolit̃. Soldanus fortior maioribus copijs reuersus ut certaret/ nullo conuicio potuit irritari. Galli illius obstinationẽ ægre ferentes/ castra hostiũ cum iactura inuadunt. Damahitæ quinto & decimo mense debellatione milites ingenti præda restaurantur: sed cum Soldanus excrescentia Nili expectasset: ac inde illius deriuationes apperuisset: nostros pene immersit. Eo inopinato christiani naufragio attoniti pacem petiere: Damahitam hosti restituere: Italiam repetere pollicent̃. Honorio pontifice defuncto terremotus quinq; hominum millia in montibus & siluis contriuit. Saxa e cacuminibus in conualles ruentia/ domos inaudito fragore terrebant.

Andreas Vngariæ rex

Damahita Soldanus

Asię imperator

Cordirius filius Soldani

Hierosolyma demolita

Terremotus

EPISTOLA OCTVAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amico fœlicitatem.

Ingulos homines religiosos censere est delyrare/ac se esse amentẽ: inexpertũ iudicio meo est testari. Noli proximũ senem ex arte loquentẽ totiens a me improbatũ noli iuuenes passionibus cedentes: noli aduenas ex oportunitate malos ad filiarũ comertia admittere. Si me cõtemnis ut pastor insulsus famelicos leones inter feras/& lupos inter oues admittis. Liquuntur corda fœminarũ his comertijs: & tentigo feruet. Patres: fratres: agnatos unanimes amicos sæpe in talibus audiui maleficos. Agenor magnanimus Beli filius: ac Phœnicũ rex inclytus in celeberrima prole infortunatus claruit. Cylix Agenoris nõ regno succedere gnarus: ne fratribus famularet̃/ armis nõ longe a Phœnicia sedes occupatas de nomine uictoris Cyliciam appellauit. Europa Agenoris nata uirtute/ ac specie præclara a mercatoribus quod est incredibile/fraude Iouis se abduci annuit. Agenor sic callide decæptus damna damnis addens: Cadmo arma disponat: ac sine cõperta sorore non redeat/imperat. Cadmus diu obsequẽs e patrijs mandatis tam diu uagari fessus: & in qua plaga soror latitaret: incertus urbem ad quietẽ comitũ qua in regione condere posset/a sortibus percuntat̃. Actis sacrificijs ut bouem indomitã sequat̃: ac ea sistente mœnia ponat/oracula dicunt. A cõperta boue Boetiam regionẽ/ciuitatemq; Thebas ob Aegyptiorũ patrũ memoriam nuncupauit. Agenor magnanimus magis q̃ callidus potentatu ac maiestate & nõ ratione fretus: regiamq; suam insidijs uacare arbitratus/a lenonibus se esse mercatores fingentibus decæptus/natam & filiũ cum infamia amisit. Lenones quo ueneno nihil est occultius atq; detestabilius/negociatores se dicẽtes medicamẽta decoris: gemmas: armillas: redimicula ostendentes: orbem puellæ ac omnẽ beatitudinẽ si Iouis se inclinaret/pollicẽtes: regiam puellam ut naues ecõposito aduectas cõspiceret/subornarũt. Virgo uisis muneribus uestales quibus annuissent: ita ut uideret̃ rapi/rates ascendit. Naute in Cretam ad Iouem uelificarunt. Naue pro insigni taurum habẽte: q̃ a Ioue in taurum trãsmutato sit ablata/etiam nunc

Agenor

Beli filius

Cylix

Agenoris

Europa

Agenoris

Cadmus

Agenoris

Lenones Europam deceperũt

poetæ fabulant. Europæ tamẽ tam callide ablatæ q̃uis nõ omnes ita decepte sortiant/ boni fuerunt euentus: ab eius elegantia ac uenustate & summo decore tota regio finitima Europa nuncupata est. Fastum/ fidemq; & stolidam Ageronis fiducia fuge: ut nõ nisi tarde insidias comperisse lamenteris. Amice hi lenones maligni sine ægritudine ut decipiant/ oculos & membra ac si laruæ essent/ distorquent. Oculorum siccitas siccitatem: & oculorum liquitudo ac lachrymæ deducta egritudine cerebri humiditatem protendunt. Collum forte ac grossum cerebri fortitudinem & exuberantiam significat.

Cerebri siccitas uel humiditas

GREGORII DECIMI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. LXXXVIII

Regorius in uere cruce signatos ut Hierosolymam adirẽt execratione cũ cogeret:

g

Federicus christiano rũ illusor

Federicus ac si imprecationes formidaret: cruce signatos Brundusiũ pperare admonet: qui in Sicilia ueluti ægrotaret/ pficiscẽtibus cõmẽtis illusit. Lancratiũ em Brundusij obisse audiens ut eius supellectilẽ diriperet/ in Asiam se traiscere finxit. Deinde procellis se agitatũ mentitus ut e magno negocio Brundusiũ repetit. Sed cũ põtifex sententiam Honorij in eum ante latam affirmasset: amicorũ precibus/ ministq; põtificis distractus ad Cyprũ usq; enauigauit: cuius interim prefectus e Sicilia in põtificẽ copias mouẽs opida agri Piceni q̃plurima ecclesiæ ditioni subtraxit. Gregorius ex his cõtumelijs maiora ratus: in Asiam ut ab insidijs Federici de reditu tergiuersantis caueri scribit: in reditu tñ pontifici cõciliatus est. Tumultus: seditio: heresis Gregorio absente romæ Hannibala e gente Hannibale auctore insurrexere: cũ quidã sacerdotes & populus romanus ecclesiã dei una euertere cõiurassent. Tybris plus solito restagnans: & magna pestis qua uix decimus uixit: tantos conatus diuinitus cõstrauerũt. Soldani legatis pacẽ exposcẽtibus reiectis prædicatores per Europã qui christianos in Saracenos cõcitarẽt: Gregorius ut agricolas diffudit. Multitudo bellatorũ magna Ptholomaidam longe late populans peruenit: quæ cũ hostibus innumerabilibus biduo pugnans ducum imperitia defecit. Gregorius inter romanorũ insidias Federico sedente ut ciuitatibus transalpinis auxilia cõferret/ delectũ egit. Federicus imperator qui suas/ qui põtificis partes sequerent̃ anceps Italiæ ciuitates in duas factiones diuisit: pontifici adhærẽtes gelfos/ sibi ꝯo gibilinos nuncupauit. Inter gelfos & gibilinos cõfestim odia: proditiones: ciuilia bella exorta sunt: quia ciuitates in ciuitates: uicus in uicum: familia in familiã hostilius q̃tannis pernicie auxerũt. Cũ Pistoriẽses gibilinos ab urbe/ & Florẽtini nobiles suos gibilinarũ partiũ aretini Senẽses Gelfos sic ab urbe arcerẽt: uirus hoc serpẽdo in imensum sumpsit incrementũ. Multæ Italiæ ciuitates rebus nouis uacantes/ hac ratione a põtifice desiuere. Romani e discordijs ancipites deficere iã tumultuãtes a põtifice delatis pciuitatẽ apꝝ capitibus ac effusis lachrymis ad cõmiserationẽ effracti Federicũ ad urbem pperantẽ armis submouerũt. Qui frustatus pedẽ referẽs cũ finitimis rebus tẽpla etiã incendit: & in militiã Saracenis admissis urbẽ Niceriã habitãdã illis cõcessit. Regis Thunesi fratrẽ baptismũ panormi petẽtẽ ut desisteret terruit. Põtifex in Federicũ cũ cõciliũ assciscret: ipso itinera obsidẽte ac cardinalib⁹ & sacerdotib⁹ incarceratis nihil agẽs dolore obijt.

Hannibal romanus

Tybris & pestis

Expeditio in Asia

Federicus imperator

Gelfi/ gibilini q̃n incœperũt

EPISTOLA OCTVAGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Didimo uati fœlicitatem.

Rrata & mores pniciosi neglectu principũ/ qui detestabili⁹ indies augent̃: fœlicia regna perurũt: & flammæ inextinguibiles euolãtes finitimos etiã ustulant. Talia demerita q̃ntũ inter nationes mali agant nunq̃ melius q̃ per cilices exẽplificare iuuat. Principes Cilitiæ atq; Syriæ rerũ alienarũ auidi in cæteris segnes altercatiõib⁹ quibusdam: & sopore mala tolerãdo q̃tidie somnolẽtius enabant. Idcirco eorũ heroes littorales ex oportunitate locorũ quasi deficiẽtes pedetẽtim p pyraticam cœpere remotiora latrocinari. Apud Sidam Pamphiliæ urbẽ Cilices nauigia ad raptũ cõponentes: captiuos etiã & omnẽ prædã ibi magis emptorib⁹ romanis sciẽtibus q̃si turpitudini aspirarẽt/ exposuerũt. Romani Carthaginis & Corinthi euersiõe peracta ditissimi multitudine seruorũ usi ex auaritia & cõmoditate lucri hæc mancipia emẽdo furorẽ hũc in prædonib⁹ fouerũt. Romani ac si turpitudini lucrorũ assentirẽt/ quodã neglectu a pyratis maria prædari tolerantes: se quoq; assiduis incursionibus rapi egre ferẽtes/ classem improcinctũ esse imperarũt. Inter innumerabiles captiuos Iulius cæsar postea dictator magno ere euasit. Claudius pulcher sic etiã captus cũ a Ptholemæo præside Cypri pecuniã exoraret/ rex nummos misit: cuius tenuitatẽ cũ pyratę irriderent/ gratis Romanum ciuem dimisere. Claudius plæbis tribunus de Ptholemæo

Pyratarũ ortus

Sida Romani q̃ fuerũt ditissimi

Claudius pulcher

ulciscendi occasionẽ consecutus per Catonẽ sæuerũ regẽ: ut populo Romano ingratũ auro ipse uero semetipsum uita spoliauit. Latrones hos q̃rites capiẽtes: & pene Romana suburbia obsidentes auro/ argento fœcundos e serico nauiũ funes & uela cõposuisse cõperio. Ex importunitate rapinarũ senatus offensus expiandi maria q̃uinciam Pompeio cõcessit. Euestiogio qui constitutis hincinde ducibus ois stationes: & cõuentus ipsoꝝ lustrãs supra mille & trecẽta nauigia rapinis assueta uario certamine subuertẽs cremauit. Pyratas supstites p ciuitates impartitus pstãtiores in solis ciuitate Ciliciæ clarissima hoibus exhaustalocauit eã Pompeopolim appellans. His pmissis bona regimina: deoꝝ cultus & reuerentia: a malis quantũ differãt: p lyceos excerpemus. Lycij optimi his pyratis: & gẽtibus finitimi cũ in cõuentibus: & arbitramentis quotãnis duces selectos statuerẽt: q̃uis mari ad Italiã usq; dominarent̃: semp a latrocinijs temeritatẽ cilicũ detestãtes imunes fuere. Tres: & uiginti ciuitates his optimis moribus: & institutis imbutæ æquitatẽ: & deos rebus oibus pponẽtes: ueluti sydera inter malas effulxere. Hæ ab omni scelere: & occasiõe mali se abstinentes: in sup acta pterita quotãnis an improbãda: uel approbãda forẽt: librãtes: ut continuo beatius uiuerẽt: singulis annis ad conciliũ coibãt. Hi populi tam iuste/ tam modeste agẽda contẽperantes a Romanis dilecti in summa libertate: ac amicitia: & rerũ omniũ tranquillitate læti: q̃ nihil erat amœnius: degerunt. Didime hæ litteræ capitis grauedinẽ tibi (ni fallor) adducẽt per me: si eris æger: eris etiã sospes. Phlebotemia frõtis: nasi auris grauedini confert: capiti odoriferis rebus apertiuis sternutationẽ facientibus etiam prodesse possumus.

Pompeius pyratas ex purgauit.

Lycioꝝ optimi mores

Capiti cõferentia.

COELESTINI TERTII PONTIFICIS BREVITAS VITAE. CAP. LXXXIX.

Oelestinus senex ualitudinarius octauo & decimo pontificatus die obijt: a q̃ obitu uno & uiginti mensibus: quoad Federicus cardinales uinctos relaxaret: sedes vacauit. Federico nationes ecclesiæ adherentes excruciante Balduinus imperator Constantinopolitanus Asianã fortunã indeterius mutari ueritus: in Italiã uenies Federicũ: Parmæ qui aderat: ut captiuos sacerdotes incolumes dimitteret: sua maiestate exorauit.

c

Federicus religiosos incarcerauit.

Balduinꝰ

EPISTOLA OCTVAGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Lodouico amico fœlicitatem.

Emotius si destinas peregrinari: Carmaniæ mores nobis exacte referẽdos notabis. Carmania Indi fluminis hostiũ: Arabiã/ Persiã/ Parthiam/ & Gedrosiam contingit: cuius celebre flumẽ squamas auri euoluit. Argentũ/ æs minium ibidẽ affatim terra ab uno etiã mõte arsenicũ: ab alio sal effodiunt̃. Persas in agricultura pares in uitibus dissimiles fuisse scimus: ante Macedonũ militiã Persæ uites nõ norant. Carmania uites duoꝝ cubitorꝝ: & racemos cũ magnis acinis alit. Gens hæc bellicosissima: equoꝝ inops asinis ceratur: nec antiquitus e populo ullus anteq̃ caput hostis regi attulisset: uxorem ducebat. Pluriũ capitũ delator cũ alios pstaret: honorificẽtius ppositus elatiusq; poterat incedere. Rex ipse linguas capitũ in frustra desectas: panecq; pmixtas uictori: & familiaribus cõsueuerat elargiri. In perside susianã oram amplam oim rerũ feracẽ: & pcipue frumenti cõsulo: ut oia reseras intueri. Susiana fertilitate nota ante Macedones uitibus expers ordei: frumẽticq; centesimã mensurã duplicat. In meridie usq; adeo æstuat: ut si lacertæ: uel serpentes uias transire nitantur: a calore uehementi crement̃. Lauachra soli exposita raptim feruent: expositæ fruges ad internitionẽ arent. Homines tanta caliditate affecti terrã ad duo cubita tectis ne adurantur: imponunt. Onus tam arduum trabes e palma sustinent: nam palma deorsum nusq̃ uerum superius in pondus: sic scriptum est: incuruatur. Lodouice ita uagãdo inter illas delitias: & Arabicos odores ne patiaris aduerte, Soda est dolor membroꝝ capitis: ita ex interie boni odoris: sicut e fœtore generatur. Odores Arabici aduenis obsunt: a quibus Arabes consueti etiã: medelis peregrinis pariter conferentibus præcauent.

r

Carmaniæ puincia

Persæ

Susiana regio

Palma superius incuruatur

Dolor capitis a quibus causis euenit.

BONIFACII SYMONETAE CORNV ABBATIS DOCTORIS ARTIVMQVE PROFESSORIS PERSECVTIONVM CHRISTIANARVM LIBER QVINTVS FINIT

DVLCINII BREVIARIVM LIBRI SEXTI.

Sextus liber in capitula.xxxv.& epistolas.xlix. diuiditur.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas: ab amicis admonitus: ne ab incœptis desisteret: orationē in sexto uolumine ad deum opt.max. habet.

Epistola prima. Pluribus peregrinis: ac nostris exemplis fortunæ mutabilitas demonstratur cum paucis de fratrum suorum laudibus: & elementorum uarietate. cxxxij

Epistola secunda. Probatur deos immortales sæpius mortalibus pestilentiam immittere ob cō missa facinora: docetq; terram esse orbis centrum: & in ea antipodas. cxxxij

Capitulum primum. Quod Federicus ab Innocentio pontifice quarto imperio depellitur: dein a Manfredo concubine filius necatur. cxxxiij

Epistola tertia. De dierum obseruatione apud maiores nostros: narranturq; Luculli: & Scipionis graues historiæ: & plura quæ uidit de urbe Roma conferuntur cum his quæ uidere Macedones cum Alexandro. cxxxiij

Capitulum secundum. Christiani Sultanum inuadunt: Lodouicus superatur: pontifex Cisalpinæ Galliæ tyrannos fugat: præterea Sultani mortem: & Venetorum: Genuensiumq; discordias continet. cxxxiiij

Epistola quarta. Mira q̄ adhuc sunt in Asiæ regionibus: de terra habitabili: quid dē Syene scribat Strabo & Auicenna: de equinoctiali: ad hæc: quid Marcus Venetus extra equinoctialem uiderit. eodem

Capitulū tertiū. Ab Lodouico rege Carolus in Vrbani pōtificis auxiliū missus: qui a Manfredo uexabat: itē de Alberti magni: & Thomæ Aquinatis cōtinētia & doctrina. eodē

Epistola quinta. Gymnosophystarum more aduersa æquo animo esse tolleranda: uerū Periclis: & aliorum fortium exemplo: in aduersis nonnunq; lachrymari licere innuit: inhibi argumenta physica de terræ rotunditate adducuntur. cxxxv.

Capitulum quartū. Clementis pontificis persecutio: conditiones a Clemente pontifice Carolo regi datæ: eiusdem aduersus Manfredum uictoria: ac post Clementis mortem sedi eodem tiones in urbe.

Epistola sexta. Vni soli deo spretis sortibus credendum affirmat: quod Alexander Molossorum rex minime fecit: cuius mors describitur: in fine epistolæ.x. esse cœlos concludit: quos ipse quintam essentiam arbitratur: purgatissimū uidelicet quippiam: & incorruptū nihil de elementorum fetulentia habens. eodem

Capitulū quintū. Gregorij pōtificis psecutio. Pauca de Gregorio pōtifice: ac de Venetoq; Bononiēsiūq; uectigalibus referūtur: nōnulla de Paleologo Cōstātinopolitano impatore: q; græcos a fide Christi deficiētes iterū cōiunxit: Gibellini florētes restituunt. eodē

Epistola septima. De fœlici Arabia: & q̄ Romani auctore Augusto expeditionem in Arabes habuere: & de spherarum cœlestium contrario motu. cxxxvi

Capitulum sextum. Breuiter mortem Innocentij pontificis explicat. cxxxvi

Epistola octaua. Rursus de moribus Arabum: & Nathabeorum: ac de motibus planetarum ab occidente in orientem. eodem

Capitulum septimū. Adrianus pontifex Rodulphū imperatorē in Italiā aduocat. eodem

Epistola nona. De Africæ regionibus: atq; de octaua sphera: ac quid sit aux. cxxxvij

Capitulum octauum. Ioannis pontificis Hispani stoliditas: & finis stoliditati conueniens narratur. eodem

Epistola decima. Varios esse hominum casus Hannibalis & Samnitum exemplo significat: in eadem de ortu planetarum. eodem

Capitulum nonum. Quantus fuerit Nicolai tertij pontificis animus: & iustitia: qui tamen nimis suos amando infamia notatus est. eodem

Epla undecima. Nō decere bonos milites semp uenatiōibus īdulgere. Sed Darij exemplo: cuius orationē ponit etiā eloquētiæ studere: atq; inibi de stellarū magnitudine. eodem

Capitulū decimū. A Martino sancto pōtifice Carolus suscipit: qui paulopost moritur. Vicecomites Turrianos Mediolano expellunt: Galli ꝑmiscue a Siculis trucidant. cxxxviij

Epistola duodecima. Fratrem Mithridatis orationē recitando: ad eloquentiæ studium hortatur: deinde quid sint Zodiacus & ecliptica declarat. cxxxviij

Capitulum. xi. Pandulphus Honorij frater uir miræ seueritatis fuit: Petrus Tarraconensis rex moritur: Pisani a Genuensibus uincuntur: multaq; alia: quæ post Honorij mortem in urbe acciderunt. cxxxix

Epistola. xij. Contione Agrippæ orientalium pater eloquentiam designat: ac de Romanorum potentia: atq; de duodecim signis Zodiaci tractatur. cxxxix

Capitulum. xij. Nicolao quarto pontifice Sultanus Ptholemaida: & multas Christianorū urbes occupat: in pontificijs comitijs inter cardinales dissensio. cxl

Epistola. xiij. Narratur pulchra Scytharum per legatos ad Alexandrū oratio: & quot gradus habeat quodlibet signum in zodiaco. cxl

Capitulum. xij. Celestinus uir bonus & simplex se pontificatu abdicat: in cuius locum suffectus est Benedictus. cxl

Epistola. xv. Continentiā esse seruandā admonet: ostēditq; multos nepharios hoīes muneribus deos ut corrūpāt plicitari. De tēplo Iouis olympici: de Phidiæ statua: de Cypsello de Hellea tellure: & quare animaliū nominibus signa sint uocitata fit mentio. cxli

Capitulum. xiij. Prodigia multa apparuere Bonifacio pontifici. Is iubileum instituit: post a Sarra Colonensi a se prius fugato capitur: & cogitur ad mortem: alborum & nigrorū nomina factionibus sunt imposita. cxlij

Epistola. xvi. Quod imperatores in rebus gerendis non semper eundem possunt seruare tenorem: & signorum proprietates per nomina describit. cxli

Capitulum. xv. Sanctitate Benedictus claruit: Philippum regem in gratiam accepit: Sarra columnensis perpetuo anathemate punitus. cxlij

Epistola. xvij. De consuetudine Gallorum nō imbrobanda: & de Babyloniorum moribus detestandis: deq; signorum natura/sexu/& diuersis appellationibus. cxlij

Capitulum. xvi. Sedes apostolica in Galliam a Clemente transfertur: multi ruinā muri contriti: Henricus ædita per Italiam ingenti strage se imperatorem Romanum facit. Roma factiones ad Vrsinos confugiunt. Vicecomites Mediolano potiuntur. cxlij

Epistola. xvij. Tales se debent imperatores pstare: quales uolūt milites esse: quod Alexander factitauit: insuper quid signa fixa cōmunia mobilia significent. cxlij

Capitulum. xvij. Ob Ioannis uarietatem a Lodouico Petrus ordinis minorum pontifex maximus designatur. cxliij

Epistola. xix. Quod Asiatico solo pstantius sit Italicū: & de ui septē planetarum. cxliij

Capitulū. xviij. Sinceritate Benedictus laudatur: a quo uicecomites uicarij cōstituti. Mastinus Scalæ plures urbes occupat. cxliij

Epistola. xx. Metaphoricos de Missis equis qui exellentes habentur: & de luna omnium significatrice. cxliij

Capitulum. xix. Clemens iubileum ut quinquagesimo quoq; anno fieret: sanxit. Nicolao ciue Romano res nouas moliente dira pestis Italiam uexauit. cxliij

Epistola. xxi. Didus historia & uis Mercurij narrantur. cxliij

Cplm. xx. Quid Innocētius pōtifex. qd Frāciscus Barocellus ciuis Romanꝰ egerint. cxliij

Epistola. xxij. Quod oracula in pleriscq; locis pauloante Christi aduentū consumpta sunt: atq; de Venere inferiora disponente. cxliij

Capitulū. xxi. Dū apud uicecomites Vrbanus legatione fungit: pōtifex est electus. cxliij

Epla xxiij. Qd delatores a recte uiuētibꝰ timeri nō debēt: q̄ solis potestas maxima. cxliij

Capitulum. xxij. Gregorius post septuagesimum annum a Gallia Romam pontificatum reportauit. cxliij

Epistola uigesimaquarta. De hominum generationibus: & Marte: & q̄ Masinissa rex fortunatus fuerit. cxlv

Capitulum. xxiij. In suffragijs de pontifice maximo aligendo: a quibusdam cardinalibus Vrbanus eligitur: a nōnullis Clemens: itaq; scisma fuit. cxlv

Epistola. xxv. Aristotelis libri laudant: De Apellicone Theio: & Iouis benignitate. cxlv

Capitulum. xxiiij. Galeacius Vicecomes Florentinos infestat: qui postea apparente comete mortuus est. Arma tractare Albericus cœpit: hinc Sfortiani & Brachiani: & Lodouicus Francisci filius laudatur. A Bonifacio pontifice sacerdotiorum annatæ constitutæ alborum sacerdos apparuit. cxlv

Epistola.xxvi.Romanoꝝ uictoria aduersus Antiochum: cuius notabilis timiditas ostenditur: & Saturni malignitas. cxlvi
Capitulum.xxv.Multæ ciuitates a uice comitibus deficiunt:Innocentius pontifex.xij.Romanos ad Lodouicum carnificem misit:a quo omnes sunt præcipitati. cxlvi
Epistola.xxvij.De mirabilibus fluminibus: & planetarum qualitate. cxlvi
Cpm.xxvi.Bellatrices gliscete scismate:Ladislaꝰ romã ingredit:& tyrãnidẽ exercet. cxlvij
Epistola.xxviij. Quod Amazones mulieres optimę bellatrices:& aliqua nõ illepide dicta de chiromantia.. cxlvij
Capitulum.xxvij.Alexander pontifex ob imensum liberalitatem inops factus de se iocabatur: Ladislaus regno indignus censetur. cxlvij
Epistola. xxix. Quid Strabo de Indorum legatis ad Augustum: rursus de quibusdam lineis in manu: & digitis. cxlvij
Capitulum.xxviij. Constantiæ concilium habetur:in quo Ioannes pontificatu priuatur:& Martinus Romanus uerus pontifex dicitur. cxlvij
Epistola.xxx.Exempla nouercarum: uictricorum:priuignorum qui se mutuo amarunt & cuius planetæ sint singuli digiti. cxlviij
Capitulum.xxix.Reconciliato Alphonso rege/ Martino pontifici maximo omnia scismata dissoluuntur: Brachius a Francisco Sforcia uincitur. cxlviij
Epistol.xxxi.Pauca admodũ de itinere Hierosolymitano:& de medij digiti lineis. cxlviij
Capitulum.xxx.De Eugenio:& Vitelisco patriarcha:ac pleraq; alia de Philippo Mediolani Duce:& Græcis:& concilio hoc capite scribuntur. cxlix
Epistola.xxxij. Quid Strabo: & Iosephus approbatissimi auctores de Ptholemaide inibi: de indice & natura Iouis. cxlix
Capitulum.xxxi.Multa quæ sunt laude digna:de Nicolao dicunt:Philippus interim decessit: ac Constantinopolis:& Pera a Furca capiuntur. cxlix.
Epistola.xxxij.Narrata quædam a Marco Veneto: & de linea uitæ cl
Capitulum.xxxij. Calistus aduersus Turcas expeditionem mouit: post aliqua a se gesta octogenarius perijt. cl
Epistola. xxxiij. Varia ab historicis excerpta: inter quæ de Philomene comædo: Ichthiophagis populis: Cornelio sacerdote: & de intellectu. cl
Capitulum.xxxiij.De Pio qui prius Aeneas pontifice sapientissimo & optimo. cli
Epistola. xxxv. Quod Popilius Romanorum legatus imperiosus in Antiochum extiterit: & de uirtute solis. cli
Capitulum.xxxiij.Pauli pontificis maximi facta:& pcipue in uiros doctos narrant. cli
Epistola.xxxvi.Hebreorum historia:& quomodo Venus homines disponat. cli
Capitulum.xxxv.Quod Sixtus pontifex omni laude dignus fuerit. clij
Epistola.xxxvij.Præcepta Philippi Macedonis ad Alexandrum filiũ quo pacto parari & tueri debeant regna:ac de Pyrrhi responso:& Mercurij natura meminit. clij
Capitulum. xxxv. De Innocentij uita pauca: reliqua alij litteris mandanda relinquuntur: cuius pontificatus nunc annus agitur octauus. clij
Epistola.xxxviij.Duæ probatissime mulieres Tiberij:& Hierionis Siciliæ regis. clij
Epistola.xxxix. inuidiam ubiq; regnare:& de phisonomia atq; ui Saturni. clij
Epistola.xl. De Prothei fabula: & Alexandro qui rapuit Helenam:ac de albo colore in facie cum Iouis dispositione. cliij
Epistola.xli. Secundum fabulam dein secundum historiam narrata de argonautis:& Hercule:inibi de Romulo ac capillatura ruffa & Marte. cliij
Epistola.xlij. Quid sit lingua:& quod inuidia alta petat & de uirtute solis. cliij
Epistola.xlij. Manaemi uatis prædictio de Herode futuro rege:& de Venere. cliij
Epistola.xliij. Hymenei historia scitu digna: & de Mercurio. cliij
Epistola.xlv.Prometheï fabula alegorica: cui adiungitur lunæ proprietas. cliij
Epistola.xlvi. Quod in agro Laudensi lapis de cœlo cecidit nõ paruæ magnitudinis. clv
Epistola.xlvij.In hac epistola Lodouicus Sforcia miræ laudatur. clv
Epistola.xlvij.De fœlicitate nuptiarũ Lodouici Sforciæ cũ pgnostico futuræ sobolis. clv
Episto.xlix.Scripturus maiora quæ Lodouico Sforciæ dicabuntur. clvi

BONIFACIVS SYMONETA CORNV ABBAS IN SEXTO VOLVMINE DEVM: VT FOELICIVS ASPIRET: ROGAT.

Omnipotens: amici quidam peroptimi: nõ sine nutu tuo: ut incæpto operi uigilãtius persisterem:iusserũt:ideo fœlicitate exhortantiũ permotus sextũ librum in uigore tui numinis inchoabo. Feris imitior: & alienus a ratione essem: si iustis ceberrimoꝝ uirorum ob maximas illoꝝ uirtutes non obsequerer. Tu igitur pater omnipotens omnium rerũ causa uniuersalis nobis semper secundus: qui uirtutes reintegras:actusq; dirigis: huic sexto labori:ut opus est propitiare. Tua ineffabili prouidentia ingenia da mihi incrementa: adde robur:ne recordatione malorum deficiam:tu qui omnia potes: miserere precor.

EPISTOLA PRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Lodouico amico fœlicitatem.

INfortunæ meæ naufragio an fuerim effœminatus:ut famuli aiũt: auide scisciaris: in rugas:in liuorem faciem nusq; imutaui:nec per questus aut ululatus fœmineos a uirilitate degenerauí:sed cũ fortuna magis sæuiret:cẽsuræ senioris Catonis crebro recordabar. Cato censuram petebat: & cõpetitores ambire/rogare/blandiri/conspicies mul titudinẽ: populumq; effrenum medico sæuero: & magna expurgatione indigere clamauit ideo ipsum nõ designarent:quoniam in censura moꝝ cum tot homines peccarent:esset inexorabilis:nec cuiq; uellet in tantis dehonestamentis gratificari. Cum core recẽtibus curis semper æstuaret: ac uitæ exitus foret anceps:ore omnibus arridebam: simillima ab æterno fieri:nihil esse in temporum serie tam firmum:quod inopinabili:aut repentino motu nõ infirmaretur:maiorum exempla cõtinue assciscebam:sic me & amicos spe futuroꝝ solabar. Horribilioribus infortunijs affectos recẽsendo regna/ duces/ familias euersas: cũ recordarer:dijs gratias agendo:quæ nunc nos Lodouico diui Francisci Sforciæ filio dictatore tegit fœlicitatem sperabam. Ataxerxes Persarũ rex centumquinq; & decem filioꝝ pater: cui nõ externi:non opes:non factiones:sed propria domus e natoꝝ coniuratione insidiata est:dolentius a suis prodi debuit tristari. Proditione detecta Dariũ primogenitũ: quẽ imperij heredem etiam uiuus fecerat:cum natis quinquaginta nothis:qui patrem una tollere coniurauerant: cum uxoribus: & liberis interfecit:ac ipse proximoꝝ funere: & cruoribus satiatus mœstus propediem obijt. Ocus e tribus Ataxerxis legitimis filijs ultimus hæres in se parẽ coniurationem ueritus regnum cognatorum/ ac principum strage funestatũ non sexui: nõ ætati parcẽs imanius cruentauit: & ipse pariter per hæc infortunia elapsus sine herede ocius decessit. Codomanus regie militiæ princeps regia stirpe a nullo externo:sed a semetipsa extirpata Persarum rex a populis ob res fœliciter gestas electus Darius est nũcupatus: qui educe iam orientis factus præses se numen fortunatissimũ existimans ab Alexandro Philippi sæpe superatus:& ab amicis proditus:necnõ ab eisdẽ traiectus Asiæ tot fœlicia regna quod erat inopinabile:& uitam amisit. Sysichambris huius Darij mater:quæ ante imperiũ filij octoginta fratrum eodem die per Ocum regem funera uiderat: & Darij iniquũ fatum æqua mente tulerat: post Alexandrum: eã qui loco matris habuerat:nõ uixit. Nam illo extincto rata se semper ad fletũs seruari mori statuit: quæ inuoluto capite a cibo se abstinens quinto die accepto de Alexandri morte nuncio extincta est. Alexander patre suo inter nuptiarum solennia interempto solo nomine semotas a se nationes terruit:cui cum omnia succederent: suis moriens infœlicitatem reliquit. Macedones a tanto duce destituti tumultuãtes in huiusmodi dissensionibus ob litteratis beneficijs Olympiã Alexandri matrẽ: Arideũ fratrẽ:filium:& oẽm sui principis stirpẽ:& tandẽ semetipsos:cũ iam reges essent: ciuilibus bellis occiderũt. Perseũ ultimũ e Macedonibus regẽ parcũ:arrogantẽ in triumpho Aemilij cũ filijs ductũ regno:& opibus destitutũ:mœstitia etiã in carcere defunctũ quidã sentiunt. Milites illius arrogãtia:& i ciuilitate turbati:atq; e custodia defatigati alternatim: ac subin de se pmutãtes ne dormiret:quoad sic expirauit:inuigilarunt. Pompeius Romanus dictator:& imperij Romani pfidiũ a senatu:& a regibus numinis loco salutatus i ciuilibus bellis a Cæsare cũ optimatibus Romanoꝝ fugatus:ac salutẽ querẽs:in sinu Aegipti cesus tã amplos census:tot regũ indignationes/tam sublime imperiũ: ac fortunam sibi solitã famulari

i

o

Cato censor

Ataxerxis

Codomanꝰ militiæ princeps.

Sysichambris Darij mater.

Perseus ultimus Macedoniæ Rex.

Pompeius dictator

amisit. Filij inde etiã conantibus amicis cruentiora bella instaurãtes sunt ad unum ferro infœlicius consumpti: Cæsar tantarũ nationũ Europæ/ Africæ/ Asiæ/ domitor orbis e suis pelis in senatu traiectus suo obitu ardentius ciuilia bella p Antoniũ & Octauium suscitauit.

Cæsar dictator

Antonius triumuir

Antonius consulatu functus hostis Romanorũ sua arrogantia iudicatus in conflictu consulum Galliam uersus ausugit. Tandem per amicos Octauio cõciliatus una cũ lepido interprete triumuiratũ exercuere: & urbem ꝓscriptionibus: q̃ nihil erat ĩmanius: polluerũt. Antonius e triumuiris unus Asianis prouincijs præerat: qui Cleopatræ amore insaniẽs sororẽ Octauij uenustissimã bellorũ fomentũ reiecit. Augustus nauali p̃lio hos amãtes uel potius amentes: cũ superasset. Antonius cũ Cleopatra fugiẽs ab amicis & regibus destitutus se in Alexandria cũ uxore necauit. Roma libatis ciuilibus certaminibus exhausta adeo defecerat: ut Augustus iposita mulcta Romanos cõtrahere coegerit. Lodouice Priami orientaliũ ac occidentaliũ heroũ: & tot externarũ gentiũ: uel nostri tpis tot uirorũ populationes: & interitus: cũ p̃merer: ut fortunę incertitudinẽ pferrẽ psuaserũt. Ad excelsa sublimare: excelsa infirmare: uel p̃cipitare: arrogantiã: supbiã gentiũ deprimere fortunæ ab æterno fuit experimentũ: perenne erit hoc officiũ: perennis erit hæc fortunæ uoluptas. Ex infidelitate hoĩm nihil est certũ: talia fieri affectamus: sic uulneramur: & ipsi cum regnare credimus ruẽtes a malis exaggeratis mala patimur: Fortuna militẽ militi: ciuẽ ciui: principẽ principi: artificẽ artifici: filios parẽtibus: magistratũ magistratui: cũ p inuidiã sibi inuicẽ detrahãt: uel insidias cõponãt oppositi. Nos ergo a tot infortunijs elapsi ĩ nostris ædibus suauissime redolẽtibus adhuc supstites: quia sol iã illuxerit: abiectis tenebris cunctis amicamur. Nos inq̃: quibus numina sua benignitate aspirãt: a quocũq; reatu insontes quõdã ꝓstrati modo ex inculpata opulẽtia: & alijs dotibus nullis cedimus. Ego Bonifacius Cornu abbas: cui diuus Lodouicus insubriũ pius & æquus dictator: & diuinitus usq; fauet: qui sim ex isto opere: & ex factiosis hoĩbus: quibus misereor: cognosces. Philippus Iacobus post me secundus Deucalione iustior: deisq; acceptior: utriusq; iuris auratus interpres: uates: & orator suauissimus: e sua pietate/ clẽmentia/ ciuilitate/ sapiẽtia/ maturitate/ consilijs inter insubres ut pater iurisconsultorũ passim decantat: ad cuius domũ: ad cuius consulta p̃stantissimi clientes: & quas ipse more philosophorũ spernit: & alijs elargit: coaceruate confluũt opes. Ioannes Antonius Bonifacij frater tertius a pueritia ex animi ingenuitate natiõibus: & dijs religiõe acceptus: sine fraude puidus/ disertus/ sine dolis uersutus: inter æquissimos ciues: & patriæ patres grauissimus in diuitijs Luculli: munificentiã cũ amicis & aduenis exercet: sic rite: sic inculpatæ quęcũq; agẽda: & seipsum moderat: ut a cunctis tũ maxime ab his qui equitatẽ optãt: ut prudentiæ: ut bonorũ morũ: ac misericordię pater salutat: & a finitimis quorũ cõmertia a nobis discreta sũt ut senator: ut censor uenerat: gratiã cuius eius fama cõcitati oẽs assciscere gestiũt. Hiacynthus iunior Martí: ac martialibus uexillis assuetus: quẽ in bellica strenuitate: in ardore: & robore milites Hectori assimilãt: cũ sit alter Hercules scilicet fortis & sapiẽs liberalitate/ humanitate/ atq; magnanimitate singulos: & hostes etiam astringit. Qui nõ e litteratura: nõe maiorũ stẽmate: aut q̃ ordines ducat: sed ense debellãdo supbit. Est mihi p̃terea inter sacras ỹgines unica uenerabilis Domicilia soror fucos: ac choreas: & nr̃æ dom⁹ delitias more Dianæ & cæterarũ sanctarũ aspernata. Quæ maioribus nostris florẽtibus: & quãdo nostrę ædes regijs poterãt æquiparari: proximis inuitis sublime coniugiũ renuens uestales adiuit quę sanctiores nostrę ætatis ỹgines (ut fert & experimur) lõge postponit. Lodouice clemẽtis: a quibus oĩa cõposita extãt: nihil est sua instabilitate incertius: ab ipsis: & astris: si illa fata noĩamus cõtinuo exagitamur. Elemẽta sunt quattuor: oĩm fex: & grauior terra: inde est aqua: q̃ nõ mota (ut lacunæ atteſtant) putrescit: inde aer: quo nihil est instabilius: cũ a septẽ planetis cõtinuo alteret. Ignis leuior nusq̃ descẽdens neq; senescit/ neq; putrescit: qui in infinitũ crescaret: si illi tale fomentũ dari posset. Horũ elementorũ uirtutes sunt in omni specie e quorũ contrarietate actione/ passione/ proportiones/ complexione resultãt: & hominis est perfectior: quã deus unicuiq; membro conuenientiorem dedit.

Fortunæ officiũ

Philippus Iacobus Bonifacij frater

Hiacynthus Bonifacij frater

Domicilia Bonifacij soror.

Elementa quattuor

EPISTOLA SECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/ Marco amico fœlicitatem.

Abramus p pr̃ iudeorũ

Estem raptim q̃ Papiã: ac p tres annos firmius irradicata Mediolanũ multasq; insubriũ ciuitates fere exhausit deorũ ultionẽ innumerabilibus exemplis reiectis si per Abramũ ita testificari p̃stat: dicemus esse. Abramus homo pius/ sapiens/ iustus/ be-

neficus/ gẽtibus & diuinitati gratus e frugibus inedia Aegyptũ de specie cõiugis suspicans adijt: cuius uxorẽ ut præsagierat/ rex audito decore sibi ad uenerea adduci iubet. Insaniam regis & incõtinentiã languoribus & pestilentiali cõtagione deus preuenit. Sacerdotes supplices patriæ cladibus/ sacrificijs occurrunt: inter litandũ de repentina lue deos interrogant. E peregrini uxoris uiolentia/ raptuq; deos esse cõcitatos: ad quod si pollueret/ immanius sæuituros respondet. Pharao respõsione numinũ territus congestis muneribus consortẽ Abramo ut Aegyptus ab interitu euaderet/ restituit. Aegyptij Moysem necare cũ cõspirarent: deus primogenitã Aegyptiorũ in unaquaq; specie die una peste absumit. In Oechalia Euritо dominante Hercules Iolem illius natam amauit: amicis/ precibusq; cõsumptis Ioles matrimonio frustratus damna multa inferens: Euriti equos in dedecus abegit. Iphiclus Herculem auctorẽ furti ratus: illius pascua dum exploraret/ a famulis uisus dominũ adire compellitur. Cum equos quærere fateret ut longius prospiceret/ cõscendere turrim iussus est. Illum in pascuis nihil se uidere profitentẽ æque ac calumniatorẽ e turri famuli subornati præcipitarunt. E tali p̃cipitio numina in Herculem cõcitata sunt: quẽ incurabili morbo quo nihil miserabilius erat intueri/ affecerunt. Pro salute rebus omnibus cõsumptis/ languore præualente Apollo consultus iusto precio Herculem debere uendi: ac precium Iphicli nepotibus dari: ut pristinã bonã ualitudinẽ cõsequi posset/ respõdit: Paruit sorti cum amicis in Asiam nauigans eo iubente ab uno comitum Hercules uendit: precio ad Iphicli natos misso conualuit. Omphale uirgo & Lydiæ regina hunc emerat: penes quam inclyta suæ strenuitatis indicia: exercitus: prædones regionẽ infestantes: tollendo gessit. Regina in cõpensationem fortunæ ac uirtutis bellatori libertate restituta ex eo etiam concepit. Marce poetę stolidis illudere uolentes solem occidentẽ oceanum ingredi: atq; equis in stabulis remissis quiescere fabulantur. Idiotæ perspicatiores occasum intuentes: si ibi cum curru sol quiesceret: mane quomodo posset oriri/ cœperunt sollertius ratiocinari. Ne tu erres/ terram in medio mundi illuminari scias: & ne qua pars terræ frustra sit: æqualibus motibus & horis sol in nocte antipodes in alia quartarũ terra morantes/ sicut in die nos/ illuminat. Noli tu cum idiotis quarere ne uersus cœlum cadant/ admirari: in ortu & occasu degentes: cum terra rotunda sit/ contrarijs uestigijs ut antipodes nobis ambulant. Tales inuicem oppositi in cœlum nõ cadunt: quia uersus cœlum moueri nõ est cadere: sed est (ut cõspicimus) ascendere. Omne graue a cœlo recedit: & ut de terra liquet: medium mundi cum nos cœlum ambiat/ appetit.

Euritus Hercules Iolem amauit Iphiclus

Omphale Lydiæ regina

Sol illuminat antipodes

INNOCENTII QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. I

Innocentius Genuensis Federico ante amicus in pontificatu imperatorem cõmouit: & cõgratulantibus de põtifice amicis inquit: Sinebaldum cardinalem ex amico optimo per pontificatum in hostem mutari suspicor. Innocẽtius cum Federico uolens cõfœderari: in ciuitate Castellorna ambo ad pacem conuenire/ per legatos statuunt. Innocentius Federicum insidias sibi molliri audiens: Genuensium nauigio in Gallias uelificans Lugduni concilio coacto litteris/ nuncijs/ precone ad se Federicum citat. Iurisconsulto misso moram sui aduẽtus ut aliqua callidítate illuderet/ exposcit. Sed fraudibus compertis imperio & regnis cõmuni consensu priuatur. Eo ex mulcta Lugduni ad concilium properante Parmenses exules urbem occupant: ideo remeans Parmam aliarũ ciuitatũ auxilio firmam obsedit. Pontificis legatus erumpens Federicũ incautum castris: impedimentis: thesauro ægre per medios hostes ad Cremonenses fugientẽ spoliat. Illum inde effœminatum inter mulieres & ephebos desidem uixisse ferunt. Põtifex cladi misertus soluto cõcilio christianos in Asianos: & Ludouicum Francię regem qui e morbo ita uouerat/ concitat. Tartari bipartito agmine qui Asiam & Europam inuaserant/ regis delectum turbauere. Grossani Arabicique Soldano impellente Hierosolymam mœnibus carentẽ: ac christianos ferro occupatos: & Christi sepulchrũ contumeliose euerterunt. Ideo pontifex talium insolentia exacerbatus Ludouicum ut in Asiam properaret/ sollertius admonet: qui Damahitam applicans Soldani classem successibus ouantem repulit. Federicus ciuitates Petri ad defectionẽ sollicitans/ a mollicie ad arma iterum cõsurgit. In Hetruria soli Florentini in tanta rerũ perplexitate pontifici tenacius inhæserunt: tamẽ uarijs erumnis afflicti Gelfos conciues ab urbe expellere coguntur. Quidam Federicum panormum cum iuisset/ illic obijsse: alij eum in Apulia iam conualescentẽ a Manfredo concubinæ filio compresso ore mori coactum præ-

Federicus imperator

Ludouicus rex Frãcię Hierosolyma euertit

Federici mors secundum aliquos

Manfredus patris fratris interfector

dicant: qui Manfredus fratrem Conradum hæredem ueneno etiam sustulit. Roberto comite Gallia trasciente Damahita nouarum copiarum applicatione capitur. Cum Gallorum ac Soldani exercitum amnis dirimeret: Robertum tranare uolentem Saraceni capiunt.

EPISTOLA TERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Cardinalibus fœlicitatem.

Romanos moribus ac æquitate orbem illustrare solitos/ ut fortunæ euentus explorarent: fastos nefastosq; dies accuratissime solenni expiatione ętannis recensuisse per sequentia exempla nõ ignoramus. Mithridates afflictus ad Tygranẽ cõfugerat: quẽ ut triumpho debitũ sibi dari Lucullus uictor exposcit. Tygranes Armeniæ rex legatis arrogans sua stoliditate belli procellas in regnũ asciuit. Lucullo Armeniam ingresso amnem opus erat tranare: milites squalidi: torpentes dies illos quondam romanis nefastos fuisse prædicantes armari uel trascere: quia Scipio cum Cymbris ea die cõgressus exercitũ romanũ perdiderat/detractauere. Expeditione lucẽ illam ut atram obseruandam censente: Lucullus armis nitentior mira hilaritate cõmilitones inquit: Auxilio deorũ sperate inclyta probitatis experimẽta hodie uidere: diem hunc ex atro fœlicissimũ ego Romanus faciam. Hismet auspicijs regẽ adortus uictor extitit. Scipionis africani in urbe ac in prouincijs eximia auctoritas cũ parta pace floreret/inuidiam exciuit: ideo tribuni plebis seditiosissimi de rebus gestis Africano diem dixerunt. Scipio disertissima oratione se a calumnijs expurgauit. Idcirco ad sequentẽ lucem cœptæ altercationes transferunt. Africanus magno amicorũ comitatu per mediã contionẽ statuta die ad rostra progressus cunctis silentibus inquit: Die tali de Hannibale & de pœnis me egregiam uictoriam cõsecutũ memini quirites: ideo post positis litibus hinc in Capitolium eundũ censeo: ut ex rebus fœlicissime gestis numini gratias agamus. Scipionẽ ad Capitolium & ad alia templa proficiscentẽ est contio unanimis secuta. Iudæi pascha: septimũ diem: septimũ annum: & multiplicãdo usq; ad quinquagesimũ septimos annos quã metam Iubileum appellant/adeo superstitiose coluerũt: ut cum obsessi nollent contra hostes Hierosolymã expugnantes: tunc se tueri a Ptholemæo filio Lagi: & a Pompeio dum litarent capti/grauẽ interitũ perpessi sint: quia quando exercitus a muris deturbandus fuerat/ipsi sacrificantes & deum inuocantes inter ipsa mystica nihil hostilitatem curantes ut pecudes cesi ruunt. Non secus ego exemplo maiorũ usus/quartã diem Februarij ut faustum meę peregrinationis monumentũ semper accuratius hymnis celebrabo: acta re diuina supplex urbem corde intuendo cœlestes ut fœlicius illi secundent/reiteratis sacrificijs ciebo. Agitur annus: & quarta dies etiã mihi uenerabilis illuxit: in qua sospes Romam adiui: deinceps celeberrimos Cardinales quos numina rebar/salutaui. Verba: maiestatem: seriem rerũ: apparatũ: & quæ poteram salutando/cõtemplabar: uidi ac didici mira probitatis exempla. Qui Macedones/deserta/harenas/oras adustas: monstra: reges per effusionem cruoris cõspicuos meæ peregrinationis pręponũt/sane excordes delyrant. Trecentorũ cubitorũ forte dracones: & paulominores cetos: cerchopithecos: elephantes: & agrestia multa: ipsi (fateor) uiderunt. Si iter: si eorũ bella cõpensamus: solitudines/hostesq; quandoq; imbelles: & bruta & agrestes crebrius q̃ hostes cõflixerũt. Alexander deuicta circa Gangem India ad mare Indicũ flumine secundo elapsus Nearco ut in sinum Arabicum nauigaret: ac insulas & gentes & uisa referret/iussit. Nearcus cũ longius uelificasset: a piscibus ut a monstris offensus expauit: Illi pisces quos Tinnos nominamus/permaximi: ac si cum nauigijs inuicem dimicare cõiurassent/occurrerunt: qui assidue reflantes ex aquarũ aspergine/ tantã caliginẽ cierunt: ut ante pedes mutuo cõspicere nõ possent. Experti beluas tubarũ sono & plausu arceri solitas Nearco stupenti sic instrependũ iuberet/psuasere. Hi cõmilitones sępe naufragi flatus: oppositos dracones: pelagi uoragines: & certando uulnera perpessi de sua peregrinatione cum rege ambitioso: & amicis semper cõmẽta addendo studuere gloriari. Ego Bonifacius pręmissis hilarius possum lętari: plures philosophos: reges: heroas in mense Februarij Romæ q̃ ipsi decennio cõspexerint/uidi. Comites Alexandri atria uestibulaq; & etiã altissima mœnia: amnes: maria: stagna crebrius tela: uulnera cõtemplari/ uulgaricq; & cum plębe poterant iocundari: ego sublimium uirorũ quos numina arbitrabar comertia habuisse/eos alloqui potuisse: semp cum nihil sit prestantius gloriabor. Indos philosophos bragmanas: germanos nuncupatos brutis persimiles magno cum stupore Macedones mirabantur. In India bragmanę philosophantur: qui in luco ante urbem in quodam circumitu

Lucullus romanorũ imperator

Scipio Africanus

Iudæorũ obseruatio

Macedonum peregrinatio

Dracones

Cercopitheci

Cetę maximi

Nearcus socius Alexãdri

Indi philosophi

Bragmanæ

circa tolerantiam exercent. Hi pellibus consternunt: grauitati semper intenti a uenere/animalibusq; & reliquis inquinamentis abstinent. Venientibus ad eos perhumane communicant: sed auditoribus neq; loqui nec sternutare/minusq; excreare licet. Vitam hominum est conceptũ/mortem ꝯo natiuitatẽ dicunt. Obitum natiuitatẽ autumant: quoniam per ipsum ad illam fœlicitatẽ itur: quam recte philosophantes habituri sunt. De bono uel malo hi philosophi neq; gaudent: neq; tristioribus liuent: nihil magis q̃ somniorum imaginibus: licet omnia confundant/ateranturq;. Vbi per septem & triginta annos tam contracte uixerunt: ad suos lares lasciuius uiuẽtes remeant. Postea in domo syndone amictunt: manus & aures auro cõponunt: carnibus animalium uescũ: uxorẽ prolis gratia accipere possunt. Alia secta quam germanã appellant/in siluis arborũ corticibus induti stabulant: radices/folia/fructus edentes: uinum & uenerem abdicant: ideo inter eos fœminæ simili rigore philosophantur. Reges per internuncios de archanis regni ut deos consulunt. Constantiam & tolerantiam hi omnes prædicant: quas uirtutes resupini solem & imbres ferendo exercent: in uno pede & baculo morant: nec nisi fessi uestigia permutant. Ex his Sophistæ quidam dicunt/uocantes negligunt ad se eundum aiunt. Nudi cõtinentiam persuadentes: telluri uel lapidibus incumbentes meridie omnium admiratione incedunt: q̃ hi philosophi e tantis feruoribus nõ adurantur: aut diuinũ aut impossibile existimatur. Apud tales turpissimũ est morbos tolerare: si quis horum languore excruciari ueretur: constructa pyra inunctus super eam sedet: quam incendi iubet sic immobilis & uiuus comburit. Tales hirsutos humore melancolico afflatos tam grauia pati solitus macedones errantes stupebant. Ego peregrinus fœliciores oras indagatus non mortales efferatos: uerum heroas probitate cœlestibus æquandos consuetui maiestate: uirtute: prouidẽtia: facundia: grauitate: religione memorandos modestos/ graues: prudentes: temporũ oportunitate maturissime utentes animi maximi: ueritatis ita amicos ut nec ioco soleant mentiri. Ita cõtinentes: ita clæmentes: ut stolidorũ & uulgi: atq; peccatorũ omnium latratũ: & probra æqua mente ferant. Qui oppressos: uiduas: pauperes pupillos: atq; desperatos solantur: quos etiã largitatibus & adminiculis assidue fouẽt. Nec Epimenides sapientia & æui prolixitate clarus: tot qui monumenta lucubrauit: qui centesimo & quinquagesimo septimo: uel (ut alij uolunt) ducẽtis & nonagintanouem annis uixit: alicui e tam inclytissimo cœtu est æquiparandus. Xenocratis philosophi excellentiã quondam mirabant uiuentes: cũ tot modo in urbe Xenocrates sint/ multo mirabilius est stupendum. Xenocrates inter austeros primus habitu & ore seuero semper incessit. Cum ex Academia ad urbem proficiscerent: tanta erat illius philosophi expectatio: ut omnes tam probi q̃ impudici quadam ueneratione eius transitum obseruarent. Phyrne nobile scortum in illius cella clam ut illius cõtinentiam temptaret: intromissa se nõ a uiro/ sed a statua reuertisse fassa est. Postea cum Lays sollertior meretrix introducta circa illius uirilia impudentius lasciuiret ne uoluptati succumberet: obscœna membra inurere temptauit: quæ ne secaret/uix beniuoli prohibuere. Circumspectissimi Cardinales animalia quocunq; motu scilicet uolatu: natatione: gressu gratia alicuius mouent atq; mouent. Animalia itaq; fantasiam: electionem: uoluptatem: cõcupiscentiam: appetitum & intellectum habent. Intellectus tantam uirtutem ac maiestatẽ quas iterum uidebo/ me semper reiterare urget. Et si labor humiditates liquefaciendo somnum inducat: exiccet: atq; senescat: nihilominus mihi labor iste uigilias: iuuentutem & scientiam præstabit: somno quo uos intueor atq; mirifice contemplor/ dicor impingue scere. Nec Bonifacij somnia ut melancolicorũ horrida sunt. Melancolici febricitantes & uinolenti homines monstruosa somnia uident.

Vita conceptus

Mors natiuitas

Germana secta

Sophistę philosophi

Mortem plus q̃ morbos uolunt

Viui comburuntur

Epimenides longo tpe uixit

Xenocrates austerus philosophus

Phyrne scortum

Lays

Motus animalium

Labor

Somnia horrida

Melancolici qualia somniant

ALEXANDRI QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. II.

Alexander natione campanus Manfredum qui a nucera accersitis Saracenis ecclesiæ copias presserat: ne in sedem Petri amplius moliretur/admonet. Christiani & si Soldanũ urgerent: ac Nili partem comeatibus aptam occupassent: languoribus & contagione tamen interibant. Ludouicus ne in castris per inediam premeretur cum Damahitam repeteret/superatus cum multis capit: & Soldanus eo tũc a suis uulneratus obijt. Suffectus imperij tranquillitate contentus: Damahita adepta/ac pro captiuis mercede recepta ducẽtos incolumes Ptholomaida remisit. Ludouicus quibusdã opidis restauratis sexto expeditionis anno in patriam uenit. Manfredus Saracenis suis adiunctis gibilinos contra

Ludouicus supat

Manfredus saracenorũ fautor

gelfos fuſcitando: & exercitus Romanos fugando Alexandrum tum maxime conſurationibus ſæpe uexauit. Pontifex interim Brixiam ut extorres gelfos reciperet: & eccleſiæ partes ſequeretur/legatos miſit: cum Placentini & Cremonenſes illius auctoritatem ſequerentur. Vbertus pallauicinus gibilinis adiuuantibus inter talia dominium occupauit. Pontifex

Vbertus pallauicinus

tyrannis Ciſalpinæ oræ fugatis ciuitates in fœdus & amicitiam ſibi adiunxit. Ea oportunitate lætus belli uim in Aſiam cum transferre niteretur: Venetorum ac Genuenſi ortę diſcordiæ Alexandri conſilia hac ratione irritarunt. Ptholomaidam Tyrumq; urbes admodũ potentes cũ Chriſtiani mercatores ut Genuenſes: Piſani: Veneti incolerent: utraq; ciuitas monaſterium ſancti Sabbæ ſibi uindicare ſtuduit. Genuenſes dolo monaſterium preſidijs muniunt: Veneti fraude indignati cum Manfredo rege Siciliæ inito fœdere contra Genuenſes armantur: & eorũ incenſa claſſe monaſterium ſancti Sabbæ eo impetu captum euertunt:

Veneto; ac genuenſiũ diſcordiæ

Mercatores Monaſterium ſancti Sabbæ

Genuenſes impetuoſius bellum infauſtum reſtaurãtes a Venetis Piſaniſq; una iunctis miſera pernicie bonis direptis ædificijs in Ptholomaide demolitis ſternuntur.

EPISTOLA QVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

Palmarũ exuberãtia

Ordeum

Dactili

palmarũ

Nuclei p carbonib; Borpſipa

Veſperiliones magni

Aequinoctialis habitatio

Syene ciuitas

Ethiopes

Sub equinoctiali aer optimus

Aeſtates duę & hyemes ſub tropicis

Marcus Venetus

E quibuſdã Perſicis ſpectaculis multa diu audita rebus bas: ſi es fobrius/aduerte: de Perſicis ſpectaculis ſtupentius quæ iterum extant/memorabo. In Suſia atq; plurimũ in Perſia: Carmania: ac in ea regione Babylonia quę appellatur: cum palmę mirę frugalitatis exuberent/cæteroq; lignorum ad uſum eſt inopia. In Babylonia ordei modius tercentos gignit: & ex palma cum omnia eſui decentia eliciant: alio ſemine ibi non indigent. E dactilis palmarũ panem: mel: uinum: acetum: & multa alia ad uictum deducũt. Fabri nucleis palmarum pro carbonibus utuntur: qui etiam nuclei in aqua macerati bobus ac ouibus pro pabulo ſatiſſaciunt. In plaga Babylonię eſt locus: & quondam Borpſipa nomine ciuitas in qua regione ueſpertiliones reliquis maiores ut amœniſſimi conuiuijs quę runtur. In ea ciuitate cum ueſpertiliones inter reliqua obſonia præſtent: nihil auidius eo ferculo appetunt. Ludouice ubi hæc mira fueris contemplatus: æquinoctialem circulum conſulo adeundum. Ex æſtu furente æquinoctialem non habitari: & ultra quidam delyrantes aiunt: Cum nos niſi unam quartam in ſeptem clymatibus diſcretam deſertis maribus exeſſam inhabitemus: fruſtra deus aliam magnitudinẽ & ſic tres alias quartas niſi habitarentur creaſſet. Dicit Strabo Syenem ciuitatẽ in limine Aegypti ſub tropico cancri eſſe: quã ęthiopes inter illum circulum & æquinoctialem habitantes: euerſis Octauij cęſaris imaginibus popularunt. Hos æthiopes æquinoctiali appropinquantes: ideoq; Romanũ imperium: & Cæſarem ignorantes exercitus Auguſti ægyptum cuſtodiens perdomuit. Legatus Auguſti hos æthiopes fuſos cum inſectari non toleraret/pace illexit. Sub æquinoctiali Auicenna teſte/eſt aer optimus: minus alterabilis: & eſt regio tẽperatiſſima: maxime quia dies & noctes ſemper duodecim horarum ſunt. Habitantibus intra circulum cancri & capricorni/ſol bis in anno tranſit ſuper capita ipſorum: ideo duas habent æſtates: & duas hyemes ſingulis annis. Marcus Venetus multa expertus ad quartam ultra æquinoctialem aliquantulum nauigauit: in his locis littorales aliquos homines hyrſutos & eorum pecudes lanam rudem ut ſetæ porcorum denſam habentes uidit: ſimul quædam grandiora ſydera q̃ noſtra ſint/circa illum polum antarticum annotauit. Præterea cum ſol circa quintam & decimam diem ſeptembris ad illam quartam declinat: illis uer & æſtatem: nobis ẏo hyemem e ſua elongatione facit: ergo certũ eſt ibidem aialia ne otioſum iter ſolis ſit/habitare. In ſexto & ſeptimo clymate ſol ſe remouẽdo ut plantis & aialibus ex intẽperie frigoris mortẽ/ſic illis uitã infert.

VRBANI QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. III

Vbertus pallauicinus

Rbanus in Manfredum inſolentiorẽ a Gallia militem eduxit: a quo delectu Manfredus territus duces in hethruriam ad gelfos euertendos miſſos reuocauit: unde gelfi & magis Florẽtini in quos gibilini cõiuraverant/ ab infortunijs reſpirarunt. Vberto pallauicino in Gallia ciſalpina gibilinos gelfis depreſſis fouente Mutinenſes & Regienſes gibilinos a ciuitatibus deturbantes bonis exulibus: gelfis: florentinis cõceſſis/pontifici adhæſere. Rebus ita nutantibus pontifex populos unire: agrum picenũ deficere: aſpirantem retinere: Romanos cõciliare ſtuduit. Sed romani magiſtratus ad ſui libidinem ima

partientes Brancha leonem Bononienſem ad munus ſenatorium accitum incarcerarunt: quẽ Bononienſibus hoſpites Romanos ſic afficientibus/remiſſum in magiſtratu cõfirmarunt.

Carolus a rege miſſus eſt

Vrbanus a Manfredo/a Romanis uexatus: a Ludouico Francię rege ut comitem Carolum conſobrinum ac generũ ſuum cum copijs in Italiam mitteret/petijt: ac in præmium laboris & impenſæ Manfredo pulſo Siciliæ citra & ultra Pharum regnum ſe illi daturum ſpondet: quo re infecta defuncto ſucceſſor ſponſionibus ſatiſfecit. Diuus Albertus theutonicus ordinis prædicatorum frater inter has ambages floruit. Ipſe noſtrum ſydus ſapientum pater in phiſicis: in mathematicis ſcientijs elimatiſſima uolumina lucubrauit. Tanti præclariſſimi uiri codices e diuerſis oris & gentibus per me Bonifacium congeſtis aljs laboribus & impenſę parcentibus Bibliothecam meam decorarunt. Albertus homo celebs ſtudia nunq; intermittens lectionibus maluit uacare: q̃ Ratiſponenſi epiſcopatui rixis & armis ſolito teneri præeſſe. Memorabile eſt cõtinentiæ ac inextinguibile ambitionis exemplum epiſcopatum ultro oblatum: quẽ ſubornatione/uenenis/cõiuratione/pecunia/pollicitationibus/periurijs rapere homines affectant: uir cõtinens abnuit: quoniam niſi tumultu & rixis (ut quandoq; in Germania fit) gubernari non poterat. Vir iſte ſanctiſſimus magiſtratuũ neglector quiete contentus Coloniæ cum profiteretur octogeſimũ annum adimpleuit: ad eruditionẽ: ad leporem cuius a regionibus ſemotis diſcipulis ut ad oraculum confluentibus diuus Thomas ſanctitatis/uirtutiſq; ſpecimẽ effluxit. Quantũ Thomas almus excelluerit: referre quod eſt arduũ/omittam: uberius eñ mundus illius ſcientia/q̃ culta prata irrigatione aſſidua uirent.

Carolus a rege miſſus eſt

Diuus Albertus

EPISTOLA QVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Alouiſio Cernuſcio artium ac medicinæ aurato interpreti fœlicitatem.

Pericles atheniẽſis

Parallus

Alexãder de hoſte fleuit

Cæſar Pompeiũ fleuit

Romę fortuna magis q̃ ſcientia dominatur

I N rebus aduerſis ſi nimium ſæueros Indos philoſophos uolumus imitari: cũ decore illachrymamus/ipſi Melancolici ut lapides inexorabiles nec plus a rebus ſecundis uel a diſpẽdijs q̃ ab imaginibus ſomniorũ mouentur. Nos alij humanius agentes: qui ab Indis humanitate differimus: ex amicoq; fato lamentamur. Tu ergo ſi ſqualidus in abdito atratis ueſtibus extinctũ amicũ luges/nõ miror: hoies magnanimi huiſmodi licięi ſi mollicies eſt/cedunt: ut de Pericle hiſtoriæ promũt. Peſtis Athenas exinaniuerat: Pericles tamen infractus urbi ſollertiſſime conſuluit. Xanthipus Periclis filius/ſororq; & amici necnon affines in rebus ſuis & reipublicę ſollertes plurimi defecerũt. Pericles e tantis funeſtationibus nihil immutatus nec flere nec funeribus intereſſe uoluit: aut quicq̃ quod magnanimitatẽ deturparet/egit. Tandem Parallo e legitimis ultimo orbatus funus inſequens diu grauitatẽ & conſtantiam ſolito more tenuit: uerum expugnatus efferato dolori cedens edito plangore cõqueſtus dolentius aljs infremuit. Alexandrũ inuictum magnanimumq; nedum amicos/ſed hoſtes fleuiſſe conſtat. Dario fuſo cum matrem: uxorem: natos: filias: & omnẽ Darij familiã captiuaſſet: e tantis calamitatibus hoſtem miſeratus illachrymauit. Cæſar hoſtis Pompei uiſo capite cum hominẽ tantæ uirtutis ac prudentiæ fato tam immaniter ceſſiſſe animaduertiſſet: largo fletu utriuſq; maieſtatẽ decorauit. Si hoſtes obitu inimicorũ dolent: at nos de celeberrimo Cardinali modulabimur? Cardinalẽ qui me tot oſculis tot amplexibus: ac tanta comitate te aſtante ſuſcepit (ut par eſt) udis oculis doleo defunctũ. Si Romę (ut aiunt) fortuna magis q̃ ſcientia dominat: te illius comercio & honore & ampla mercede deſtitutum doleo. Non arrogantẽ: non ſtolidum: nõ inficiatorẽ dominũ/ſed cõmenſalem & comitem: & ut ueriora profitear/ex intimis proximũ amiſiſti. Ipſe auratus & legum cõſumatiſſimus interpres non te ęque ac adulatorẽ: ſcurram: ſaltatorẽ: citharœdum coluit: ſed tua uirtute illectus Alouiſium ut affinem/ut nume ueneratus eſt. Amice exquo omnes a fatis turbamur: more Indorũ quando q; fata æquo animo ferenda conſulo: per lachrymas per eiulatus nec nobis nec amicis medemur. Opulentiam meam quam tu preſens in naufragio noſtro diripi uidiſti: nunc quoq; diripi uel exeſam forte arbitraris: ſi ut nihil expoſcas/talia imaginaris: amice (deos teſtor) certe falleris: & ꝙ nõ mentiar/apparatũ meum nulli inferiorem & amplum Romæ es conſpicatus. Quo apparatu ego aduena peregrinos admiterem: equos etiã & famulatũ uidiſti. In tam effuſiſſima impenſa neminẽ decepi: nihil prorſus mutuo accæpi: creditores nullos in urbe uel alibi/debitores ẏo ubiq; dimiſi. Quoad in portu uela dirigas/ad occurrẽtia onera ſunt mihi ſcrinia auro referta. Si meis fortunis uolue

ris familiarissime uti: Alouisium e penetralibus cordis Bonifacio dicã amicari. Alouisi non ignoras terram esse rotundam: & signũ est: quia stellæ citius orientalibus q̃ occidentalibus ob rotunditatem intermediam oriuntur. Si terræ tumor in planiciem cõmutari posset: æque cito occidentales sicut orientales ortum astrorum uiderent. Tellus cum sit in medio elementorum: & sic etiam cœlorũ & magnę sit quantitatis: & ideo plana uideatur: tamen respectu firmamenti nihil uel pontus est. Et ideo quia nõ facit quoad cœlum quantitatẽ sex signa: & sic medietas cœli semper uidetur: orbis & alia medietas fere occultatur. Ipsa ergo ut põtus æqualiter a cœlo distat: & lineæ a centro eius ad speras deductæ sunt omnes ęquales. Quia de ea satis in alijs eplis diximus: ab ea ad cœlos aliquid de eorũ uirtute dicẽdo ꝓsiliamus.

Terra rotunda

CLEMENTIS QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. IIII

Læmens uir sanctus Carolum ab Vrbano accitum triginta triremibus a Massilia Romam Tyberi amne ingressum absens per Cardinales missos Hierusalem ac Siciliæ regem hac conditione discreuit: scilicet ut quotannis quadraginta millia aureorum ecclesiæ Romanæ nomine feudi persolueret: & imperium Romanũ etiam ultro ob latum non acciperet. Carolus a Cardinalibus concitatus Manfredum finitima populantem aggreditur. Carolus in adhortatione militum equo consternitur: quod infortunium Manfredo spem uictoriæ attribuit: idcirco temerarius cum certaret/pene uictor interficitur. Carolo uictori opida & ante omnia hostilia deduntur: qui gelfis exulibus passim distractis redditum concessit. Vtraq; Sicilia præter Nuceriam potitus cum Saracenis ibi degentibus: ut suis Legibus uiuerent/pepegit: ac in urbe pontificis mandato munus senatoriũ gessit. Clementis obitu in ciuitate/nec minus inter cardinales de nouo pontifice creando tanta seditio suborta est: ut biennio sedes apostolica uacauerit.

c

Carolus rex

Nuceria a Saracenis tenebatur

EPISTOLA SEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

Iuis peregrinari: te numinibus & omnipotenti quotidie supplex cõmitte: cætera superstitiones terrentes ut irritas nõ a bono fonte scaturientes omitte: eo enim loco in quo nõ arbitraris cum sæpe fatum sit imutabile/morieris. Omnino caue: ne ut Hannibal & Alexander a dæmonibus uel ab alijs sortibus decipiaris. Alexander Molossorum rex Alexandro Philippi cum orientẽ debellaret: æmulus aduersus Brutios & Lucanos a Tarentinis accersitus expeditionẽ duxit. Externis populis & longinquæ militiæ fatis territus hac ratiõe annuit: de leto regis p legatos percuntans ab oraculo dodoneo Acherontem Pandosiamq; caueret/audierat. In Tesprotio Epyri agro similis denominatio est: regnum sibi insidiosum ratus spe laudis & prolixioris uitæ accensus Italiam delectu adijt. A Cossentia nõ longe Pandosia propugnaculũ erat: tractum cuius Acheron amnis abluebat. Alexander Brutijs & Lucanis fœliciſſime expugnatis: ac urbibus hostiũ deditione potitus: cum metapontinis: rutulis & romanis amicitiam firmauit. Brutij & Lucani sollertius finitima auxilia cogentes: regem tot successibus ouantẽ iuxta Pandosiam urbem in transitu Acherontis cũ toto exercitu perimunt. Ludouice cœlos alio nomine quinta essentia nuncupatos per motũ obseruatos: qui se ut cepe cõtinent: decẽ q̃ uis theologi numerũ augeant/esse dicimus. Theologorũ opiniones uisu aut motu incõprehensibiles clarioribus intenti/omittamus. Si corpora simplicia inuisibilia esse/& cœlos simpliciores cõprehendi nõ posse diceres: q̃ omne corpus inquantũ corpus colore participet/nõ est forte otiosum affirmare.

f

Alexãder Molossorum rex

Pandosia propugnaculum

Cœlorum numerus

GREGORII VNDECIMI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. V

Regorius Placentinus Venetos: Genuenses inuicem certantes: & Italiæ nationes ad quinquennium ut cum Philippo rege Francorũ in Saracenos uelificarent/seduxit. Ne quis in sinu Adriatico nisi pro mercibus soluto portorio Venetias naviga ret: Venetis constituentibus pontifex commotus est. Ex uectigalibus cum Bononienses & Veneti dimicarent Anconitani pontificem ne noua uectigalia imponantur: suum esse inhibere admonent: ac Venetos sic Adriani maris dominium assciscere querunt. Gregorio ex actionum abstinentiam Venetis iubente pontificem cognitionẽ non planam habere: sed si rem percipere: quod meliora sentiret/respõderunt: Palleologus Constantinopolitanus imperator Lugduni concilio interfuit: & Græcos tertiodecimo conatu qui ab ecclesia Romana defecerant/iterum coniunxit. Gregorius ante Lugdunensem prefectum gibilinos ciues

g

Vectigalia uenetorum

Florentiæ restituit: & uix aberat q̃ iterato a Florentinis spreto interdicto ejciuntur: Bononienses multas gibilinæ factionis familias etiam contumelioſius eliminarunt.

EPISTOLA SEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

Rabia fœlix an a te & a comitatu adeunda sit/cupis admoneri. Iter Arabicũ hare-
a nosum ęstuosumq; & serpẽtibus refertũ: & si uiri ardua superẽt/dissuadeo. Aquę in ea regione paucæ nec nisi incolis notæ: ob intemperiem caloris plurimos adue
nas necant. Alexander crebro simillima discrimina expertus p Gedrosiam prouinciã propter deserta fere inaccessam ab aquis semp castra longe tetendit: in ęstibus potum auidiorẽ exercitũ perimere aduertit. Si hoc tamẽ aridum iter uolueris experiri anteq̃ ad Arabiam fœlicem peruenias: tu mollis solitudines uix sustinebis: postea in ea fœlicitate nisi medicamẽtis fueris munitus: odoribus inassuetis male afficieris. Augustus Arabes ditissimos audiẽs in Aegypto cum cohortibus Gallo moranti mandauit/ut eos imperio conciliaret: si nolent/præcepit ut inuitos subigeret. Arabes (ut fertur) continuo hac ratione sic ditantur: aromata cum auro/gemmisq; nunq̃ aliud dantes permutant: e qua permutatiõe indies opulentiores fiunt. Augustus ergo ut diuites amicos haberet uel ut diuitibus imperaret: Gallo ut cum eis congrederẽ/imperauit. Gallus regionis ignarus a Silleo nathabeorũ legato cuius consilio utebatur: deceptus maximas incõmoditates & militũ iacturam passus est. Silleus Galli classem per auia sterilia/importuosaq; loca duxit: a cautibus: stagnis cenosis: refluxibus maris ratibus illisis uix euasit: nauigio quassato morbis/naufragijsq; expeditio attrita sex mensiũ labore ad Arabes diuites uenit: nõ bellatores/sed caupones aut mercatores fugæ nõ prælijs se cõmittentes comperit. Reges nõnulli imbelles ciuitates fortunæ reliquerunt: cum ad arma quidam se composuissent: decem millia Arabum uno milite Romano interfecto cecidere
runt. Ad pugnam imperitissimi arcu: lancea: gladio: funda: ac bipennibus frustra in aciem prodeunt. Gallus cum hostes fugerent: multis perdomitis in Aegyptũ exeso penuria nõ aute
m ferro exercitu reuersus est. In omnibus prælijs tm̃ septem amisit: reliquos frequentes fame: labore: morbis: itinerũ difficultate milites amisit. In Arabia fœlici ut in Nabathea & Sabeorum regione homines aromatibus exuberãt: quibus ꝓlinis utuntur. Suppellectilem ex auro/argentoq; domos & sumptuosissimas: & uestibula & parietes: & quandoq; tecta ex ebore: argento: auro: marmore incrustata habent. Ludouice hæ decem aut plures premissę speræ cõtrarijs motibus (aduerte) mouentur. Quo ad istos ultimũ cœlum ab oriente per medium cœli & occidente semper ad ortum rediẽs infra diem & noctem: circa terrã semel alijs orbibus cõtranitentibus mouetur: & sic motu suo inferiores cœlos quos continet/rapere dicitur. Alij inferiores cœli omnes in oppositum: scilicet ab occidente in orientẽ mouent. Et nota Ludouice q̃ rudes tibi persimiles iudicant oppositũ: scilicet solem & lunam in orientẽ quotidie ascendentes existimant ex ea parte non trahi/sed a seipsis ita moueri. Omnes planetæ superiori speræ cõtra nituntur: & tamen infra diem & noctem circa terram ab ipsa ita (ut diximus) ducunt. Speræ tales ꝓprio motu ab occidente in orientẽ rotant: & ita duplici motu uel pluribus agunt: ut si quis p amnẽ descẽdente naui ipse sursum inaduersum gradetur/descẽderet: quia ita nauis secũdo amne labit: & ꝓprijs uestigijs tm̃ in eam ascẽderet.

i

Arabes

Arabiæ pars

Palmares

serpentes

Sabea regio

Nabathea

Arabicũ iter

Alexãdri castra

Augustus in arabes

Silleus

Arabs

Decẽ millia arabũ cadente uno Romano interfecti sunt.

Nabathea

Sabea

Supellectilis aurea

Cœli motus

INNOCENTII QVINTI PONTIFICIS BREVITAS VITE. CA. VI

Nnocentius natione Belga (qui nunc Burgundij dicuntur) uir gentibus & deo gratus effectu qui maturitate Venetos & Genuenses & Italiam perenni pace ut unanimes forent/conciliare studuerat: mense pontificatus sexto decessit.

Belgi burgundi

EPISTOLA OCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

Vod de Arabibus cõtracte scripserim: sub inuolucris uerborũ caute conquereris
q contracte scripsi: quia indies mores & situs gentium mutantur: qui si ut ante persistunt: Arabum multas consuetudines aduerte. Fœliciſſima Sabeorum tellus magno ambitu diffundit. Ibi thus: mirra: cinamomũ: & in quibusdã locis balsamũ: nardum: & plurima suauissima ut Cassia etiã in lacubus nascunt. Hæ nationes e fructuũ mirabili incremento otiose segnes delitijs immersæ mulieribus & tripudijs intendunt: cinamomũ & odoramenta sæpe urunt. Hi populi a palmaribus serpẽtibus colere puniceis ad ilia usq; ꝓsilientibus: cum a ueneno talium nulla medela curari queãt/exanimant. Sabea regio Nabateam

continet: & ambæ aromatiferæ uocantur: ibi artes non uariantur: filius in paternis institutis semper residet. Consanguineorũ bona sunt cõmunia: inter quos maior natu dominat. Ille qui prior thalamũ ingredit/ante ianuam baculum locat: ideo una uxor sepe multis in compressione satisfacit: quæ tamen cum natu grandiore continuo pernoctat. Matribus & soroꝛibus cõmisceri in eo genere non est stuprum uel adulterari. In aliena stirpe esset quis adulter: ac e delicto capite plecti solet. In his regionibus regem natam & quindecim filios illam ardentes habuisse tradunt. Cum fratres sororem assiduitate introeundi nimis lassarent: ipsa hoc cauillo compressoꝛibus illusit: egredientibus Germanis cum quiescere uellet: cõfestim baculum persimilem exponebat. E fratribus unus cum reliquos in foro dimisisset: mentitũ baculum sororis offendit: quã cum aduenis fornicari suspicatus patrẽ ad supplicium sororis accersit: ad eam ut adulterũ cõprehenderent ingressi: fallacia illudentis comperta illam falso criminari risere. Nabatei in sua natione opes iminuẽtes probris illatis publice mulctant: at opulentiam augentes honoꝛibus sublimant. Rex talium miro apparatu in poculis aureis cum amicis sæpe conuiuat: qui adeo popularis est: ut ipse quandoq; cæteris ministret. Vꝛbes fossis & aggeꝛibus/muriscq; uacant: e solitudinibus aquis expertibus tuti in perenni pace degunt. Nabatea in omnibus nisi in oleo & equis feracissima est. Loco oliui ut multę alię regiones oleo sexamino & camelis pro equis utuntur. Hominũ cadauera stercore abiectio ris putant: quę & regum q̃uis sint illa in sterquilinijs defodiunt. Hæ nationes finitimis desertis tutæ reges tyrannosq; & externos potentatus contemnunt: idcirco cum nihil sit effœminatius propter deserta eas uallantia indomitæ sunt. Ad Alexandrũ Philippi nullam legationem & si aliæ Babylonia undiq; confluerent/miserunt. Alexander talium arrogantia commotus: cum etiam illorũ hominũ opes affectaret: morte pꝛeuentus Arabes: Lybiam: Hispanos: Italos: ac multas prouincias dimisit incruentas. Ludouice ne in motu planetarũ me credas allucinari: per uisum sollertius aduerte. Q2 ab occidente in orientẽ planetæ ꝓprio motu decurrant: per lunam propinquiorẽ citius q̃ per reliquos planetas cõprehendes. Quantum a coniunctione solis separatur & occidentẽ deserit: in prima uel in secunda hora nocti alicui stellæ uel alicui figuræ stellarũ fixarum adhæret: uel coniuncta uidetur. Si ad occasum esset lunæ motus: in alia sequenti nocte ultra illam imaginẽ luna progressa fere non uideretur. Quæ tamen orientẽ uersus illam stellam uel figuram deseruisse cõspicitur: & ita per singulos dies aget/quoad ad mediũ cœli & inde ad orientales imagines iuisse ut in plenilunio uidebitur: qua luna terræ propinquior: & ipsa terra minor cum unaquæq; stella uisibilis sit maior tellure: in uigintiocto diebus ferme reuolutionẽ suam complet. Mercurius & Venus mouentur eodem motu sicut Sol: scilicet in tercentum & sexagintaquinq; diebus quibus addimus unum/si annus fuerit bisextilis. Mars/duobus annis: Iupiter/duodecim: at Saturnus triginta annis complent ab occidente ad orientem reuolutiones suas.

Coeuntes baculum añ ianuã locat

Matres/ sorores comprimere

Nabatarũ mores

Oleũ sexaminum

Cadauera in sterquilinio

Alexãder quas natiões religt

Motus planetarum

Motus planetarum

ADRIANI QVINTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. VII

a Drianus genuensis Carolo Romę ad nutum imperante ut illius potentiã minueret: Radulphum imperatorẽ in Italiam aduocat: Carolus ad declinandam inuidiam ut Constantinopolitano regno potiretur: belli uim in Græciam transferre conatus est.

EPISTOLA NONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

q Vemadmodũ Hercules ab Euristeo: ita ego a te fateor percuntando grauari. Etsi quotidie noui ritus: nouę rationes e mutatione rerum emergant: tamen de Africa nonnulla scd'm prisca patrũ documenta ut quiescas/attingam. Lybia regio ferax nihilominus paruis/rarissimisq; fluminibus irrigatur: e quibus aliqua inter harenas demerguntur. Pars ipsius nõ exigua æstu inhabitalis aret: e ferarũ etiam exuberantia magnitudo plurima ad habitandũ frugi cultoribus ex importunitate uacat. Mauritania Africæ tractus feracissimus amnibus & lacubus abundat: & ex magnitudine est desertis referta: quæ cuncta ferens arbores habet laudatissimas. Homines duo crassitudinẽ uitiũ cũ racemi ad longitudinẽ cubiti extẽdant uix amplecti possent. In eadẽ regione herbæ & fruges passim luxuriant. Dracones: elephantos: capreas: bubalos: leones: pardales: mustelas cæteris maiores: simias: & aialia relatu dispẽdiosa alit. In hac rerũ ubertate mauri utplurimũ ceu pastores uiuunt. Comas cincinos & barbã auro cõponũt: ne capillorũ ornatũ pturbẽt: semoti ambulãt

Lybia ferax uel Africa

Maurita nię ferti litas

Vites

Mauri

dentes/ unguesq; a sordib⁹ expurgãtes nõ se cõtingũt. Equos suos paruos: celeres uncis & frenis: collaribusq; ligneis cohibẽt: uirga regunt: & ut canes præuios dominos sequuntur: pedites elephantum: leonum: ursorũ choreis ad prælia armantur. In Numida Lybiæ regionis homines segnes oræ fœlicitatẽ non aduertunt: campos sine cultu ferís innumerabilibus deserunt: & agricultura neglecta latrocinant: ita uagi instabilesq; ac si per inediam aut sterilitatem aeris ue inclæmentiam cogerent/errant: & inopes radicibus: carne: lacte: caseo uescuntur. Hos quondam Nomades Masanissa rex strenuus Romanis cõiunctus ciuiles agricultores: & ex latronibus optimos milites ea tempestate fecit. Inter has prouincias beatissimus Carthaginensis tractus magnus ualde & salubris est profecto fœlicissimus. In hac tertia parte orbis monstris stupenda alia mirabiliora forent recensenda: sed ut parũ a nobis experta intacta consultius omittamus, Lybiæ: Aethiopię ac Indiæ extrema ab exercitibus nõ peragrata ut non scripta ignorantur. Augusti tempore æthiopes Syenem & quasdam ciuitates in finibus Aegypti sub cancro sitas cum romanorum ibi modica tunc pręsidia forent/ occuparunt: Cæsaris statuas & urbium decora exportantes. Paucis cohortibus cõprehensi ac cesi pacẽ petentes simulacra restituerunt. Augusti pręsides in Aethiopiam longius progredi formidantes pací dummodo Cæsarẽ adirent/annuerunt. Aethiopum principes Octauium Cæsarem nescientes: & quia nam Cæsar esset: sciscitantes/ad eumq; uenientes uectigalium remissionẽ: & postulata ad nutum obtinuere. Vt ipsi tanti nominis imperiũ & Augustum ubiq; dominantem ignorabant: ita sua nobis archana utplurimũ ignota latent. Ludouice octaua spera tot syderibus ac imaginibus insignis nõ se æque uelociter ac inferiores rotat: quoniam in centum annis nisi uno gradu non mouetur. Intelligentia quæ illi orbi assistit: pariter omnium planetarũ auges in centum annis uno gradu ducit. Licet tibi dicam ꝙ Aus est pars deferentis a centro terræ eleuatior: nõ nisi per figuram ante oculos sitam intelliges. Antiqui philosophi in multis ut Ariolantes: & in triginta sex millibus annis hæc spera reuolutionẽ suam agit/prædicantes: ꝙ tunc omnia reiterent/adiunxere: uidelicet ꝙ ego Bonifacius hinc ad trigintasex millia annorum ero: ut nunc superstes de motu octauæ spere scribens. Hæc & plura alia fantasmata prisci doctores nobis tradiderunt.

Numida regio

Nomades

Ethiopes in Augustum cõcitati

Ethiopes romanum imperiũ ignorarũt

Octaua spera

Aus q̃d sit

IOANNIS VIGESIMIPRIMI PONTIFICIS STOLIDITAS. CAP. VIII

i Oannes natione Hispanus q̃uis excors/stolidusq;/ sapientumq; consulta intertur bans fuerit: tamẽ adolescentes studijs inhærentes beneficijs & premijs ipse in medicina eruditissimus erigebat: in reliquis uanus: inefficax: timidus: uerbosus: inæqualis: q; nisi longæuus pontifex expiraret: suamq; uitam præteritã & mores singulis morabat. Sicq; ipse delyrus lapsu cuiusdam cameræ quam ipse Viterbij construxerat/attritus est. Qui homo imprudens in medicina tamẽ quædam memoratu digna composuit.

EPISTOLA DECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amico fœlicitatem.

c Oncitationes hominũ: perfidiam: imbecillitatem imminentia tot emergentia excidia consulo: & omnes qui esse possunt/ euentus præmeditari: quarto & decimo anno quietis cõcitator Hannibal Italiam fune stauit: qui uariante fortuna a patria exul: quo latitaret/incertus seipsum ueneno apud Prusiam regem cõfecit. Noli ut deficiant/ amicos subornare: ignem multi qui fouent/ab eodem suas ædes inuri dolent. Tumultuantes dominari qui appetunt inter aliquos successus infortunatissime ut Sparthacus hinc inde exagitati moriunt. Sparthacus inter tales Mars alter latrunculis/seruis/gladiatoribus: agricolis undiq; contractis tumultuando infestissimas clades Romanis intulit: totiens qui consules: imperatores & exercitus fugauit: a fortuna relictus ferro defecit: eo in prælio defuncto ne tanti facinoris aliquod uestigiũ supereset: a Crasso: a Pompeio socij eius tam imites cruci affixi sunt. Lucania regio nõ obscura inter Tyrenũ: Siculumq; fretũ iacet. Lucani nimium fæueri suis pastoribus q̃tidie arrogãtius imperãtes eos desperatos ex neglectu deficere cõcitarũt. Pastores nudi terræ cõsternati minas: uerbera: inediã ferẽtes: uix lacte uel ue natione uiuentes a dominis fuga deciuerũt. Lucani hos fugitiuos/ rebelles q; esse significantes Brutios nuncuparũt: q̃uis Brutios a quadam uirgine Brutia noiatos alij autumẽt. Hi cũ dominis cõciliati e multitudine ad eos cõcurrente finitimos ac græcos a fortunis: a ciuitatibusq; eliminarũt. Prædas abigẽdo opulẽtissimi Alexãdro Epyri rege cũ toto exercitu truci

Hannibalis mors

Sparthacus gladiator

Lucana regio

Brutij qui fuerint

dato Dionysiũ Agathoclẽ: Siracusanos reges temeritate taliũ in Italiã cõductos collatis signis neglexerũt. Talibus auspicijs in Hannibalẽ: in romanos arma agẽtes ab ambobus uarijs interuallis funditus deleti sunt. Priscis tpibus circa padum habitãtibus: Bois: insubribꝰ gessetis & senonibus: romanis nihil erat ex assiduitate defectionum uel prælioꝝ infestius. Nulli nisi insubres quorũ Mediolanum metropolis est: ex his ferocissimis nationibus continuo ex infidelitate decertãtibus amplius supersunt. Boi iam fessi ante ultimã cladem emigrantes circa Istrum thaurisis adiuncti cum stabularent: a Dacis ex assiduitate pugnæ ferro consumpti defecere. Samnites ditissimi cum romanis primis initijs quadraginta annis qui conflixerant: irarum memores in Italorũ rebellionibus truculentius cõspirantes: Syllam in suam perniciem cõcitarũt. Sylla expugnatis talium urbibus nemini pepercit: e quibus tria millia eorum qui arma proiecerant: Romam adire compulsa in Campomartio circa ouilia militibus immissis triduo iugulauit. Ab hac cẽde elabentes proscripsit: nec prius ab eorum interitu destitit/q̃ omnes ad internitionẽ deduxit aut ex Italia fugauit. Amice noli tuam uel nationum instabilitatẽ admirari: Planetæ qui hęc inferiora regunt/ uariatis uicibus mouentur: ut a superiori cœlo circa terram per diem & noctem ab oriente in occidentẽ ab alia spera motu accessus & recessus etiam titubant: deinde quoad auges ab octauo cœlo in centum annis uno gradu a deferente suo & epiciclo ab occidente in orientẽ: qui est motus prorius scd'm dies & annos quos supra nominauimus/mouentꝫ: deferẽs circulus alio nomine eccentricus dictus Epiciclum fert: & Epiciclus est breuior inter circulos corpus planetæ cõtinẽs. Epiciclus iste quo ad aliam molem breuis orbis ut planeta sit uelox: tardus: stationarius: retrogradus causa est. Retrogradatio tamen non cadit in luna ob uelocitatem: nec in sole cum Epiciclum non habeat. Amice nisi figurã efficiam ab Astronomis habueris: certe hæc mea dicta somnia existimabis.

Boi & insubres

Samnites a quo deleti sunt Sylla

Planetarũ ortus

Epiciclus quid sit

NICOLAI TERTII PONTIFICIS MAGNANIMITAS CAP. IX

Carolus Petrus rex Aragonum

Nicolaus ex ursina stirpe romanus edictis uexatos gibilinos restituit. Carolo potentiam imminuit: cui hetrurię uicariatum ac senatoriam dignitatem ademit: qui iam Petro Aragonũ regi ut iure hæreditario Constantiæ uxori Siciliæ regnũ peteret/ persuaserat. Pontifex iste magnanimus perspicui cõsilij uita: moribus integer eruditos doctrina: prudentia ac religione pollentes obseruabat. Nullus ante ipsum cum inter solennia lachrymaretur/religiosius sacrificauit. Vacantes ecclesias alicui bene merito quẽ moribus: & doctrina præcipuũ deprehendisset: ne p moram rapi possent/ euestigio cõtulit. Tabellionꝫ qui e sanguine litigantiũ uiuerẽt: ueluti pestiferos funditus a se reiecit. Magistratus omnium innumerabiles esse rapinas aduertens ne nisi per annũ in eo persisterẽt/ sanciuit. Intertãtas eximias uiri laudes cũ suos coleret: & ut ditarentꝫ/ raperẽtq̃ cõcessisset infamatus est.

EPISTOLA VNDECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri ordinum ductori fœlicitatem.

Imium (ut audio) per saltus uagaris: rusticorũ multitudini uenationibus magis q̃ armis aut codicibus: facundiæ ue indulges. Venationes (fateor) corpus indurant uerum immoderata exercitia exiccando senectutem & alia mala accelerãt. Quia te militem illustrem nominant annales maiorum quotidie: illustres reges docte concionantes: non autẽ rusticos aut feras sic perdite insectari debes. Darium facundiæ/rationiq̃ ac belis nõ uenationibus assuetum: qui e sua probitate ad regnum persarum meruit eligi audi ad milites orantem. Cõmilitones pro gloria ante uelitatum est: nunc ỹo pro salute quã sine libertate dicimus sordere: uel uerius quæ nihil est pugnaꝫ. Dies iste imperium quo præstantius ætas nulla adhuc uidit: aut quassabit: aut ad astra sublimabit. Flumina saluti aut fugæ hactenus contulere: nunc ad id uentum est ut munitionibus reiectis ferro & uirtute sistere opus sit. Coniuges: liberi: affines aciem sequuntur: parata est hostibus præda nisi pro talibus strenue corpora opponamus. Quia pecunias: equos: arma: comeatus distribui: & locũ in quo turmæ explicari possent elegi: Imperatorisq̃ optimi iam officium exercui. Vos modo uiri ut ab imbecillitate fœminarũ differatis: reddite uices quale erit optimorũ militũ officium aduertite: erit sane nihil hostem uereri: se iactu exercere: optime iaculari: arma ipsius mentis ac corporis uigore in armatos truculentissime retorquere. Temeritatẽ hostiũ hactenus timuistis: quæ ubi in primo conamine cũ prẽstantia uestræ uirtutis erit propulsa: hostes

Oratio Darij

ueluti animalia quæ amisso aculeo torpent: pauidi imbecillesq̃ efficient. Nunc in planicie uidetis Alexandri ordines raros nostro ferro sæpe iminutos: paucitatẽ quorũ Cilicię montes ante texerunt. Hi pauci sane ungulis equorũ etiam: si etiam nisi falcatos currus emisero/ conteri possunt. Si qui uestrum uano gentis nomine territ: quæ somnia timeat/ prius exacte cogitet: macedonũ arma nõ ỹo corpora nunc opponunt: illos tot prælijs hausimus/ semper in paucitate grauior est iactura. Alexander qui a timidis magnus uideri potest: nisi unum animal est: & si mihi creditis/ temerarium uecors magis pauore præterito/q̃ sua uirtute fœlicior. Omne quod ratione caret: tanq̃ nudum dicimus nõ esse diurnũ: breues: incertæ: mutabiles sunt uices rerũ: fortuna nunq̃ aperta fronte simpliciter cuiq̃ libere indulget. Dij itaq̃ hac ratione moti: Persarũ imperium ducentis triginta annis ad summũ fastigium euectum/ magno certe motu magis cõcutere q̃ affligere uoluerunt: ut tali fluctuatione rerum quanta sit fragilitas humana/ nos admoneant: certe quia in prosperis quid fortuna: quid dij ualeãt/ obliuiscimur. Græcis quondam bellum inferebamus: nunc in sedibus nostris illatum propulsamus: sic alternis uicibus fatoꝝ turbine iactamur. Matrem meam: duas filias: Ocum in Ipem huius imperij genitum Persarũ principes uinctos: quibus misereri opus est/ aduertite nam ego ex magna parte captiuus sum: uos itaq̃ Persæ qui regem uestrũ tm colitis atq̃ adoratis: mihi uiscera mea p quibus mori non recuso/ restituite. Credite illos lugubres ad uos manus extendere per deos patris fidem: sollertiam: strenuitatẽ: ut e compedibus e carcere eos eximatis exposcere. Ego ỹo per eosdem deos patrios per fulgorẽ solis: per æternã memoriam Cyri qui adeptum medis & lydis imperiũ in Persidem intulit: rogo ab omni dedecore gentẽ/ nomenq̃ Persarum bellica uirtute eximite: ut gloriam a maioribus captam iure hæreditario posteris relinquatis. Hiacynthe de astris mecũ sæpe interlocutus scias: q̃ e sua multitudine frequentes non numerari possunt: quas nõ ita exiguas ceu uidentur/ debemus existimare. Vnamquamq̃ stellarum uisibilem esse maiorem terra sapientes aiunt. Et ipsa luna terra minor e sua propinquitate syderibus maior arbitrat. Ipsa astra excellentius maiora primæ magnitudinis appellamus: quæ inuicem specie differẽtia scd'm eorum colores cum naturis planetarum assimilamus.

Stellarũ magnitudo

MARTINI QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. X

Carolus ante eiectus

Martinus natione gallus Carolum regẽ ad se uenientẽ senatoria dignitate restituta benigne suscepit. Palleologus Constantinopolitanus imperator Carolo rege instante ut fœderũ uiolator damnat. Palleologus ob Caroli potentiã titubans cum Petro Aragonũ rege ut regnũ Siciliæ ob Cõstantiã Manfredi filiam sibi uxorẽ iure hæreditario peteret: & classem ad certamen amborum impensa fabricaret/ conuenit. Petro in Sardinia cum nauigio morante: tanti apparatus quid protenderẽt/ pontifex per oratores percunctatur. Rex uarijs ambagibus caduceatoribus ut nihil e suis archanis intelligerẽt/ illusit: iam cum Ioanne proclita siculo ut res nouas in Sicilia suscitatet: & in sinu Sardiniæ destinatum euentum expectaret/ conuenerat. Interim uicecomites in Cisalpina regione tumultuantes: duce Luchino turianos familiam potentem a Mediolano expellunt: & Luchinus imperatoris uicarius Florentinos & Lucenses pontificis spretis interdictis aggredit. Rebus ita ferentibus siculi superbiam libidinemq̃ Gallorũ amplius perferre nequeuntes: cum Ioanne proclita in Carolum coniurant: scilicet ut in uesperis audita campana ubiq̃ Gallos sine sexus discrimine trucident/ sibi legem imponunt. Veluti conuenerant in uesperis in tota insula adeo sæuitum est: ut fœminæ Siculæ Gallica compressione prægnantes ferro pariter necatæ sint. Gallis ita sublatis Petrus in Siciliam trajciens regno potitur. Carolo de dolo/ uiolentiaq̃ conquerente: scilicet q̃ Petrus consanguineus regnũ suum prodidisset. Petrus reatus omnes gallorum temeritate diluit: uidelicet q̃ ipse populis indigna ferentibus misertus opitulari non sit indignatus. Q; ad regnum sibi iure hæreditario debitum accitus uenisset: nam ob Constantiam uxorem Manfredi natam regnum ad eum deuolutum & plura alia respondit. E præmissis crastinationibus armis cum iam concurrerent: Carolus iunior in prelio captus Aragoniã mittit: & Carolus senior in Africã trajciens obijt. Philippus rex Francię in Aragoniã ad occupandũ Petri regnũ occupantibus a pontifice datũ/ profectus est. Vrbe uentanis & gibilinis gelfos expellẽtibꝰ Martinus curis extenuatus decessit: ad cuius sepulchrum ualitudinarij: cæci: muti: claudi delati tanta fuit huius põtificis sanctitas/ sanabant.

Palleologus imperator

Petrus Aragonũ rex

Vicecomites turianos expulerunt

Siculorũ in Gallos cõiuratio

EPISTOLA DVODECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri equiti egregio fœlicitatem.

d Arij orationē & Aſianos facundos miraris/cum ratione miraris: ut ergo illorū regum excellentiam ſtupentius laudando aduertas: Mithridatis regis ad ſuos milites extemporaneam contionē lege: illius lectura oblectatus illos præſides genero ſiſſimos/diſertoſq; nucleum hiſtoriarū quæ iudicio meo militū prudentia ſunt/tenere ſcies.

Oratio Mithridatis

Mithridates amplo romanorū nomine nihil territus aut effœminatus ſuis cohortibus/ſic e ſuggeſtu ſermocinari cœpit. Si uobis eſt/ qualis militibus eſſe debet: animus acer & infractus gloria ac uictoriæ fiducia eſſe debet. Romani quomodo uincantur: uirtus ueſtra quæ in Bithynia Aquilium/& in Capadocia Maltinū fudit/experta eſt. Si externa præconia magis q̄ ueſtra præſtat audire: Pyrrhum Epyri regem non amplius q̄ quinq; millibus Macedonum tribus prælijs illos fugaſſe ſciatis. Hannibalem ſedecim annos in Italia īmoratū: ut urbem nō caperet: nō romanorū uires/ſed æmulatio & patriæ factiones obſtitiſſe audio. Galli Italiam ingreſſi: Romam direptam præter Capitolium in montis cacumine ſitum incenderunt. Ab expugnatione cuius nō bello/ſed auro oblato ſunt amoti. Ipſi Galli nomē quorum romanos ſemp terruit/uires noſtras augent: nam hi qui Aſiam incolunt: ab his qui Romam euerterunt/tm ſedibus diſtant: genus & uirtutē idem habent: Ingenia quoq; tanto ſagaciora ſunt/quanto per Ilyricum Troiamq; laborioſius penetrarunt. His additur q̄ Italia nunq̄ ſatis integre fuit romanis pacata: quæ quotannis ſolet ꝓ libertate dimicare. Sæpenumero Romanorū exercitus deleuit: uel quod eſt turpius/captos ſub iugo miſit. Non ueteribus exemplis tantū īmoremur/ut preſentia negligamus. Hoc tempore Marſico bello exarſit: non libertatē/ſed ciuitatis/imperijq; cōſortium expoſcebat. Nunc quoq; ſuorū principū ciuili bello uexatur. A Germania Cimbri feroces nationes procellis perſimiles/ contra illos abintegro conſurgere uelle minant. Quæ bella undiq; conflata ſi Romani tantillulum ſuſtinuerint/ab uniuerſis obruent. In præſentia hac nationū occaſione ut fœlicius uincatis/ utendum eſt: ut hos regum craſſatores/ingratoſq; qui ut dominentur: tot regibus cōmenta fabulantur/auferamus. Ex eorū magnitudine ſoleo q̄ndoq; deſtomachari: certum eſt q; apud illos nullius merita q̄ Maſaniſſæ numidarum regis poſſunt haberi maiora. Suo robore atq; ſollertia uictus Hannibal: captus Syphax: deleta Carthago eſt: qui poſt duos Africanos tertius urbis ſeruator prædicabat. Huius regis nepotem illuſtriſſimū bello uictum/triumphali ſpectaculo præbuerunt: cui deinceps nulla patri gratia quin in carcere expiraret/profuit:

Romanorum origo

ſic in regiam maieſtatem ipſi quondam paſtores molliunt/eorū origo uariatur: an paſtores Aborigínum: an aruſpices Sabinorū: uel exules Corinthiorū: an ſerui uernæ Tuſcorū fuerint/incertū eſt. Suos conditores ubere lupæ alitos aiunt: idcirco intumeſcunt. Populus ille ſic luporū animos ſanguinis inexplebiles imperij/diuitiarūq; auidos ac ieiunos habet. Si in nobilitate æquiparamur: illa conuenarū colluuie ſum clarior: qui ortum paternum a Cyro Darioq; Perſici regni cōditoribus/ maternū ab Alexandro magno Macedonis regni conditoris duco. Modo iſti has nationes quæ peregrina imperia nunq̄ niſi ſuos reges paſſæ ſunt/ optant. Capadociam: Paphlagoniam: Pontū: Bithyniam: Armeniam maiorē uel minorem Alexander qui ſubegit/Aſiam nō attigit. Darium Philippumq; Scythiam ingreſſos fuiſſe: ſed ſibi fuga cōſuluiſſe legimus. Ego ꝓo Scythica Ponticaq; bella rudis & adhuc Tyro ausus ſum capeſcere. Cum Scythę ſint horridi: inopes curribus uagantes: & nullibi ſterilitate uel frigore cōpulſi morent/eos tamē debellaui. Nunc diuerſa conditione bella pro Aſia tractanda fœlicius occurrunt: nullum ſolum eſt temperatius aut fertilius/nec urbium multitudine amœnius: quæ omnes Romanos rapacitate cōſulum/ exactioneſq; publicanorū oderunt. Itaq; me tantæ inſolentiæ ultorem milites qui mea geſta nō ignoratis/ſequimini. Capadociam ceſo rege ſubegi: Pontū omnē Scythiamq; pacaui: quas regiones nemo adire tuto: aut ingredi auſus eſt. Sicq; exercitatis militibus poſt tertium & uigeſimum ſumpti imperij annum ad bella Romana deſcendi. Hiacynthe audi quędā magis q̄ uenationes hominibus cōferentia. Aſtronomi ad motum cœli ſeruandū multos circulos ut æquinoctialem: qui omnes ſunt ut linea quæ nihil niſi longitudo eſt/imaginant. Verū in altiori cœlo circulus Zodiacus qui uita interpretat: de quo omnes codices loquunt: Eſt ut ſupficies latitudinis duodecim graduū: quā ſuperficiem linea quædam quæ Ecliptica appellat/per medium diuidit: ſcilicet ſex gradus hinc: & inde ſemper habens. Sub hac ſuperficie cœli/ quam Zodiacum

Zodiacus quid ſit

appellamus: qui tamē in ſuis orbibus ſunt/uagantur omnes & nō extra planetæ. Ideo idem planeta eclipticam interſecando quandoq; meridionalis: quandoq; ſeptentrionalis efficit. Sub ipſa Zodiaci eclíptica ſemper eſt inuariabile centrum ſolis/quæ linea ita appellat: qui cum ſol in ſuo cœlo ſemper ſub ea moueat: planeta ſi ſoli iungitur/eclipſatur: quæ eclipſatio non manifeſte niſi in luna apparet: quia quando luna ſoli ſub eclíptica uel prope metas quas caput & caudam draconis appellamus/coniungit: Sol eclipſatur: ſane quia luna inter ſolem & uiſum noſtrum interponitur: q̄uis de lumine ſolis nihil imminuatur. Quando in lunæ oppoſitione terra diametraliter interponitur: quia luna corpus eſt tenebroſum: eclipſatur: quia deſinit ad nos repercutere lumen ſolis.

Ecliptica quid ſit

HONORII QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XI

h Onorius natione romanus Pandulphum fratrem tantæ ſæuitatis ac iuſtitiæ habuit: ut quotiens romani urbem latronibus: ſicarijs: furibus expurgare uellent: neminem niſi Pandulphum in ſenatorē expoſcerent. Rege Francorū urbem Gerundam obſidente Petrus arago comeatum prohibens: in acerrimo cōflictu uulneratus multis interdictis implicitus obijt. Ferdinandum natu maiorē e duobus filijs Aragoniæ Iacobum Siciliæ teſtamento hæredes reliquit. Genuenſibus Piſanisq; obſtinatiſſime decertantibus: Piſani trigintanouem triremibus & decem millibus hominū amiſſis nuſq̄ conualuere. Honorio expirante Petri ſedes decē menſibus uacauit: in conclaui e repentina ualitudine multi Cardinales interierunt: ideo etiam cum terremotus magni inualeſcerent: electionem ad fœliciora tempora diſtulerunt.

Petrus arago

Genuēſes Piſani

EPISTOLA TERTIADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri ordinum ductori fœlicitatem.

h Iacynthe ut melius orientalium facundiam/maturitatemq; & hiſtoriarum exuberantiam agnoſcas: Agrippæ regis iudæi luculentiſſimā peroratione addam. Florus homo crudus & immitis Romani imperij legatus Hieroſolymitanos cæde & rapinis adeo uexauit: ut a Nerone hebræi deficere cogerent. Hanc defectionē Agrippa rex qui e ſuis meritis regno Iudęæ finitimo imperabat: tali diſertiſſima oratione compeſcere conatus eſt. Vobis in unum coactis: ea quę arbitror expedire ſi ſilentiū preſtabitis/exponam. Si ea quæ uniuſcuiuſq; fert libido: nō audieritis ſine ſtrepitu quieſcite/rogo. Quid ꝓo ad defectionem ſunt omnino concitati: poſt hanc admonitionē obſtinatius in ſua pertinacia permanebunt. Si huius populi uiolatores cupitis ulciſci: cur de liberalitate contenditis? Si ſeruire intolerabile putatis/ſuperflua eſt aduerſus raptores querela. Exilia & crimina cum exprobratis: illos in quorū cōtumeliam agitis ut furentius ſæuiant/irritatis. Licet hi qui a Romanis mittuntur/moleſti ſint: nō tamen omnes Romani infeſti ſunt: nec ipſe Cæſar in quē iam bellare conſpiratis. Nullus qui ad uos uenit principis mandato improbus eſt. Quæ in oriente aguntur: qui in occidente ſunt/non inſpiciunt: ſicut nec noſtra delyramenta ab illis audiuntur. Nec unus ſemper prouinciæ curam gerit: ſucceſſores ut plurimum uidimus moderatiores. Motū ſemel bellum neq; deponere nec ſuſtinere ſine magnis calamitatibus facile eſt. Qui libertatē nunc ſitiunt: a principio ne eam amitterent quando Pompeius intrauit/curare debuerant. Maiores ueſtri certe reges pecunia: corporibus: animis uobis meliores exiguę Romanorū uirtuti obſiſtere nō potuerunt: uos qui hereditariam obedientiam ſuſcepiſtis: illis qui paruerunt inferiores cōtra omne Romanū imperium concurrere arbitramini. Athenienſes qui ob libertatē patriam arſerunt: qui Xerxem per terrā nauigantē: per mare ꝓo ambulantē: cuius claſſe pelagus nullam accepit latiorē cum una ſola nauí fugientē proſecuti ſunt. Præterea qui circa Salaminam tot opes Aſię cōfregerunt: nunc Romanis ſeruiunt. Lacedemonij pene indomiti eoſdem ut dominos uenerantur. Macedones qui Philippi & Alexandri uirtutes ſemper procedere arbitrabant/rerum mutationē ferunt: & eos ad ꝙs fortuna migrauit/adorant. Illos multæ nationes imitatæ idem agunt. Vos ſoli quibus uniuerſa ſubiecta eſſe uidetis/ſeruire indignamini. Cui militiæ? quibus confiditis amicis? ubi eſt claſſis ueſtra? quæ Romanū exagitet profundum. Vnde qui impenſæ ſufficere poſſint/ cōtrahuntur theſauri? In egyptios uel arabes putatis arma mouere: non circumſpicitis ueſtram imbecillitatē: & Romani imperij amplitudinē nō metimini. Nonne ueſtram ciuitatē a cōterminis ſcitis euerſam? Illorū uirtus per totū orbem uagatur: imo hoc orbe aliquid q̄d eſt magis/quæſierunt. Non ſufficit in oriente Euphrates: ad ſeptentrionem Iſter: a meridie

Florus romanorū præſes Oratio Agrippę

Lybia: neq; in occidente Gades ultra oceanum alium quęſierunt orbem: uſq; ad Britannias prius inacceſſas tranſtulerũt exercitum. Eſtis ne ditiores: fortiores Germanis: ſapientiores Græcis: eſtis ne plures q̃ in toto orbe degentes? Quæ uos contra Romanos fiducia compulit: dicet forte quis: Nobis ſeruire moleſtum eſt. Quanto magis id grecis qui nobilitate omnibus præſtant/moleſtum eſſe uidet: qui tam amplam prouinciam habent: & tamen tribus faſcibus Romanorũ obediunt. Idem Macedones agunt: qui iuſtius q̃ uos libertatẽ tueri deberent. Quingentæ Aſiæ ciuitates ſine aliquo præſidio uni tm̃ rectori parent. Pergamne inter hos Eniocos: Colchos & taurorũ gentem Boſſoranos: & habitantes circa ponti littora nationes: & meothidas gẽtes annumerare? ſane apud hos nullus dominus noſcebat. Nunc tribus millibus militũ ſubiiciunt: & quorũ mare ante innauigabile erat/a quadraginta triremibus cuſtodiuntur. Bithynia: Capadocia & Pamphyliæ gens: Lidi: Alices: & alij populi q̃uis pro libertate multa fecerint: tamen ſine armis tributa pendunt. Thraces quinq; dierũ in latitudinẽ & ſeptem in longitudinẽ prouinciam poſſidentes: aſperitatẽ fortiorẽ q̃ ueſtra ſit/altiſſimo gelu irruentẽ & retardantẽ duobus millibus Romanorũ præſidio obſequunt. Poſt hos illyrici Dalmatiam uſq; & Iſtro tenus incolentes duobus legionibus obediunt: cũ quibus impetus Dacorũ cõpeſcunt. Dalmatæ qui maioribus opibus rebellarunt: nunc ſub Romanorũ legione quietem agunt. Si aliquos magnæ offenſæ ad defectionẽ incitare oporteret/Gallos oporteret aſſurgere: quoniã illos natura multis munitionibus cinxit: ab orientali plaga alpibus: a ſeptentrionali Rheno flumine: a meridie Pyreneis montibus: ab occidente oceano cingunt: & qui trecentũ uigintiquinq; gentibus fœlices ſunt: nihilominus romanorum uectigales eſſe ferunt: & fœlicitatẽ ſuam infœlicitatẽ eorũ reponunt. Id quidem nõ propter mollitiem aut propter parentũ ignobilitatẽ agunt: exquo pro libertate octogínta annos pugnarunt: illi Romanorũ fortunã mirati nunc ſub mille & ducentis militibus ſeruiunt: qui plures ciuitates pene habẽt. Neq; Iberijs aurũ naſcens in agris ad digerenda pro libertate bella ſufficit: neq; ſuarum terrarũ atq; maris longiſſima ſpacia Luſitanis: Cantabris quin diriperent/ualuere. Oceanus fragore horribilis nihil profuit accolis: ultra columnas Herculis Romani arma tulerunt: & Pyreneorũ montium nubes egreſſi ſuę ditioni uertices ſubdiderũt. Tantis Hiſpaniæ pugnacibus gẽtibus in præſidio legio una ſat eſt. Quis ueſtrum non audiuit multitudinẽ Germanorũ: uirtutes & magnitudines corporũ (ut arbitror) ſæpe uidiſtis ipſi ſpiritus maiores corporibus: & animam mortis cõremptricẽ gerentes: indignati feris uehemẽtiores: nunc autẽ limitem Rhenũ habent: & ab octo legionibus Romanorũ cõtinent. Conſiderate Britannorũ muros: uos in Hieroſolymorũ muris confiditis. Illos oceano circundatos: & tantæ inſulæ magnitudinẽ quattuor legionibus Romani tuentur. Parthi bellicoſiſſimæ gentes tantis populis prius imperantes: & tam magnis opibus circundati obſides mittunt Romanis. Vniuerſis qui ſub ſole incolunt: romanorũ arma uenerantibus: uos ſoli bellum geritis. Neq; Carthaginenſium conſiderabitis finem: qui magno illo Hannibale gloriantes e nobilitate phœnicum ſtirpe uenientes: tamẽ ſub dextra Scipionis coruerunt. Sed neq; Cirenei lacedemone oriundi: neq; Marmaridarũ gens: neq; terribiles audientibus Syrtes: Naſamones quoq; & marti innumerabilis multitudo Nomadum uirtutes impediuere Romanas. Sed tertiam partem orbis/quam numerare facile eſt: ſcilicet ab Athalantico mari & a columnis Herculis ad rubrum mare: infinitos in numero & locis Aethyopes cõtinent: uectigalia pendunt: nihil de his quæ iubent/cõtumelioſum putantes. Vicinam ægyptum diligenter inſpicite: & quæ uſq; ad Aethyopes porrigit opulentẽ Arabiam Indiæ cõtiguam quinquaginta: & ſeptingenta centena millia incolarũ habens/ præter Alexandrinorũ plæbem Romanũ nõ indignant imperium. Alexandria multitudine & diuitijs abundans poſſet habere defectionis ſtimulum: nam plura tributa ſingulis menſibus/ q̃ uos toto anno pendit. Et præter pecuniam Romanæ quoq; plębi quattuor menſibus annonam quoq; miniſtrat. Ipſa in longitudine triginta ſtadijs: in latitudine non minus q̃ decẽ undiq; munitur: ſcilicet incomeabili ſolitudine: importuoſo mari aut fluminibus/aut ſiluoſis paludibus omnia Romana uirtus ſubegit. Duæ legiones urbi inſidentes: profundã ægyptum cum Macedonũ nobilitate frenant. Quos ad bella de ſolitudinibus ſocios aſſumetis? ſi omnes Romani ſunt. Forte quis ueſtrũ ultra Euphratem addiabenos gẽtiles ueſtros ſperat adiutores. Illi propter irrationabilem cauſam non tanto bello ſe implicabunt: ne fœdus initum/amicitiamq; infringant. Supereſt ut ad diuinũ confugiant auxiliũ. Apud romanos

impoſſibile eſt ſine deo tantum imperium conſiſtere poſſe. Cauete ne è cõfidentia tranſgrediendo deum offendatis: quẽ uobis auxiliaturũ putatis. Si ſabbata ſeruabitis: & ad aliquẽ actum mouerí prophanũ putabitis/q̃ facillime capiemini: maiores ueſtri hoc teſtificabunt: qui Pompeio urbem inuadente hos dies experti ſunt. Ne quid de patria inſtitutione ſoluatur/eſt uobis animus: deum in adiutoriũ quomodo inuocabitis/ſi cultũ ſponte uiolatis? Bellum qui ſumunt: aut in diuina uirtute/aut in opibus cõfidunt. Quando hæc deficiunt uolentes pugnare in captiuitatem proſiliunt: coniuges: filios laniant: & patriam incendunt. Itaq; nauí adhuc in portu exiſtente futuram tempeſtatem præcauere bonũ eſt. Cum inter procellas raro conferat trepidare: & qui ſponte in mala corruunt/miſeratione indigní uidentur. Vobis in fuga nulla ſalus erit: cũ omnes Romanos dominos habeant uel habere metuunt. Præterea iudęi inſontes in alijs ciuitatibus degẽtes rebellione ueſtra trucidabunt: ex quo in toto orbe nõ eſt populus in quo ueſtra portio nõ ſit. Propter paucorũ hominũ praua conſilia uniuerſæ urbes iudaico ſanguine redundabunt. Si nõ filiorũ aut coniugum ſaltem ciuitatis/quæ inter urbes ueſtræ regionis excellit/ſubeat miſeratio: parcite mœnibus ſacris: parcite uenerabilibus aditis: templum & ſancta ſanctorum ſeruate. His dictis Agrippa illachrymauit: & quibuſdam peractis rebellantibus iudæis in regnum receſſit. Hiacynthe Zodiaci ſigna nondum explicauimus: hunc circulum ut totũ orbem illuminet/ſcias eſſe obliquum in duodecim partes quas ſigna appellamus diuiſim. Hę quas ante diximus/partes ſunt: Aries Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piſces. Ex his partibus ſex noſtrũ polum articum aſpiciunt: & ſeptentrionales nuncupamus: ut Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo. Nobis hæc ſex ſigna ſole ſub ipſis decurrente: uer: eſtatẽ: fruges: uitam: & omnia bona condonant. Reliqua ſex ad polum antarticum: ut Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piſces obliquantur: uitam: calorem: & bona quæq; nobis adimunt: quæ meridionalia prædicant: autumnũ & intemperiem hyemis/uer & æſtatem alijs præſtant. Si illæ duæ quarte ad quas eſt iter ſolis (ut quidã aiunt) forent inhabitabiles: fruſtra per ſex menſes uirtus ſolis quæ eſt (ut conſpicimus) uiuificare/ibi operaretur: & tantas nationes rigoribus perderet. Zodiacus circulus

NICOLAI QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XII

n Icolaus e quacunq; fere religione Cardinales creare dignatus non plus affinibus/ q̃ claris uiris ſe debere/ faſſus probos ſolum amauit. His temporibus Chriſtianis de ambitione principatus diſſidentibus Soldanus omnẽ ditionem Chriſtiani nominis & Ptholemaida occupauit. Ptholemais anno centeſimo nonageſimo ſexto poſt Gotofredi captionem amiſſa eſt. Cyprus inſula: & Armenia minor inter hæc mala in fide Chriſtianorum permanſerunt. Mortuo Nicolao Cardinales ut liberius eligerẽt: Peruſium profecti biennio & tertio menſe diſcordes electionem deduxerunt. Aſia a chriſtianis qñ amiſſa ſit

EPISTOLA QVARTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri ordinum ductori fœlicitatem.

a Sianos riuulis facundię ac hiſtoriarũ ſcaturientes: & eorum ingenia regionis temperie ſublimia merito laudaui. Scytharũ qui cum paſtores ſint/ ideo Nomades dicuntur: quam ad Alexandrũ orationẽ per legatos habuerint/ ſupereſt cõnectere: ut nedum illius oræ reges/uerum etiam inopes deſerta: gelu & ſterilitate in amœna colentes gymnaſijs: domibus: antris: magiſtris minime uacantes intelligas rationales/ ſummeq; diſertos. Si dij corpus auiditati par tibi dediſſent/te orbis nõ caperet. Vna manu orientem/alia occidentẽ tenere: & deorũ magnitudinẽ pariter turbares ſi numina a noſtra ſtoliditate turbari poſſent. Sicq; cõcupiſcis quę nullo modo capis: ex Europa petis Aſiam: ex Aſia trãſis in Europam. Deinde ſi humanũ genus ſuperabis: cum ſiluis: niuibus: fluminibus: ferís beſtijs geſturus es bellum. Ignoras arbores magnas diu creſcere: & una hora extirpari. Stultus eſt quí fructus earum ſpectat: & altitudinẽ nõ metitur. Vide ne dum ad cacumen peruenire contendis: cum ipſis ramis quos cõprehenderis/decidas. Leo quoq; paruis auibus pabulum fit: & ferrum rubigo conſumit. Nihil eſt tam firmum/ cui nõ ab inualido periculum etiam imineat? Quid nobis tecum eſt? nunq̃ terram tuam attigimus. Quis ſis: unde uenias: licet in uaſtis ſiluis uiuentibus ignorare: Nec ſeruire ulli poſſumus: nec imperare deſideramus. Ne Scytharũ gentẽ ignores/hæc dona nobis data ſunt: ſcilicet iuga bouum: ſagipta & pharetra. His cum amicis & aduerſus inimicos utimur. Fruges amicis damus bono labore Oratio Scytharũ

quæſitas. Cum his in patria Diſs uinum libamus: inimicos eminus ſagipta/cominus haſta petimus: ſic Perſarum/medorumq; reges ſuperauimus. Patuit nobis quondam iter uſq; ad Aegyptum. At tu qui ad latrones perſequendos uenire gloriaris: omnium gentium quas adiſti/predo es. Lydiam cœpiſti: Syriam occupaſti: Perſidem tenes: Bactrianos in poteſtate habes: Indos petis. Iam ad pecora noſtra auaras & inſtabiles manus porrigis. Quid tibi diuitijs opus eſt: quæ te eſurire cogunt. Primus omniũ ſatietate paraſti famem: ut quo plura haberes: acrius quæ nõ habes/cuperes. Non ſuccurrit tibi q̃diu circa bactra hereas: dum illos ſubigis: Sogdiani bellare cœperunt: bellum tibi ex uictoria naſcit̃. Sis q; nemo maior/ fortiorq; alienigenam dominũ uult: Tranſi modo Tanaim: ſcies q̃ late regio pateat: nec tamen uſq; cõſequeris Scythas. Paupertas noſtra uelocior erit q̃ exercitus tuus: qui tot nationum prædam uehit. Rurſus cũ nos procul abeſſe credes/eoſdem in tuis caſtris uidebis. Eadem uelocitate ſequimur: qua & fugimus. Scytharũ ſunt ſolitudines: græcis prouerbijs audio eludi. Nos deſerta humano cultu uacua magiſq; urbes & opulentos agros ſeqmur: ideo fortunam tuam præſſis manibus tene: lubrica eſt/nec inuita teneri poteſt. Salubre cõſilium quod præſens oſtendit/ſequere: melius eſt ut fœlicitati tuæ frenos imponas: quoniã facilius illam reges. Noſtri ſine pedibus fortunam dicunt eſſe/quę manus & alas habet. Et ſi manus porrigat: pennas comprehendere nõ ſinit. Denicq; ſi deus es: mortalibus beneficia tribuere debes: & non ſua eripere. Si homo es: id ſemper te eſſe cogita. Stultum eſt eorũ meminiſſe: propter quæ tui obliuiſcaris. Quibus bellum nõ intuleris: bonis amicis poteris uti: nam fit miſſima eſt inter pares amicitia: uidentur pares qui inter ſe uirium periculum nõ fecerunt. Quos uiceris/amicos caue credas. Inter dominũ & ſeruum nulla eſt etiam in pace amicitia: licet belli iura ſeruent̃. Iurando gratiam Scytharũ uincere ne credideris: colendo fidem iurant. Græcorũ iſta cautio eſt: ut qui facta conſignant/& deos uocant. Nos religionẽ in ipſa fide nouimus: qui nõ reuerent̃ homines: fallunt etiã deos. Nec tibi amico opus eſt/de cuius beniuolentia dubitas. Cæterũ nos Europę & Aſię cuſtodes habes. Bactra niſi diuidat: Tanaim cõiungimus. Vltra Tanaim & uſq; ad Thraciam collibus Thraciæ Macedoniam cõ iunctam eſſe fama eſt. Vtricq; imperio tuo finitimos hoſtes an amicos eſſe uelis / conſidera. Alexander breuibus fortuna ſua & conſilijs eorũ ſe eſſe uſurum reſpõdit: nam ſi fortunam cui confidat: & conſilium ſuadentium inſequet̃: neq; quicq̃ temere aut audacter faciet. Hiacynthe adhuc Zodiaci qui uita interpretatur: quia ſcd'm planetarũ motum in eo in his inferioribus eſt uita: ſalus: uigor: augmentum: mors: ſciuiſti diuiſiones. Vnumquodq; illorum ſignorũ ab Ariete qui eſt exaltatio ſolis: incipiendo in triginta partes equales gradus appellatas diuidit̃. Sic ergo in toto Zodiaco tercentum ſexaginta partes ſiue gradus ſunt. Omnem in cœlo circulum magnus ſit uel paruus: in tercentum ſexaginta partes pariter diuidimus. Scd'm motum & aſpectum planetarum in his gradibus defuturis ſi alia concurrunt/iũdicamus. Stellarũ fixarum uim Aſtronomi quandoq; ignorantes: etiam ſi recte ſeptem orbium motum metiantur: ut errent (ſi auctoribus credimus) cauſa eſt.

Zodiaci diuiſio

COELESTINI QVARTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XIII

c Oeleſtinus profeſſione anacorita: pontifex electus: aquila pergens: cardinales ad ſe uocat: qui obſequẽtes Cœleſtinum ut uerum pontificem adorant: coronationẽ cuius ducenta hominũ millia rei nouitate ac ſanctitate moti uidere: hominẽ heremitam e longa eligentium diſceptatione ad tantũ culmen ueniſſe admirati. Ipſe duodecim probiſſimis uiris ad Cardinalatum aſſumptis priſtinum uitæ rigorem ſeruauit. Hunc ut nimium benignum & facilem: & eadem diuerſis concedentẽ cœpere criminari: cum e tali inconſtantia uel potius ſimplicitate contemptus dignitatis oriretur. Se publicis rebus inſuetum/rebuſq; agendis inefficacem: ut a magiſtratu ſe abdicaret/inter Cardinales ſubmurmuratum eſt: quem Benedictus ut ſe a pontificatu ne eccleſia dei & tot pecudes ob imperitiam paſtoris periclitarent̃/hortatus eſt. Hunc ſic expugnatum ut a tanta fœditate diuerteret: omnibus ſe nullum alium pontificem uelle acclamantibus Carolus Neapolim perduxit. Sed Cardinalibus illum ſummis rationibus ut cederet/arctantibus ceſſit: & menſe intronizationis ſexto priuatã uitam aſſumpſit: iam ut pontifex cedere poſſet: Cardinales ſanctione præuenerant. Benedictus gaietanus e cuius dolis Cœleſtinus ſe abdicauerat/ſufficitur: & otius Cœleſtinum ad heremũ proficiſcentem ne ſeditioſi eo auctore quicq̃ machinarent̃/ incarcerat: qui dolore animi cito conſumptus mortem ſuam uir ſanctus miraculis celebrauit.

EPISTOLA QVINDECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Berthono iuriſconſulto fœlicitatem.

a Bamicis flores ac fructus uix capio: ut ſordentia & generoſitatem animi dehoneſtantia alia dona faſtidio. Catonis antiquioris laudemus continentiam: qui pluribus urbibus debellatis nihil niſi ea quæ comedit & bibit/ex agro hoſtili accæpit. Catonis cõtinẽtia

Rapta uel mutuo & nullo labore parta quidam temerarij magnifice largiri ſolent. Famulos & proximos & omnes quos diligo: ut a largitionibus cum hominũ ingenia diuertant/ſe abſtineant/hortor. Philippus Macedoniæ rex quomodo caſtellum ſubijceret/ uoluit explorari: illud inexpugnabile ac inacceſſum eſſe referẽtes interrogauit: an ad illud aſinus onuſtus auro poſſet accedere: ſentiebat rex iſte muneribus & auro ardua quæq; ſubijci poſſe. Equidem auxilio numinum ita caute agam: ut mea exilis ditio æque ac helea tellus munera damnoſa improbabit: & ſanctitate pollebit. In Piſano græciæ agro tẽplum Iouis Olympici oraculis & gẽtiũ cõcurſu celebre fuit. In eo delubro cũ oracula & ſic prouẽtus deficerẽt ne religio loci neglectu ſordeſceret: ludos olympiacos græcię tyrãni ibi exercere cõuenerũt: illiſq; cõfluẽtibus e donarijs phanũ uberius ditatũ eſt. Phidias atheniẽſis ſculptor religiõe & ſanctitate motus ad tecti altitudinẽ imenſam Iouis ſimulachrũ ex ebore ſublime ſpectaculũ celauit. Phidias uir bonus cũ nepote Pandeno nullo crimine aut raptu ſine uiolẽtia ad laudem deorũ ad æternã artificis memoriã ex ebore tãtæ altitudinis idolũ cũ perẽni hoim laude ſculpſit. Cipſellus tyrãnus in eadẽ æde ſua crimina teſtantẽ nõ bñ cautus ſtatuã erexit. Bacchide familia pluſtris annis fere ducẽtis Corinthi opulẽtiſſimę ciuitatis dominationẽ tenuerat: Cipſellus hãc ſtirpẽ incautã doloſe opib⁹: ditiõe & demũ uita ſpoliauit. Ex iſtius interfectę familiæ bonis ut ſe expiaret: numencq; ſubiratum cõciliaret: miræ magnitudinis imaginem Iouis e ſolido auro conflatam in Olympica æde dicauit. Ita agunt in ætate noſtra mali homines atq; fœneratores: qui ſublimia templa e rapinis uel cruore gentium cõponunt. Nos alij obtrectantes tales elemoſynas irridemus: hos neſtos homines deos participes ſuę turpitudinis confeciſſe confabulamur: quodq; ipſi extiterint malefici/ inſidioſi raptores e ſuis domis deteſtantes recordamur. Helea tellus omne piaculum lege ab ſe ſic abdicauit. Finitimi e quadã æquitate illecti ut helea tellus Ioui ſacrata foret/iuramento conuenere. Vt locus eſſet ſacer: uenerabilis: & ab omni uiolentia immunis/ſtatuerunt: & ſi prophani uiolentiam uel arma ibidem inferrent: q; ſi contra tales contermini nõ inſurgerent aut ulciſcerentur: ſic tor pentes abhominabiles: prophani a cunctis haberent̃. In iſto tractu tm̃ religio uiguit: ut exercitus per illorũ agros tranſeuntes arma deponerẽt: nec niſi egreſſi illa repeterent. Incolæ promiſſa religione freti nullis mœnijs deo & bonitate tuti uicum cinxere. Berthone quare ſapientes talia nomina ſignis impoſuerint/dubitas: q; ſtellæ in illis ſignis per lineas hincinde deductas illa animalia repreſentant (aiunt) uel ita etiam nominantur: quia illa pars cœli ex ingreſſu ſolis illis animalibus in fœtura/uigore/augmẽto uita fauet magis q̃ alia. Hę duę ſapientum rationes quia Aſtronomi non ſcd'm Zodiacum octauæ ſperæ/ſed ſcd'm ſuperiorem ubi nullæ ſunt imagines uel ſtellæ iudicant: parum mihi cõferunt: ideo forte meliores perſuaſiones in epiſtola ſequenti adducam.

Templũ Iouis Olympici

Phidias ſculptor

Cipſellus tyrannus

Helea tellus

Signorũ nomina

BONIFACII OCTAVI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP. XIIII

b Onifacius Benedictus gaietanus antea uocatus: qui per oẽs gradus dignitatis aſcenderat: uir doctrina & experientia inſignis: gibilinos ex arrogantia premendo animi optimas dotes deturpauit. Petrũ ac Iacobum Columnenſes eximia probitate uiros q; in obitu pontificum theſauros diripuiſſent: & in ſe libellos ſparſiſſent: calumniari nuſq; intermiſit. Hi celeberrimi Cardinales his & maioribus calumnijs laceſſiti ad nationes principes: reges de arrogantia & ambitione Bonifacij: q; contra omne ius incarcerato Cœleſtino pontificatũ ſurripuiſſet/ſcripſerunt: ſicq; cum tota familia columnenſium ad tutiora loca ſeceſſerunt. His Bonifacius citatis atq; contumacia beneficijs/dignitatibus/paternis opibus priuatis: Preneſte quo Sarra eorũ patruus fugerat/cruce ſignatis obſeſſum diruit. Sarra ut ab inſidijs euaderet: in nemoribus cũ latitaret: a Pyratis captus in triremi multa perpeſſus eſt. Bonifacio gibilinos inextinguibili odio ſic proſequẽte in Italia: Sicilia: Calabria: terra/marique prælatum eſt: cum pro quiete mortalium pontifex nullibi auctoritatẽ

Sarra card. dinalium patruus

Terremotus magnꝰ

suam interponeret. Terremotus horribiles pontificē reate cum curia morantē casulam et talibus in clauſtro prædicatorū licet hyems ſæuiret/habitare coegerūt. Cometes miræ magnitudinis & uagus auxit præſagia. Inter gelfos & gibilinos ſeditiones & prælia cū eſtuarent:

Iubileū qs inſtituit

Iubileū de centeſimo anno in centeſimū/q̄ plenariā delictorū remiſſionē conſequerent:qui limina Petri uiſitarent:Bonifacius inſtituit. Factiones ea tēpeſtate ut tectius nominari poſſent:ad albos & nigros trāſmutatæ eſſe dicunt:cū gelfi nigri/gibilini ꝯo albi tunc noiarentur. Florentini albos magna cæde ab urbe expulerunt. De hierofolymitana expeditione cū Philippo Francorū rege primo blandius eo renuente cōtumelioſius per minas Bonifacius egit. E tali pōtificis arrogantia rex ſuccēſus epiſcopū ſibi ſtolide cōminantē incarcerat:pōtifex incarceratū flagitat:& ſi rex cōtumacius ageret:iure gentium uiolato regnū ad ſedem

Albi:nigri qd ſignificarēt

Philippus rex Francorum

apoſtolicam deuolutū ſe pronunciaturū minat. Ne quis e regno Franciæ Romā adiret:aut pecunias mitteret:Philippus edicto cauit:inde Pariſius habito cōuentu Bonifaciū arrogantem ꝙ malis artibus ſit pōtifex/exprobat:ideo ſedem uacare cōcilio ſuadet. In generali concilio regnū Philippi Alberto imperatori quē ab initio pontificatus ſui reiecerat:Bonifacius

Sarra a Pyratis exemptus

ſubiecit. Philippus Sarram in portu Maſſiliæ cognitum a Pyratis redemptū in pontificem ſubornat. Seruili habitu Sarra italiam ingreſſus:& Anaginam clam nocte intrans adiuuantibus gibilinis pontificem in domo paterna fractis foribus captum Romam perducit. Bonifacius arrogans:imperatorū:regum:nationum timore magis q̄ religione inquietator:quinto & trigeſimo die in cauea dolore periit.

EPISTOLA SEXTADECIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri ordinum ductori fœlicitatem.

m Ilitem quē experientia & elegantia morū ſublimo: quod in acie effœminatiſſime declinauerint/irrides. Aliq̄n non milites/ſed imperatores:ſtolidi:inexperti:cauteque alas nō diſponunt/arguendi forent. Scipio qui Numantiā deleuit:cumprimū exercitū diuit:illum a mollitie:ſuperſtitione:gula:luxuria expurgauit. Cum conflictu Numantini emendata militia ceſſerūt. Senioribus q̄ totiens uictores Numantini tunc terga dediſſent obiurgātibus:ait unus de Romanis:Pecudes ſunt idem:ſed alius eſt paſtor. Milites atq̄ duces uincere ſoliti fortunę repētinos euentus:& grandia turbare ſcientes circa ſenſus & cordis penetralia crebro uacillant:ſed ſubridendo anguſtias & lachrymas occultāt. Alexander inuictus:& Macedones inſuperabiles tot prælijs uictores in ultimo Darij conflictu anteq̄ manus cōſererent:æque ac mors cunctis imineret:a Perſis ſe fugari flendo præſagiebat. A tali trepidatione fortuna illis gentibus fautrix:atq̄ regis imenſa ſtrenuitas potius q̄ propria uirtus Macedones formidine hebetatus exemerūt. Cæſar necnō Pompeius tot nationum domitores & eorū ducem exercitus cū e regione ſtarent:omnē uigorē in luctū fere cōmutarūt. Aſſidue deos:cognatā & uictricē Venerē Cæſar crebrius:Herculem inuictum Pompeius inuocant:& uotis & ſacrificijs quæq̄ numina ciebant. Turmæ & earū præſides hinc & inde ſilentio ueluti de magnis procellis ambigentes alternatim uter prior pugnā iniret/mirabant. Multitudo ante præceps/ante effera Italorū cruorē temere ſpargi debere aduertens ſibi inuicē miſereri cœpit. Oculi futurā pernicię uidētes ambitionē:& cædis inexpiabile uotum extinxerūt:ꝙ duo de ſumma rerū cœpiſſent altercari:& qui eorū ſuccumberet:amiſſa fortuna nec in ultimis oris locū habiturus eſſet:ꝓ gloria quorū tanta multitudo mori contenderet/luſus & alij ſenſus miſerabant:ipſi duo duces ueteris amicitiæ & affinitatis:ꝙ præclara ꝓ alterius dignitate uterq̄ geſſiſſet exercitus eiuſdē urbis ciues/cognati/amici & fratres eſſent:ꝙ illa gratiæ/intuituſq̄ eſſet ultima dies/effuſis lachrymis recordabant. Pompeius inter hæc ſociorū copias aſpectu attonitas contemplatus:ne mora timorē augeret:belli ſignū ſibimet exitiale protulit. Cæſaris tubæ e diuerſo ardentius ad cōflictū elato clangore acclamāt. Has turmas & præfectos ſine effœminatione exiſſe nec lachrymaſſe ſignum habemus:quoniā e tanta innumerabili multitudine cadentiū uox nulla:aut eiulatus

Scipio minor

Alexāder cum exercitu dubitauit

Cæſar & Pompeius

Signorū nomina

generoſitatis indiciū cū in faciem & in uulnera caderēt/auditi ſunt. Hiacynthe Aries in capite eſt aīal forte:a ſimilitudine illam partē cœli:quā ſol in decima uel undecima die Martij ingrediť/arietē dicimus:quia tunc ſol faciens nobis uer:& prolixiores dies quo ad nos fortificatur. Taurus in fortitudine arietē in duplo ſuperat:quia calor in ea parte cœli duplicať:ideo taurū cōtactum illum ſolis ſapiētes nominarūt. Quia etiā in geminis procedens æſtus geminať:ab effectu illos triginta gradus ſequētis geminos appellamus. Per hæc tria ſigna

Arietem:Taurū & Geminos:ſol eque diem ſicut calorē ampliauit:quia ꝓ in Cancro dies incipiunt abbreuiari:ac ſi retro ſol cederet:partē illam cancrū antiquis placuit noiare. Leo fortior eſt aīalibus:ſic ibi licet dies abbreuiēť:ex uigore ſolis cū oia aduranť:gradus illos triginta leonē nuncupam⁹. Virgines utplurimū mitiſſimas experimur:idcirco quia uigor ſolis qui in leone fuerat adurēs manſueſcit in uirgine:gradus illos uirginē & librā ſequētes ob æquinoctij æqualitatē appellamus. Scorpio doloſe ex cauda necat:quia in eo latēter frigus obrepit:illud ſpaciū ſcorpionis nomē aſſciſcit. Et quia in ſequēti ſigno ſole exiſtēte frigus ut ſagipta hoies perfodit/ſagiptarij denoiatio ſuccedit. Capricornū ſequentē partem dicimus:quia animal tale libenter aſcēdit:& ſol pariter ibidem augendo dies ad nos aſcendere uidetur. Aquarius necnon & Piſces ab imbrium & pluuiarū effectu dicunt.

BENEDICTI VNDECIMI PONTIFICIS SANCTITAS. CAP. XV

Enedictus uir ſanctus Philippū pœnitētia affectū in gratiā recepit. Cardinalibus

b a Bonifacio exagitatis ad priſtinas fortunas reintegratis Serram & cōplices pontificis captores prius citatos anathemate ſemp mulctauit. Inter hæc exules Florentiam ingreſſi:ad prædamq̄ inhiantes quid agendum eſſet:cum amicos conſultarent:hoſtibus in interitum ſuum armari/ꝓportunitatē cōceſſerunt. Multorū languentium cura/ac dæmonum eiectione Benedicti ſanctitas omnibus claruit.

EPISTOLA DECIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

g Allicas mulieres cū aduenis fabulari & cōuiuari:inter ambulandūq̄ & inter ſalutandū eoſdē oſculari/ut rem nefaſtam te cōperiſſe ſcribis. Pueri rationē & iudicia quī ignorāt/inſolita uidendo ut attoniti miranť:e ſua ſimplicitate & demētia quādoq̄ approbanda deteſtanť:ne talib⁹ aſſimileris cōſuetudines locorū cautius rimare. Galli mentis elatę in bonis rebus crediili:ſimplices:flexibiles boni cordis aperta fronte inimicantur:cōpatiunť:ſuas uel amicorū iniurias palam propulſant:ideo ipſi numinū cultores nulla ſtupra ſuſpicātes:aduenas exiſtimātes ſe tales eſſe uxores:filias:domum amicis arridere ac blandiri uolunt:īmo in hoſpitalitate ſegnes ut de ruſticis: ut de inciuilibus ac efferatis indignantur. Inhumani brutiſq̄ perſimiles ſunt:qui in tanta comitate cogitāt mœchari:hō em rationale aīal dicitť:quia non appetitu adulteriis:ſtupris:ſed ratione uti debet. Hæc gallorū hilaritas:comis hoſpitalitas e naturali regionis inclinatione non exprobari:ſed Babylonij mores turpiſſimi damnari debent. Laſciuia grandis babylonica Alexandrū cōtinentiſſimū & ſi hoſtes imineret:ꝓ quattuor & triginta dies cū exercitus ſaginatiōe atq̄ effœminatione detinuit. Babylonij tpibus illis cū florerēt:liberos:cōiuges ad magnos queſtus:& ad cętera luxuriæ flagitia hoſpitibus pretia cōferētibus aperte cōceſſerūt. Galli in religione præcipui ignes magis & tela perferrēt:& ſemetipſos potius q̄ hęc dehoneſtamenta paterenť/cōfoderent. Vxores babylonū conuiuia aduenarū adeuntes in inceſſu uenuſtæ:modeſtiſſimæ:ac bonorū morū poterant cenſeri. Quæ uino ubi incaluerant:nullæ meretrices circa deſuauiationes ac membrorū cōtractationes ueſtium euerſione:& in pernoctatione erant intēperatiores:matronale decus ſic bacchari:& laſciuius procari permittētes. Mulieres accepto precio cū hoſpitibus ſic cōmiſceri quæ cōuenerant:nō nocte/nō clam/ſed turba incedentiū & comitatu plurimo ad ſtupra coibant. Ludouice ſigna æquiuocantia cū planetis diuerſos in his inferioribus effectus agunt. Præmiſſa aīalia non ut elementū:ſcilicet ignis:aer:aqua:& terra unius excellentiæ ſunt:ſed ipſa inuicē ſuū poſſe ac naturas uariant:maſculina:fœmina:muta:uocalia:generantia:ſterilia:quadrupedia:rationalia ſigna quædam dicunť. Ex his alia fœlicia:alia combuſta:& quædam tenebroſa:& nōnulla infœlicia omnino ſunt. In negotiationibus ſcd'm rerū naturas ſigna fixa mobilibus atq̄ cōmunibus præferimus. Iſta ſigna in quibus planetæ ſunt/ita præferentur uacuis:ſicut corpus animatum inanimato.

Babylonij e laſciuia abominabiles

Signorū natura

CLAEMENTIS QVINTI PONTIFICIS TRANSLATVM IMPERIVM. CA. XVI

Lemēs natiōe uaſco Burdagalēſis epūs Bernardus gotto antea dictus:inter lites Peruſij pōtifex creať. Lugdunū gallia belgica ꝓfectus Cardinales ad ſe uocat:ſic e car

c dinaliū ꝓfectione curia romana in gallias trāſlata eſt:ibiq̄ q̄ttuor & ſeptuaginta annos magno cū chriſtianorū incomodo manſit:quia tēpla romana ſitu ac gentiū inſitia corruerūt. Coronationi pōtificis rex Frācię ac Carolus eiꝰ frater:& Ioannes Britanniæ dux cū

Pontifica tus in gal liam tranſ latus

Ruina reges cõfecit

interessent: Ioannes Britanniæ dux cum multis primatibus e muri ruina contritus est. Philippus debilitatus semper inde mansit. Clæmens ipse e fletu & tumultu attonitus / ab equo præceps in caput ruit. Parentalibus peractis Clæmens cardinales gallicos multos / ex Italia nullos pronunciat. Philippus siue auaritia siue maleficijs cõpulsus fuerit: iudæos cum uno indumento a prouincia abire iussit. Pontifex Italiæ motus cõprimere posse ratus Henricum

Factionũ principes in Mediolano

imperatorẽ ut pro corona infra biennium Romam adiret / cõfirmat. In Mediolano duabus factionibus sæuientibus Guido turianis & omnibus gelfis: Maseus uicecomitibus & gibilinis imperabant. Imperatori coronã ferream accipienti finitimę ciuitates se dederunt. Mediolanenses magnitudine impensarũ immurmurantes e germanis multos interficiunt. Gibilinis cædem in gelfos transferentibus turianos germani expellunt: qui Vercellas emigrarunt. Cremonenses & si gibilinos expulissent: ex eorum humanissima deditione imperator motus tm̃ muros ciuitatis secuit. Brixiani nemini se credentes relicta ciuitate ad montes cõfugiunt: quorũ urbs euersa est. Mantuani: Veneti: ac intermediæ ciuitates audita aliarũ calamitate paruerunt. Alberto scoto duce expulso imperatoris præfectũ Placentini intromittunt. Pontifex Henricũ in Italiam mittere motus est: quia in ciuitatibus & in unoquoq; exiguo castello cum mortales inuicem crassari affectarent: ciues boni: senes: fœminæ: infantes parietibus illisi necabantur: cum incendijs: iugulationibus: populationibus: & crudelitati quicq; aditus paterent. Imperator coronatus Romanos de more iurare coegit: inde proceribus epulum exhibuit: a quo se ursini abstinuerũt. Imperator cum inusitatum tributum exigeret: utriusq; factionis ciues ad Vrsinos iuere: nam ipsi ualidis præsidijs ædes munierant. Imperatorem inter balnea hetruria aiunt obijsse: cum monachus Florentinorũ præmijs illectus in sacrificio illum uenenasset. Imperij electores cum armis ad electionem concurrunt: & Ludouicus sine ulla sedis apostolicæ auctoritate se imperatorem nominans: atq; uicecomitum auxilio Romã adire protendens in Cisalpina ora inualuit. Vnde rebus ita fluctuantibus uicecomites Mediolano potiuntur.

Albertus scotus

EPISTOLA DECIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Laurentio militi fœlicitatem.

V inter otia & conuiuia laute saginatus qua fronte rigorem: abstinentiam militibus suadere audes? tu enim (ut audio) durus: imperiosus: in arduis nihil expertus

t

in umbra & inter mensas intumescis. Hos fastus a demẽtia emanatos quos sani homines exprobant / consulo extemplo exuas: Alexandrũ in rebus bellicis generosissimũ imitare: & illius acta cape in exemplum: qui suo labore & non maiestate militibus imperabat. Alexander q̃ ingenio & arte Persidis aditus suis apperiret anxius auios: & inaccessos montes duce captiuo qui ibidem pastor fuerat / primus ascendit. Exercitu tergiuersanti iter tam siluestre ex una structura uix patens: cum rami arbores connecterent: intrepide præcipitia / rupesq; exploratoris officio usus inuasit. Sicq; in malis præuius sospitem militẽ per iniquitates locorum in Persida ad regias opes in his penetralibus reconditas traxit. In eo transitu populatis late finitimis remotiores ciuitates aditurus intolerabili tempestate oppressus: sotijs pene deficientibus nihil riguit: sed strenue quæcunq; contemnens ulteriora discrimina superauit. Regio alia ad quã festinare præposuerat: solitudine & perpetuis niuibus obsita / squalore stipendiarios terrebat: qui cum (quod erat turpius) remeare murmurarent. Alexander suos effœminari indignatus equo desilijt: & pedes progrediens: ac securi glaciẽ infringens iter amplum expeditioni dedit. E generositate regis amici copiarũ duces & exercitus omnis erubescentes: ducem certatim imitantes spacioſum iter impedimentis egerunt. Principe ergo inde fatigato in malis præuio siluas & montes inaccessos emensi ad loca fœliciora tandem glorioſissime deuenere. Laurenti signa aliqua cœli fixa: mobilia: cõmunia: quæ ita homines disponunt / appellamus. Planetæ in fixis firmitatẽ: stabilitatẽ: securitatem omnium actionum & interrogationum significant. Cõmunia res quæ non possunt fieri solutiones: & res quæ in sęculo reiterantur: negotiorum negotijs accessum denotant. Mobilia celeritatem conuersionis in bonum uel in malum permutationes rerum denotant. In laudabilibus planetæ existentibus nuptias celebrare: ædificare: & fundamenta ponere consulimus. Cõmunia signa in participatione: fraternitate: in ablutione & missione pueros ad literas iuuant: & si quis tunc incarceratur / cito dimittit̃. In mobilibus nihil est durabile: conuenit in eis seminare: emere: uendere: peregrinari.

Alexãder magnus acer

Signa fixa cõmunia mobilia

IOANNIS VIGESIMISECVNDI PONTIFICIS PERSECVTIO. CA. XVII.

I Oannes uarius bifariam episcopatus diuisit: eosdem unit: & abbatias in episcopatus / episcopatus in abbatias transmutauit. Hestenses qui a Ferraria ecclesiæ præsidium expulerant: uicecomites in Ludouico sperantes: ac Ludouicum titulos imperij usurpantem execratus est. Genuenses gelfi Roberti regis auxilio gibilinos his diebꝫ ab urbe deturbarũt. Pontifex e discessu Roberti gelfos premi gnarus Carolum Francię regis Philippi filium gelfis qui præsidio foret / in Italiam misit: ipsi Vercellas cum turianis munierant. Galeacius uicecomes Caroli aduentũ præueniens imperatoris iussu a Vercellis turianos & gelforũ comitatũ submouit. Ludouicus Romã profectus: cleri populiq; mandato coronatus: Petrũ ordinis minorũ eruditũ: & ad res agendas pontificẽ aptissimũ creatũ Nicolaum quintũ appellat: qui Cardinales suis moribus persimiles uulgauit. Pisis ab imperatore dimissus comitis Bonifacij Pisani dolis ad Ioannẽ Auinioni uinctus: ductus in carcere obijt. Põtifex a curis Italiæ exẽptus in Saracenos traijciendꝫ impositis decimis præcepit.

Ludouicus imperij usurpator Nicolaus antipapa

EPISTOLA DECIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Mattheo aurato interpreti fœlicitatem.

V Douicus loquax & ardelio lepidus tamen ac comis: te Asianos una circumire:

I

formidare memorat. Effœminati hominis est mala quæ ignoramus: a uanis hominibus audita ac si uera forent / imaginari. Ipse Ludouicus qui mira simulat: feras & serpentes q̃ sint maiores / dicit: tantillulumq; garrulus audet: & semper inter hoĩes equus est. Diomedes & crudus Busiris aduenis exploratis cædibus / infesti ab Hercule mactati nõ amplius uiuunt. Nullum solum (testor deos) est Asiana tellure temperatius ac fœlicius non credamus Asianis: nostri quoq; idem prædicant. Vrbes celeberrimas regijs simillimas tempe rie: ingenio: ornatu: emporijs: stupendas (Bonifacio credite) uidebitis. Gentes illæ e fœlicitate oræ ingenioſæ: ciuilitate: comitate satius q̃ armis polent. Montanos in Asia & in quacunq; terra mansuetudinis immunes continue excipio. Saxa incolentes saxei: ni frenentur ex inopia & sterilitate acti pro uictu prædari fas esse putant: plana crebro adherẽtia qui populantur. Asiani ad bella innumerabiles ex ingenita timiditate / corporũq; imbecillitate modico delectu ab Alexandro & a Romanis domiti sunt. Italicis tamẽ insignibus nullos q̃is excellentissimos equiparamus: ipsi consilio: maturitate: uirtute: patientia: tolerãtia semper eminendo excellunt. In prosperis quoad stabilem uictoriam habuerint / nõ solent gloriari: nec in aduersis cito frangunt̃: efferatius multotiens qui resurgunt: uulnera: mortes: famem algorem: æstus: pestem: ac seditiones sustinent: & robore mentis: saluberrimisq; consilijs a calamitatibus euadunt. Matthee in his signis septẽ planetæ: scilicet luna propinquior: Mercurius: Venus: Sol: Mars: Iupiter: & ultimus omnium Saturnus hęc inferiora fœlicitate uel impedimẽto disponunt. In ascendente in medio cœli ac inter sua auxilia est omne sydus potens: & ad omne bonũ fortunat. Si ☿ planeta fuerit retrogradus: cõiunctus malis / uel inter malos obsessus sub radijs Solis: & alia impedimenta habuerit: natiuitates: interrogationes infortunat. Planeta infortunatus est ad similitudinem hominis infirmi. Retrogradus est ad similitudinẽ hominis proditoris. Combustus ☿ est ad similitudinẽ hominis captiui.

Aſiębo nitas

Italicorũ prestantia

Planetarũ fortunatio

BENEDICTI DVODECIMI PONTIFICIS SINCERITAS. CAP. XVIII

Enedictus censuras Ioannis in Bauariam imperij usurpatorem statim ratas affir-

b

mat: & iperio sic uacante indies cruentius hinc inde decertatũ est: quia unusquisq; etiam exiguus dominus rapere: iniuriari decorũ censuit. Mastinus scalę amplam ditionem his artibus adeptus Veronę ac auitis ciuitatibus Parmam: Lucam: Patauium per deditionem adiecit. Italiæ potentatus e talibus successibus turbati illum extinguere coniurant: sed Veneti illius quibusdam ciuitatibus absorptis ut Verona: Vicentia: Parma: Luca contentus foret / consulunt: quem penitus eradicare ne potentiam alterius in eorũ ceruicem augerent / destiterunt. Vacante imperio externos aliquos Italiam occupare. Pontifex uersus Luchinum uicecomitem: Ioannemq; eius fratrem archiepiscopum mediolanẽsem Mediolani: aliarumq; urbium quibus imperabant / uicarios constituit. Benedictus homo sincerus ui uel pollicitationibus a recti semita demoueri nunq̃ potuit. Bonos præmijs comitate fouens: malos hostili odio insecutus est.

Mastinus tyrannus

Luchinus uicecomes uicarius

EPISTOLA VIGESIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Mattheo aurato militi fœlicitatem.

Cercopitheci

X Asia si quicq̃ opto afferri: nullo rubore mandem/continuo rogas. Cerchopitecos & elephantes ingenio humano appropinquãtes uehi annuerem: uerum cum elephanti regia armenta dicantur: & nisi ex regijs thesauris duci possint: nihil nisi

Equi nobiliores

Ludouicũ nobilius animal sospitem redire opto. Media regio & Armenia in pascuis equorum alias regiones ut uiles consternunt. Herba in eo tractu luxurians equos longe magis

Hipobaton pratũ

reliquis oris nutrit & impinguat: ne in his pastionibus Ludouicum relinquas/ aduerte. Est ibi nobile pratum Hipoboton dictum a Persia: Babyloniaq; ad Caspias portas iter secans:

Equi nisi fuerint prestantiores

quod ut solitudo amplum quinquaginta equorũ millia in regijs campis pascit. Equi excellentiores nisi fuerint an adhuc sic appellantur/percuntare: ipsi optimi uirtute: proceritate: decore præstant: ipsi delitiæ regum censentur. E talibus armentis Persarũ reges & satrapæ omnes cum nihil preciosius putarent: sua præsepia redimire semper cõtenderunt. Ludouicum inter illas equas uagantẽ caue/ne obliuiscaris: & an sit omnibus equis præferendus/ uelis amicos admonere. Matthee ex his (quos diximus) planetis luna cuius circulus est terræ propinquior: in omnibus rebus est significatrix: ipsius sanitas & bene esse: necnon detrimentũ est

Luna in omnibus significatrix

sanitas & infortunium omnibus rebus. Ipsa a planeta in planetam ipsos pacificando uirtutem defert. In interrogationibus planeta cui ipsa iungitur: quid de prouentu rerum futurũ

Mali planetę

sit/portendit. Si fortunæ iungit bonum: si malo syderi/malum euentum significat. Mali planetæ sunt Mars atq; Saturnus: Sol est non in corde/sed per latiorẽ coniunctionẽ malus. Per augmentum ac lunæ decrementum in cerebro medullis hominum/bestiarum/ & in mari fit

In septimo mense natos

simile. In septimo mense natos qui cõmuniter cito moriunt/infortunat. Talis in nulla re firmus amorem/amicitiam habebit infirmam: piger in suis uilipensus erit. Illum assidue anxietates impedimenta mortalia excruciabunt. Dicitur q; in septimo mense natus quattuor & uiginti infortunijs quolibet mense infortunatur.

CLEMENTIS SEXTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP.XIX

Læmens eruditus: comis: perhumanus petentibus Romanis Bonifacij octaui legem ut plenam remissionẽ peccatorũ centesimo anno uisitantibus: apostolorũ limina (quoniam ætas hominũ iubileum centum annorũ attingere non poterat) in

Iubileum immutatũ

quinquagesimũ annum abbreuiari annuit. Nicolaus romanus ciuis/ publicus scriba Capitolio armis occupato ad eam auctoritatem ut nationes ad se alliceret/deuenit: & quo uellet

Nicolaus tyrannus

populũ Romanũ hac inscriptione usus flecteret. Nicolaus sæuerus clemens pacis iustitięq; tribunus: ac sacræ reipublicæ Romanæ liberator illustris: Italicis per legatos illius amicitiã petentibus intumescens: & ad unam partium declinans tyrannus nuncupatus est. Qui plæbis immurmuratione diffisus septimo sui magistratus mense mutata ueste in Boemiam fu-

Pestis pernitiosa

gît. A Carolo captus Auinionẽ ad põtificẽ missus maiestatis crimine reus uinculis coercetur. Pestis ea tẽpestate Italiã tã imaniter funestauit: ut eã e millibus hoim ut decim⁹ euaserit.

EPISTOLA VIGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ludouico amico fœlicitatem.

E animal: te nisseum equum suspicaris appellari: idcirco iratus amicitiam: cõsuetudines: prandia simul habita detestaris. Benignius mitesce: ne uana interpretatione examentia delyres. Quia e rebus friuolis semper suspicaris: te enim e nihilo ueneri: & libycos imitari recordor. Libyci littorales ex aduentu phœnicum aduenarũ formidolosi: de salutatione ac hospitalitate & sedibus figendis anteq̃ conuenirent: ex uno quoq; uerbo se decipi rati: quæq; leuia per cõsilia pensantes in hospites conuitia reiterabant. Tandem se una æquissima interpretari agnoscentes / cum aduenis de situ & amicitia hilarissime

Dido cum amicis a fratre au fugit

conuenere. Dido Sicheum cõiugem a Pigmalione interemptũ somnis admonita/amicis/pecunijsq; in unũ cõgestis e Tyro in Libyam nauigauit. Pœni aduenas expellere armant: cũ tantũ telluris quantũ corio bouino circundare possent/phœnices deprecant. Libyci ne illæ nationes quicq̃ noui molirent/ suspicãtes infremebãt. Phœnices ingenio & mercatura oẽs præcedere gnari de rei exilitate: atq; de omni uerbo longe ambigẽtes quid uellent: quid respõderẽt: aut quid exigerẽt/tumultuabãt. Afris petita iuramẽto affirmantibus de corio qd in minutissimis loris soluendũ erat: re patefacta ab utrisq; comiter de enigmate risum est: ac initis fœderibus cõuiuijs plausu officijs cõuenere perpetuo amicari. Ludouice psimile nos

quoq; agam⁹: si te aial appello/rõnale itelligo: si de asino uellem scripta itelligi/sine uerborũ uelamine te asinũ nuncuparem. Scripsi an Ludouicus sit oĩbus præferendus intelligo mortalibus. Mitte amplius de hac re fantasticari: ut initis conuiuijs ualeamus abintegro decentius fabulari. Si ab ædibus meis abstinebis/te agrestem censebo: & numidis quibusdam assi

Numidę quidam

milabor: qui inediæ patientes fugiendo uel sectando acres: & plærumq; aquã bibentes/ herbis pro pane uesci tolerant. Illorũ equi in tantis laboribus nullis blandicijs aut ordeis fouentur: sed tm quando q; iniquo gramine pascunt. Ludouice aliquantulum cum mercurio co-

Mercurio quõ inferiora disponat

municas. Mercurius sæpe est retrogradus: & combustus e sui natura cõuertibilis: cum bonis fortunat/cum malis est infortunium: & masculinus: fœmininus scd'm naturam coniunctionis. Ipsum maleficiorum: uiolentiarum: scientiæ: documentorum: scriptorum: computationis: mobilitatum planetam esse dicunt. Pluuias/uentosq; & si puer erit mutus an facundus: & magisteria gentium per eum scimus.

INNOCENTII SEXTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP.XX

Nnocentius integritate: cõstantia: sæueritate præclarus: beneficia moribus & doctrina pollentibus cõferens/oues a pastoribus tutius q̃ a mercenario custodiri sciens absentes ad beneficia remeare anathemate cõpulit: sumptus curiæ temperans

Lex

secum nisi honestum & probatum uirorũ famulatum habere uoluit: quã impensam a Cardinalibus imitati sunt: ipse suam ac sacerdotũ uitam esse omnibus exemplo asserens: auditoribus pallatij ne per inopiam delyrarẽt: salarijs institutis ab alieno cibo si edendi facultas fuerit ablata: famelicos nõ faciliter se abstinere posse prædicabat. In uita parcus: in sumptu bellico contra tyrannos effusissimus erat. Franciscus barocellus ciuis romanus opibus: cli-

Frãciscus barocellus

entelisq; elatus pulsis senatoribus tribunatũ his titulis occupat. Franciscus barocellus scriba senatus: dei gratia almæ urbis tribunus secundus: ac Romanus consul Clæmens pontifex Nicolaum a carcere ad hunc cõprimendum ut tribunatum repeteret/soluit. Qui urbem multoq; auxilio ingressus Barocellum transfodit: nec ipse in magistratu diu uixit: nam dum nobilitatem prosequeretur/expulsus in fuga iaculis traiectus est.

EPISTOLA VIGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amicis fœlicitatem.

E Ammone & oraculis consumptis quid sentiã/ ad uos altercantes scribere suadetis. Tempore quo Christus natus est: & parum ante oracula afflatorũ ue multitudo absorpta sunt. Delphicum oraculum præcipuum & minus fallax: e respõsisq;

Oracula euanuerũt Romanorum uaticinia

ad se concurrentium ditissimũ quasi se summo numini inclinaret/obmutuit. Romani etiam ante Christum oracula neglexerunt: libris sibyllinis: augurijs: extis & per hetruscas diuinationes in futuris sibi satisfacientes. Signa a sacerdotibus in sacrificijs collecta longe plus q̃ oracula dicta sunt conferre. Carthaginensium dux Hasdrubal contra Scipionẽ africanũ in-

Carthaginensiũ iurationes

uadendum Ammonẽ belli socium acciuit: quem Scipionis castra auro referta ab Hispanis pollicitationibus subornatis cremari posse admonuit. Ipsi sic concordes hominẽ probitate ac fide expertum ut transfugam copioso auro ad Romana monumenta mittunt. Scipioni sa-

Scipio sacrificans

crificanti periculum incẽdij imminere: portendicq; sacerdotes uticq; dixere: Imperator ignes scrutari liberiores extingui præfectis curiose iubet. Per plures dies cũ illa eadem signa protenderent: idem alibi castra metari ducibus suadet. Omnibus his presagijs stupẽtibus equitis Romani seruus Scipionis dubitationẽ intelligens: se omnia scrutaturũ & intima quæq; enodaturũ domino pollicetur & abijt. Reuersus ducum Pœnorũ proditiones / aurumq; & fidum ab his missum: ac incendia ab hoste expectari: & sic proditionẽ ex ordine hero: mox etiam Scipioni patefecit. Multitudo auara facinoris conscia iussu Scipionis occiditur: quæ auibus & feris insepulta relicta est. Amici Venus & Iupiter fortunæ Saturni ac Martis infortunia mutant. Venus q̃is nõ possit Saturni nodos omnino destruere: tamẽ quod Mars nodat/soluit. Est Venus planeta hilaris: gaudia/ iocos/ societates/potationes/uitia mittens.

Venꝰ quõ inferiora disponat

Mulierum ac iaciendi amoris: amicitiæ: societatis: gratiæ cum eis significatrix. Quæ Marti ob fornicationẽ & fœdum concubitum amicatur: ipsa mansueta: cantus: sonos: & simílem in uoluptatibus dat loquelam. Cuius retrogradatio Sole: in Capricorno: Aquario: Pisce: agit in hyeme pluuias. E sua retrogradatione in Ariete & Tauro augent humiditates.

VRBANI QVINTI PONTIFICIS BONITAS. CAP.XXI

Vrbanus Abbas uir ingentis animi necnon uirtutis: apud Vicecomites legatione fungens põtifex electus: ad urbem labefacta reintegrando aut uisitando ut æstus euitaret/est propediem reuersus.

EPISTOLA VIGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Parmesino aurato interpreti fœlicitatem.

a Rasmum hominẽ infidum/qui semper fuit summus delatorũ: ut exploratorẽ admones fugari. Quis ex longa amicitia & ex officio optimi amici tibi debeã: nihil tamen ut multi (suspicor) domus mea nulli insidiosa: quæ luculentis erudimentis fragrat/nullos delatores uereꝛ. Illi dolose uel a casu scisciꝛtanti more Scipionis Africani omnia solito more explanabo. Poterit addiscere: sacrificare: pœnitentiam agere: & nisi uoluerit mentiri (testor deos) si est delator/nihil aliud poterit referre. Hannibal in naufragio suæ fortunæ ab Italia a Carthaginensibus reuocatus: acceptis patrię exercitibus delectũ in Scipionem opposuit: prius tamen tres e suis ut hostium situm & stationes explorarent/ præmi sit. Hos cõprehensos de more aliorũ principũ noluit Scipio necare: quibus blanditus ut belicos apparatus & machinas: & quæcũq; penetralia cõspicerent: atq; ut per copias circumuagari possent/impunecq; abirent: & Hannibali acta referrent de se fretus mandauit. Parmesine sol est candela cœli: gubernator mundi: factor temporum. Per eum planetę orientales & occidentales apparẽtes occulti per eum omnia mouentur: nascuntur folia & fructus: & animalia crescunt. Signa cœli suo ingressu uiuificantur: & accipiunt cum terra uirtutem: quando ab his egreditur sicut corpus defunctum quod motum non habet/ipsa efficiunt. Alij planetæ ingrediendo & egrediendo signa idem agunt. Per solem est decursus aquarum: fiunt uenti: nebulę: pluuiæ. Planeta est bonæ uoluntatis: altitudinis: magnitudinis per aspectum bonus: coniunctione corporali quia aliorum extinguit claritatem/est malus.

Scipio Africanꝰ

Explo ratores

Solis potestas

GREGORII DVODECIMI PONTIFICIS REDITVS AD VRBEM. CAP.XXII.

g Regorius septimũ & decimũ annum uix attingens a Clæmente patruo Cardinalis creatus: nẽ e sua tenella ętate tam grauem dignitatẽ deturparet: sub Baldo iuris interprete summa humanitate: prudentia: uirtutibus incubuit. Qui postea pontifex Italiæ incendijs misertus de reditu uir sanctus excogitauit: cuiusdã episcopi uerbis etiã irritatus. Gregorio episcopus ille cur ad ecclesiam suam a pastore destitutam: lupis expansam nõ festinaret/sciscitanti ait: Cur tu summe pontifex exemplum cæteris daturus tuũ episcopatum raptoribus diu destitutũ nõ repetis? Ab his uerbis ut a stimulo cõcitatus: ne a gallis emolumenti gratia detineꝛet/alio se iturũ simulans nauigatione nimia offensus terrestri itinere hyeme Romã peruenit: cum per septuagesimũ annum in Gallias pontificatus permansisset. Incredibili pompa: acclamationibus: apparatu a populo romano recipit. Suo aduentu basilicæ: urbis mœnia: priuatorũ ædificia in ruinam proniſſima reficiuntur. Gregorius moles urbis exesas mores ciuitatis absentia bonorũ ferales matura restauratiõe erexit. Italiam pacificare cupidus: Florentinos ne cõditiones pacis detractaꝛet/admonet. Ipsi Gregorij potentatum sic augeri timentes cum Bernaboue ab atauis hoste conueniunt: & pollicitationibus nonnullos ut ab ecclesia in partes suas deficerent/ alliciunt. Suis uotis fortuna aspirante consumelioſius pontificem adoriuntur: sacerdotes ui & minis spretis interdictis sacrificare adigunt. His artibus & inurbanitate pontificis delectum in se cierunt.

Pontificatus Romanus

Bernaboꝰ

EPISTOLA VIGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Tristano pincernæ fœlicitatem.

a Philosophis & a medicis nõ a religioso generationes explorandæ sunt. A uigore/uirtuteq; cõplexionis generatio uariat: nec in talibus adhuc certis limitibus prolem bene impartimur. Fœminæ acres in quinto & quadragesimo anno generare desistunt: citius sæpe debiles: ultra ꝟo raræ ex optima complexione generãt. Albertus alamanus ait: q; primogenitus cuiusdam fœminæ in ultimo suę matris partu quadragesimum annum iam exegerat. In sacris uoluminibus de Helisabet & Sara in senectute prolificanti/ bus: & alia mira diuinitate fauente dicunt. Homines quousq; prolificare possint/uariamus generosus illos ad septuagesimũ usq; annum: quidam q; nisi ad sexagesimũ generẽt/firmius aiunt. In rex sexto & octogesimo anno Masanissam regẽ Numidarũ bellatorẽ acerrimũ historiæ gene/

Generatio quousq; sit

Masanissa

rasse tradunt. Masanissa ad cuncta fortunatus: & fœlix qui regnũ paternũ a Carthaginensibus Syphacecq; ereptum Romanis concors ampliatum recuperauit, Numidas segnes sub diuo in terra quiescẽtes: herbas edentes ad agriculturam mansuefecit: latrocinari solitos ad bella instruxit. Nullos hostes relinquens inultos: Syphacem a bello declinantẽ propria manu bello captiuauit. In prælio confossus: ac cruoris effusione imbecillior effugientẽ ex acie Hannibalem ferme cõprehendit. Ingentes thesauros: exercitũ induratũ: Numidas ante segnes/expertos agricultores/aut iam in militia instructos reliquit. Qui procerus & robustus ad extremam usq; senectutẽ bellis intentus permansit. Viuacitatis ac fortitudinis signũ est: quoniã sine ephipijs equo insidebat. Qui nonagenarius quatriennẽ puerũ humanis rebus functus reliquit. Tristane Mars est planeta uictoriosus: destructor: iratus: interfectiones: litigia: rixas ac mortes diligit. Ille cuius suæ natiuitatis est dominus: est leuis: infortunatus: stultus: nõ patiens: ira forti cito irascitur: totum cor suum exponit in rebus agendis: nõ manus retrahit: incipit bella: mouet prælia: destruit: populatur. Est obliuiosus: modici intellectus: diminutus in sensibus: nec rerũ fines cõsideꝛat: latrocinari: furari: itinerantes aggredi: comburere: & ad deteriora inclinaꝛ. Mars si est dominus alicuius natiuitatis: & non habuerit aspectum cum Ioue/aut Venere/interficit: destruit: & talis infœliciter natus cito moriꝛ.

Masanissa sine sella equitabat

Mars in feriora quõ disponat

VRBANI SEXTI PONTIFICIS PERSECVTIO. CAP.XXIII

Vrbanus Barensis episcopus/natione Neapolitanus in absentia a dissidentibus eligitur. Clerus & populus Romanus defuncto Gregorio ad Cardinales cõcurrunt Italicumq; pontificẽ eligant: christianã rempublicam qui Romæ residendo curet/ conclamant. Pontifice absente urbem: Italiamq; a tyrannis & a seditionibus uastari: templa squalore/situq; neglecta collabi: Romam proficiscentes cum uiduam: pontificalem sedem: Cardinalitũ titulos: sacraria martyrũ in pecudũ tuguria uersa labefactari: & lustra ferís fieri uideant: tantæ urbis affectum postponunt. Si Petrus relicta patria diuino nutu Romę moratus est: pontifex illam sedem nunc sublimioꝛẽ tenere potest. Locus a Petro circa martyrũ cruorem: confessorũ: pontificum cineribus insignis celebrior factus est. Quę omnia tam præclara si Italicum pontificẽ nõ eligunt: cõsternari predicant. His rationibus Cardinales perbenigne nutu dei se omnia acturos respondent. Tredecim galli e suo gremio gallicum: quattuor Italici Italicũ eligunt. Inter gallos inuicẽ discordes Bartholomeus/inde Vrbanus sextus nuncupatus emersit. Electionem a gallis factam: cum Romani ui & armis calumniarentur/cardinales populum formidantes exarato conclaui diffugiunt: sed deinde pœnitentes redeundo Vrbanũ cõfirmant. Vrbanus cardinales ut a muneribus manus immunes seruarent/admonet: seueritatẽ pontificis qui nõ tollentes inuicẽ discedere cõueniunt. Galli inimquitatem caloris accusantes ad temperatiora latiua abire posse/a pontifice indulgẽtiam petunt. Vrbanus tales machinari gnarus ut gratis officia impartiant: fastum/pompam/famulatum: equos temperent: quoniã reditus tali luxu absumpti pauperibus/basilicisq; nõ suppeditarent: & si obstinatius errarent: apostolicam indignationẽ se passuros asserit. Cardinales galli & qui in obitu pontificũ bona ecclesiæ expilauerant: aut qui pro arbitrio imperauerant/diffugiunt. Vrbanũ falsum pontificẽ ui magistratũ occupasse aiunt. Octo Cardinales Italici Ioanna regina fauente Gebenensem cardinalem in pontificẽ quẽ Clementẽ septimũ appellant: schisma sic oriri nihil existimantes eligunt. Principibus utrisq; fauentibus Italia pro electis decertat. Veneti a Genuensibus mari/terraq; attriti: pace nihil salubrius rati Genuensium captiuos Crugiam ad suum præfectum mittunt: quas leges ipsi daret accepturi. Genuenses e cõsuetudine uictorũ superbiẽtes supplices Venetos nisi se & omnia dederint reijciunt. Qui hostiũ arrogantiã in desperationẽ cõmutantes: tuendæ patriæ officiũ unanimes capescunt: & quẽ etiam rebus suis præficiant/inuicẽ cõsultant. Diu ancipites cum ambigerent: uocem ex incerto auctore Pisanum idoneum fore audiunt dicentẽ. Auspicio inhærentes illum captiuum eductum classi præficiunt. Genuenses captis munitionibus urbem cum ingredi uellent: Ioannes barbaricus lembis eos repulit: triremibus in æstuarijs permanentibus longius progredi nõ poterant. Theuthonicũ quendam tunc Bombardam comperisse ferunt: a quo inusitato fragore Genuenses perterriti cessere. Ante portum Crugẽsem duæ naues onerariæ obrutæ Genuẽsibus ne suas naues educere possent: iter adeo ut in media deficerent/incluſere. Carolus e regno Vngariæ ab Vrbano ut de Ioanna regni regina ulci/

Veneti Genuenses dissidentes

Bombarda quando reperta

Carolus sceretur: in Italiam magnis copijs descendit. Ludouicus Andegauensis a regibus Franco-
auxiliaris rum originem ducens: inter hæc cum triginta millibus equitum a Clæmente antipapa im-
pontifici pulsus Italiam ut Vrbanum pontificem deijceret/ingreditur. Verum Ludouicus in itinere
Ludouico attritus in Hetruria morit: cuius milites bini/terni ue mendicantes in patriam uix rediere.
Vrbanus Niceriam profectus e septem Cardinalibus q̄ cum antipapa sentirent/ incarcera-
tis quinq̄ mari demersit: Romam post annuam peregrinationē reuersus nouem & uiginti
Cardinales creauit. Ipse hō rusticus: inexorabilis nullis lachrymis gentiū est defunctus.

EPISTOLA VIGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Scamandro artium aurato interpreti fœlicitatem.

Aristoteles philosophus præclarus

a Aristotelem consumatissimū philosophum qui acta de eius codicibus ignoras/ te-
mere barbarū appellas: sicq̄ prestantiam/elegantiamq̄ uiri minime dimensus er-
ras: quia uir ille eximius nihil quod esset in natura arcanum uel rationale/ ignora-
uit. Philippus rex illustris & sagax Alexandrū e natis unum Aristoteli discipulum traditu
rus prius ita scripsit: Natum mihi filium lætor: sed tanto plus iocundor: q̄ temporibus tuis
editus te in magistrum habebit. Barbaries si qua eius inuenustat uolumina: non ab ipso fa-
cundissimo auctore: sed ab imperitis procuratoribus mendæ emerserūt. Aristoteles ultima

Theophrastus

īminente die Bibliothecæ necnō & scholæ Theophrastum præfecit. Ipse pariter Theophra
stus auctor inclytus in ultimo uitæ limite sibi Neleum hæredem scripsit. Neleus hos codi-
ces sepsim translatos recondit: successores eius ineruditi neglectu quodam his monumētis

Peripatheticorum ciurnitas

gradatim potiti sunt. Regibus attalicis Bibliothecam in Pergamo ciuitate illustri co genti-
bus libros undiq̄ explorando: horū librorū possessores: regum potentiam cum uererentur/
territi codices infodiendo e segnitie eos uitiarunt. Hac ratione Aristotelis & Theophrasti
eruditissima monumenta diu in latebris abdita: a tineis/humiditateq̄ sunt antiquata. Hæc

Apelicon theius

iam e longa dominorū insitia Apelicon theius magno precio emit. Apelicon ineruditus cor
rosiones & uitia interpretatus uolumina scd'm se transscripta erroribus referta tradidit. Ad
hanc Apeliconis editionē cum latitarent: ob librorū penuriā Peripatetici rite nō poterant
philosophari. Posteri sollertius lucubratis fallacijs notas barbariemq̄ Apeliconis cōsenta-

Iupiter

neis rationibus absterserunt. Scamander Iupiter æqualis bonitatis: intellectus: pietatis: for
tunæ per aspectum atq̄ coniunctionē significator est bonitatis: castitatis: meliorationis: le-

inferiora disponat

ges & sinceritatē dirigit: populat': & nō destruit. A Saturno abhorret: naturam eius & ope-
rationes prohibet. Nulla in mundo utilitas: nisi p aspectum eius potest haberi: Per eum cla-
rificatur aer: flant uenti: salutiferę pluuię fiunt: infirmitates ac mortalitates īminuunt'. Puer

Iouis

in nono mense qui Iouis est/ab angustia & tenebrositate uteri ad aerem exit. Ille cuius est do
minus natiuitatis/est formosæ apparentiæ: compositæ personæ: mansuetus: fidelis: compo
situs: legalis: pius: ostendit bonitatem: prohibet malum: adiuuat: ac pauperes gubernat: ue
ridicus in dictis & gestis: boni solatij: bonorum morum: ueræ amicitiæ: sine fraude comple
tus: in toto corpore sanus: in operibus suis fortunatus: qui amat iudicare.

BONIFACII NONI PONTIFICIS PERSE CVTIO ET SCHISMA CAP. XXIIII

b Onifacius Neapolitanus in trigesimo anno pōtifex in tam florida ætate adeo san
ctissime uixit: ut turpitudinis nihil sibi obijci posset: & iuuentutem cum senectute
cōmutasse creditū est: populi Romani potentiam & magistratus omnes ante nu-
tantes ad sua uota transtulit. Molem Adriani ac pontes ut tutius Italia fremente præsideret/

Galeacius florētinos premebat

muniri iussit. Galeacio uicecomite Florentinos ad exitium usq̄ premente ciuitates repenti-
nis defectionibus studebant: quæ cum externū militē conducerent siue uincerent: siue suc-
cumberent: a barbaris secedētibus populabant'. In tanta barbarorū tyrannide Italici segnes

Albricus Italicos instruxit

ab armis iam desueti Albrici uirtute excitari cœperunt: & ea assidua induratione & experi-
mento armari. Prius sopiti britannos: theutonicos: anglos: gallos: hispanos: sæpe etiam Sa
racenos ad Italorum erumnas collato stipendio cierunt. Ab isto inclytissimo duce Albrico

Sfortiani Brachiani Ludouico dictator

Sfortiani/brachianiq̄ originē ducētes sua probitate sine externis exercitibus Italiam rexe-
re. Sfortiani astrum maius ac Italicū decus diui Francisci fortuna: strenuitate: & optimis au-
spicijs Mediolanū & insubrium potentatū diuina clæmentia tenent. Ludouicus diui Fran-
cisci natus: paternis uestigijs inhærens e sua generositate a populis adoratus: urbium nunc
dictator nō posset moderatius gentibus satisfacere: aut æquius iubere. Ipse fœlix ciues fœli

citate irrorat: ipso præsidente nos eius beatitudine/prudentiaq̄ irrigati: nec bella: nec sedi-
tiones: nec prælia aut pestilentiā sentimus. A talibus exitijs ego Bonifacius quinquagena-
rius ante ipsum Ludouicū nō recordor Italiam exemptā. Peste: tumultu: prælijs ante ipsius
dictaturā latiū in aliqua parte cōtinuo labefactatū nusq̄ uacauit: & quandoq̄ hæc tria mala
quasi ecōposito ut ira & ultio deorū simul iuncta ueluti grando sata: ita urbes & regna ure
bant. Summe deorū Ludouicū hunc Augusto cęsari & Traiano simillimū ad omnē beati-
tudinem: e qua nos ditamur: & ad salubria uitæ præsidia dirige: ut eo superstite in hac sua
ætate aurea uiuentes inter otia iocundi saginemur. Rebus ita tumultuantibus Clæmēs an-

Petrus luna antipapa

tipapa morit: cui Cardinales schismatis auctores Petrū lunam Auinione sufficiunt. Bonifa
cius inops ne ipse egestate cū ecclesia tyrannis succumberet: beneficijs ecclesiasticis primus

Annatam quis primus instituit

Annatarū usum imposuit: scilicet ut ille qui beneficiū ecclesiasticū cōsequeret': dimidios an
ni prouentus phisco apostolico persolueret. Galeaç uicecomes quē pontifex Florentini &
potentatus omnes timebant: comete ipsius principis fatum protendente obijt. E tanti prin-

Galeaç expirauit

cipis obitu tyranni hincinde scaturiētes Italicas calamitates uehementius ingeminarūt. Ci-
uitatum primates exercituū ductores sponsionibus: dolis: largitionibus: incursionibus do

Gelfi Gibilini

minia acquirētes infestissime inuicē congrediunt': gelfi & gibilini quorū funesta seditio du
centis annis antea armis ciuilibus Italiā attriuerat: tantillulū sopiti ad grandiora incēdia etiā
p Bonifacij mortē uiolētius irritant'. Supstitiosus sacerdos albos introducēs/ illis tpibus ap

Sacerdos alborū introductor

paruit. Presbyterū illū alba uestę indutū ex alpibus in Italiam cū hoim multitudine descen-
dentem utriusq̄ sexus multitudinē qui in sententiam suam traxerat/sanctum crediderunt.
Comites linteis albis induti sine discrimine mares atq̄ fœminæ: rustici: ciues: serui una per
mixti: ceu pecora passim dormientes: per uicos palam uentri satisfacietes/aperte epulaban-
tur. Sacerdote crucifixum præferente: atq̄ ob hominū errata illum illachrymasse asserente/
turba supplex cōclamans ueniam cōmissorū poscebat. Cum laudes beatæ Mariæ uirginis
hymnis mellifluis cōpositas cōcinerēt/ nihil illis erat amœnius. A Cisalpina ad Hetruriam
usq̄ sanctitatis opinionem augens plæbem: principes: episcopos in suam sententiam traxe
rat. Sacerdos iste longa peregrinatione fessus: ac ad sanctissima apostolorū corpora se iturū
fassus Viterbij substitit. Bonifacius dolum subesse ueritus: qui hominem comprehenderēt/
destinauit. Qui quæstionibus ac supplitijs affectus: secq̄ pontificatum appetere cōfitens/in
ultionem simulatæ fraudis est aductus.

EPISTOLA VIGESIMASEXTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Hiacyntho fratri strenuo militi fœlicitatem.

m Ilitis garrulitatē ac iactantiam risi: illumq̄ ne suus imperator uir bonus/expertus
sagax: in singulis maturus: cū stolidis quandoq̄ seuerus irascat'/corripe. Cum te-
mere dissona iactaret: tu ꝯo & strenuissimi comites silerent: Antiochum adhuc su

Antiochus rex

perstitem aut illum reuixisse meditabar. Antiochus in quiete gentiū ac diuinitatis ex inna-
ta arrogantia neglector: superbus: imperiosus si distabat: formosi & aurati exercitus iactan
tia hostes tollebat: in acie cū nihil esset effœminatius/equū semper primus in fugam cōcita-
uit. Ipse leuis ad mutationes: facilis ante tubarū clangorē fugam meditatus palluit. Roma-
nis primo etiā paucissimis & longe imparibus hominis imbecillitatē sciētibus/ circa tempe
finitimos obsidens cessit: cum ipsi exiguitatem suarū copiarū magnis undiq̄ incendijs ut a
multis editis occultarēt. Antiochus tumultuans re inexplorata illos pusillos legiones roma
norum esse uerítus: hyemem instare causatus: ac castra soluens Chalcidem hyematū appli-
cuit. In hibernis iā grandæuus molem belli oblitus formosæ iuuenis amore correptus/in uo
luptatem nuptiarū arma cōmutauit. Veris tēpore exemplo ducis milites lasciuiores segni-
us torpere: & sic tempora incassum amissa cōperit. Qui pœnitētia ductus: & ad omnia præ
ceps & imaturus: cū singulos ut timidos inculparet: & una die multo tēpore attrita ac exesa
obrutaq̄ emendare uellet/succubuit. Sui exercitus apud Nionensium cladem audiens col-
lapsus animo deos sibi aduersari: & cogitatus suos infringere prædicans: ante hostium ad-
uentum Cherronesum frumēto: armis: machinis: pecunijs cōfertam: cū posset tanta monu-
menta exportare/reliquit. Scipionis regis discessum admirati cursim neglectas opes & pre
sidia occuparunt. Postea regnis q̄plurimis amissis scipionibus & reliquis cōciliatus cœpit
iocari: scilicet Romanis debere: quoniam & si multū imperij ita pariter plurimū laboris ad-

Saturno quomõ inferiora disponat

emiſſent. Hiacynthe Saturnus eſt planeta ſenum: uiſlium perſonarũ cõtentionis/anxietatis/triſtitiarũ: longarũ infirmitatũ. Qui cũ in natiuitate alicuius dominat̃/ talis erit inuidus: longam tenens iram: pauca loquens: ſolus ſeparatus degens: ſociari aſpernatur. Rudis intellectus: bonæ memoriæ profundat̃ in cogitatiõibus: ipſe timidus: proditor in rebus antiquis: & necromantia cogitat. Cum ſit uilis/ædificare: plantare: ſeminare: populare diligit. In inceſſu ponderoſus: non iocatur: ſterilis: ac neglector mulierum eſt. Cuius negotia magis ad damnum q̃ ad utilitatẽ ſuam ſunt. Impeditus in loquela: nõ poteſt ſuſtinere malum: in ſuis profundis cogitationibus ſemper timet.

INNOCENTII SEPTIMI PONTIFICIS PERSECVTIO ET SCHISMA. CAP. XXV

Viceco mitũ ia ctura

Nnocentius Sulmonẽſis eo tẽpore q̃ Ioannes Galeaç duobus filijs Ioanne Maria: & Philippo Maria ſuperſtitibus relictis obijt: & quinq; & uiginti ciuitates a uice comitibus defecerũt/præfuit. Pontificis ſegnities rebus ita tumultuantibus hac ratione damnata eſt: nam in cardinalatu ſummis rationibus prior; pontificũ timiditatẽ exprobrauit: ſcilicet q; ſchiſma eorũ diſcordia extinguí nõ poſſet/arguebat: ſed poſtea pontifex illum admonẽtes aut talia dicẽtes cœpit odiſſe. Romani inuicẽ iuncti libertatẽ: capitoliũ: põtem æmiliũ: arcẽ Adriani ſibi ab Innocẽtio petunt reſtitui: bella: ſeditioneſq; extinguí: gallorum rege p̃ eccleſia maieſtatẽ ſuã interpoſiturũ pollicẽte: Innocẽtius Romanos his rationibus cõclamantes ad Ludouicũ tanq̃ ad carnificẽ miſit. Ludouicus duodecim talia petentes præcipitauit: ſchiſma: ſeditiones ita tolli aſſerens. In ultionẽ temeritatis Ladiſlaum regẽ Apuliæ ut Ludouicus plecteretur/urbs accerſit. Inſuper populo fremente pontifex & maleficus Viterbium cedunt. Expugnatis urbis munitionibus moles Adriani dumtaxat populos reſtitit: qui interim pontifici ut rediret/cõciliatus eſt. Innocentius homo comis: blandus: iuriſperitus lepore dicendi alijcere: quos uoluit/caluit.

Ludouicꝰ carnifex

EPISTOLA VIGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Baſſino uati fœlicitatem.

p

Adum fluminibus uos ratiõis expertes: & quõ ſit orbis ſitus ignari præfertis. Nõ quia me exiſtimem e meo arbitratu/ſed p̃ geographoꝝ auctoritate lites uel potius tumultus ueſtros diſcernã. Duo amnes in oriente p̃ſtantiores: reliq̃s ibidẽ recipientes: Ganges in inclyta regione & Nilus e meridie fluunt. Ganges triginta aut quadragin ta: uel (ut alij uolunt) centũ ſtadiorũ in latitudine noſtros torrẽtes ſua amplitudine ſuperat. Alexandri exercitus quæq; mala ſuperare ſolitus flumina modo lembis/ modo utribus quitranare cõſueuerat: Gangem oraculis p̃hibitus horruit. Nullis precibus: nullo uigore: nulla ſuí principis maieſtate aut cõtione ad traj̃ciendũ potuit p̃ſuaderi: cũ eregione in oppoſito margine elephantorũ uis & innumerabilis multitudo in armis ſtreperẽt. Hunc in magnitudine Indus: a quo India appellat̃/ſubſequit̃. Tertius eſt Danubius Europæ: qui etiã Iſter nõ remotius a fine noĩat̃. Nilum qui æquinoctialẽ & circulũ cancri interſecat/cunctis rectiorem quartũ affirmamus: quẽ etiã cũ e nullis fluminibus (ut creditur) intumeſcat/primũ obſtinati p̃nunciãt. Aduerſus Indum: Gangem & Nilum nauigat̃: in quibus eſt ubertatis exceſſus: terræ ſteriles: ſolitudines inamœnæq; foret̃: niſi in æſtiuo/ hiberno q; tpe ad ſerendũ irrigant̃. Cũ in illis oris ſint duæ hyemes & duæ æſtates: hyems par æſtati fruges habet. Aqua horũ fluentũ longos tractus ambiens a ſole decoquit̃: ideo ad nutriendũ ſata: & ad aeris tẽperamentũ eſt ualde ſalubris. Aer e uapore eleuato udus tẽperiei p̃pinquus mulcebris eſt: & terræ quæ alias aduſtæ forent: fœcundæ & nutriẽtes irrigatione fiunt. Ab his aquis e tali longa terraꝝ decoctione humidũ: crudũ: inſipidũ exalat: bonũ: ſuaue ad nutriendũ digeſtũ ſupereſt. Horũ fluuiorũ piſces & aĩalia ſunt cæteris maiora. In Thebaide regione Aegypti & in Meroe uſq; in Syenẽ quæ ciuitas Aethiopũ eſt limes: ſi pluuit/ p̃ oſtento habet̃. In patalena Indiæ ora ad Hydaſpem amnẽ uſq; pariter nõ pluit: ſed ibidẽ irrigationes & aer udus plenę telluri ac hoĩbus ne a ſole aduranť/ſatiſſaciũt. Baſſine lunã frigidã & humidã: Mercurium uariũ: calidũ & ſiccũ: Venerẽ frigidã & humidã: Solem calidũ & ſiccũ: Martẽ calidũ & ſiccũ: Iouem tẽperatũ: Saturnũ frigidũ/ſiccũq;: & ſydera talibus planetis in colore ſimilima talia in uirtute eſſe dicimus: caue tamẽ quoniam in cœlo nõ ſunt actu qualitates/ ne deciaris. Si corpora illa/ſolq; tangi poſſent/non urerent: non infrigidarent: aut humectarent: ſcilicet quia hæc aſtra non ſunt ita actu/ſed ſcd̃m uirtutẽ. Si q; in unoquoq; mixto quattuor

Ganges & Nilus amnes

Indus amnis

Danubiꝰ amnis

Nilus amnis

Aqua longe fluens ſalubris

Regiones in quibus nõ pluit

Planetarũ qualitates

Elementa quõ ſunt in corpe

ſint elementa/teſtamur: non actu/ſed ſcd̃m uirtutem illa ineſſe credimus.

GREGORII TERTIIDECIMI PONTIFICIS FERVENTISSIMVM SCISMA. CAP. XXVI

g

Regorius natione Venetus ueluti ante electionẽ cũ aljs p̃miſerat accitis notarijs ſe iterũ execrationibus aſtrinxit. Innocẽtio defuncto q; ad quẽ pontificatus perueniret: ad ſchiſma & inobedientiã & mala p̃ Italiam tollenda ſtatim a magiſtratu ſe abdicaret: atq; antipapa ſi idem faceret/cardinales iuramẽto cõuenerant. Innocẽtio in extremis uitæ laborante cũ rex Franciæ infirmaret̃: Galliæ principes Auinionẽ ad Petrũ lunam Benedictum tertiũ nuncupatũ ſupplices ut labenti eccleſiæ occurreret/peruenerunt: illiq; ſi opus ſit/ſe abdicet: perſuadent: in cõclauí ab omnibus cardinalibus ita iuratũ aiunt. Gallos & Italos heroes his duobus abrogatis ut alter quicunq; eligeret̃: pater omniũ pontifexq; foret/conueniſſe prędicant. Petrus annuit tollendi ſchiſmatis opus ſanctiſſimũ eſſe: ſi in loco tuto pontifex eligat̃: & antipapa cederet/fatetur. Inde principũ acceſſum ad ſe in ędibus armis & comeatu munitis per aliquos menſes obſeſſus: per Rhodum in Cathelonĩam patriã ſuam triremibus enauit. Pontifice defuncto cardinales de oportunitate loci inuicẽ altercantes prius euagati: iterũq; cõueniẽtes Benedictum & Gregoriũ priuantes: Gregorio abſente Alexandrũ quintũ pontificẽ creant. Ladiſlaus expeditiones improcinctu habẽs Romanas opes incurſionibus aut expugnatione diripiẽs/urbemq; ingreſſus plene dominat̃. Sed Paulo urſino põtificis duce ſupueniente Columnẽſi factione debilitata Neapolim remeauit.

Galli principes

Petrus luna antipapa

EPISTOLA VIGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Comiti Spoletino fœlicitatem.

a

Maçonũ hiſtorijs in quibuſdã aſſentio: fœminæ a natura q̃ uis imbelles ſint: exercitio ſi induranť/in acie feruẽt. Indi reges in bellum aut in uenationẽ ſi egrediunť armatarũ mulierũ caterua circũfuſi uiros longius arcent. Hę mulieres equos: currus: aut elephãtes equitant: & cũ ſuo præſide militant: & nõ eſt mirũ ſi illæ uiris præualent: a calore regionis eius frigiditas ad uirilitatẽ cõfortat̃. Amaçones Caucaſum montẽ colere/ proliſq; gratia ad Thermodountẽ amnẽ p̃ duos mẽſes deſcẽdere: reuerſaſq; agriculturæ ac in alendis equis uacaſſe auctores ſcribũt. Pompeius in Aſianis bellis Luculli ſucceſſor Albanorũ & Iberorũ ultra decẽ millia Mithridati auxiliaria cõfecit. Milites a defunctis ſpolia trahentes/peltas & cothurnos Amaçonũq; geſtamina: ſed corpus nullum muliebre inuenerunt. Has fœminas regna occupaſſe: ciuitates cõdidiſſe: niſi mulieres uiros/ hoĩes fœminas effectos concedamus: Strabo detractat. Has tñ Amaçones in montibus qui ſupra Albaniã in radicibus Caucaſi ſunt/habitare: in arationibus & cultu: in alendiſq; equis operari: e quibus robuſtiores in equis uenari: bellaq; exercere contendunt/aſſerit. Hæ ab infantia dextrã mamillam inurunt: iaculis: arcu: ſecuri: pelta: atq; galeis e ferinis pellibus utunť. Veris tpe montẽ proximũ e uetuſto more cõſcẽdentes ſacrificant: & prolis gratia cum Gargarẽſibus inter tenebras coeunt: enixæ fœminas alunt: maſculos ad patres mittunt. Comes Spoletine planetarũ poſſe: ceu priſci patres p̃ rationes tradidere/libauimus: at quia niſi principes aut heroes ſuarũ natiuitatũ inſcriptiones habent in manu: nõ exercitata: inopes quõ per lineas ſui ortus planetas aliquantulum cõprehendere poſſint/adiungamus. Aduerte q; per lineas manus nõ omnino e ſincera ratione/ ſed longo experimẽto quando q; uera cõiectari poſſumus. Quotiens lineę tales recte: cõtinuæ: eiuſdẽ latitudinis per totũ decenter late atq; profundæ: bene & nõ nimis coloratæ ſunt: bonã cõplexionẽ: ſanitatẽ: longitudinẽ uitæ: ingenium: ſecuritatẽ: audaciam ſignificant. Contrarię cõtrarias diſpoſitiones habent: ſcilicet q; talis ſegnis: torpens: optata ad finẽ raro perducit. Ex optima manuũ liniatione fauſte proꝰnoſticamur: quia ſi uirtus informatiua in extremitatibus: de quibus nõ eſt curandũ/fuit dearticulando potens: fortior in membrorũ dearticulatione extitit: ut in corde: cerebro: epate: & in cæteris interioribus: quæ bñ diſpoſita longæuos & gratos pronoſticant̃ fore hoĩes.

Mulieres preliantes in India

Amaçones etiam prælianť

Lineę manus optime diſpoſitę

ALEXANDRI QVINTI PONTIFICIS FERVENTISSIMVM SCHISMA. CAP. XXVII

a

Lexander theologia & ſanctitate præclarus: in Piſano cõſilio: in abſentia Gregorij Ariminũ qui ſeceſſerat/põtifex electus eſt. Gregorius ac Benedictus in Piſano cõcilio exauctorati ut ueri põtifices cardinales uulgauerãt. Alexãder liberalitate/ ac magnanimitate nulli inferior paupibus: & ſua munificẽtia dignis adeo donauit: q; in bre

ui se egenū esse rideret. Inter amicos affabilis q̄ in suis initijs diues eps: pauꝑ vo Cardinalis fuerit: inops pōtifex esset/sepe iocat⁹ est. Pisano cōcilio nōdū soluto Ladislaum in absentia pastoris qui Romanos affecerat: regno indignū cui omnes assensere/pronunciauit.

EPISTOLA VIGESIMANONA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Comiti Spoletino fœlicitatem.

Indiæ limites ignorantur

Porrus rex indoꝝ

Perdix uultur maior

Indi uiui se q̄ urāt

Larmonochagas

Manus lineę

Facinus canis tyrannus

Cōstātia concilij ciuitas

INdiæ sitū & ingētia tantæ regionis archana me tibi scribere rogas. Meę paruę di tionis limites ignoro: quō Indiā a circulo cancri ad æquinoctialē expāsam: & multitudine ppl̄orū ignotā effingā? India quæ ultra taurū Asiæ noīatissimū montē in orientē expandit: q̄ ad nos incertos nullos nisi q̄s Alexāder suo exercitu aperuit/limites habet. De ea regione plura audita: aut militari cursu deprehensa/q̄ experta dicunt. Indiæ: Libye: Aethiopiæ confinia reptilibus: desertis aīaliū discrimine: & aeris intēperie inusa hoīes boreales & occidētales ignorare scias. Aer indus perustus occidētalibus inimicat. Volētes ad has extremitates raptim euagari labore/aeriscq̄ intēperie & aquaꝝ imutatiōe exanimantur. Dicit Strabo geographus sublimis: q̄ ad cæsarē Augustū legati Indorū qui ex epistola in membrana Octauio cōscripta plures esse significabant/uenere. Longitudine uiarū e tanta multitudine tm̄modo tres supstites dona plura ferētes cæsarē Augustū salutarūt: sua epistola Porrū Indorū regē scribere insinuantes. Ipse Porrus rex regū & si sexcētis regibus imperaret: cæsaris tn̄ amicitiam magnificare: & ad q̄scunq̄ uellet penetrare: aditū præstare: & in rectis uelle opitulari fassus est. Caduceatores cæsari præstantissima dona attulere: de quibus inexpertus pauca recēsebo. Seruos nudos: aromata: Mercuriū unum: uiperas ingētes: serpentē decē cubitorū: testudinē fluuialē trium cubitorū: & perdicē uulture maiorē obtusum. Indi uiui se q̄n urāt. Larmonochagas Indus e bargosa: qui scd'm Indorum consuetudinē imortalē se fecit. Comes spoletine manus digitos quinq̄: scilicet policē: indicē: mediū: anularē: auricularē siue minimū habet. Horū digitorū radices montes appellamus. Mox manus palmā tribus lineis principalibus diuidimus: quarta quibusq̄ brachiū & manꝰ diuidit: restricta siue raseta noīata addenda est. Illa linea quæ p̄ mediā palmā policē ambit: & ad restrictā uel ꝓpe descēdit: uitæ siue cordis lineā nuncupamus. Alia q̄ę a mōte auricularis incipit: & p̄ palmā ad indicē ascēdit/mēsalis linea uocat. Linea quæ a principio uitę orta uersus mēsalē tabulā cōstituendo descēdit/media naturalis dicit. Spaciū qd' inter dorsum manus & restrictā est/uēter: pectus uel pinguedo manus & aliis terminis appellat.

IOANNIS TERTII ET VIGESIMI PONTIFICIS DEPOSITIO. CAP. XXVIII

Cōstantia idoneū eligerēt/præmisit. Cōstantiæ & Moguntiæ ꝓuinciæ Ioannes & reliqui ad cōcilium cōuenere: Ioannes amicos ne interesset cōuentui/cōsulentes: q̄m priuatus rediret/neglexit. Pro pōtifice disputātes: & ambiguos/pusillanimesq̄ terrētes uictores euasissent: nisi crimina obiecta tumultuāti liberū aditū cōcessissent. Ioannes tantis exprobrationibus anceps sacphusam Federici Austriæ ducis ciuitatē uariata familia & mutato habitu cū cardinalibus a se creatis fugit. Procurāte cōcilio pōtificatus sui anno quinto captus ꝓpe Cōstantiā incarceratur. Quadraginta uel amplius crimina hoī inueterata: q̄rū tolerātia graue scandalū concassent: iudices in cōcilio referunt: e quibus ipso sententiā approbante pontificali maiestati

priuatur: ac mox ad Lodouicū Bauarū cū Gregorio duodecimo sentientem custodiendus mittitur. In castello munitissimo: in quo nutu cū theutonicis loqui erat opus: triēnio māsit. Gregorius Carolum malatestam nomine suo qui cederet: misit. Carolus æque ac Gregoriꝰ in pontificalibus sederet: se a magistratu exuit. Huiusmodi festinationis: & abdicationis cū longius uellet negociū ꝓtrahi: Gregorius dolore animi ab humanis curis cessit. Duobus iā sublatis: Petrus luna inexorabilis omnes persuasores reiecit. Sismundus imperator: ut ipse sic quoq̄ cederet: una cū cōcilij oratoribus ad Franciæ: Angliæq̄ reges puenit: quid de anti papa agendū sit: percunctatur. Illis gratissima respōdentibus sine intermissione ad Ferdinandum Aragonū regē: cū illius populi Petro lunæ obtemperarēt applicuit: quē ut Petrū Ioannis sententiā sequi cogeret: ne populi cū ecclesia sentiētes ab eo deficerēt: admonet. Petrus luna in castello Paniscolle munitissimo se cōtinēs: secq̄ uerū Christi uicariū dicens persuadentiū rationes semp repulit. Principes Hispaniæ Petrū inexorabilē aduertētes cōcilio raptim adhæsere: & Otto colūna Romanus Martinus postea dictus a toto cōuentu pontifex clamat. Imperator suæ dignitatis imemor cōclaue ingressus cunctis: q̄ talem uirū elegissent: gratias agens prostratus: cū summa uenerationē pōtificis pedes est osculatus. Pontifex illum pariter amplexus de solertia tanti principis gratias egit imensas. Quia interim quadriennio ecclesia pastore uacauerat: in absentia Romani libertatē acclamantes a sede apostolica defecerunt. Brachius his clamoribus ad urbem accersitus illam expugnat: cū populus ad nullam partem declinaret: a Sfortia superueniente est repente pulsus.

Gregoriꝰ cessit.

Petrꝰ luna

Sismūdus Imperator

Martinus in pōtificē eligitur.

Brachius pulsus a Sfortia.

EPISTOLA TRIGESIMA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Antonio amico fœlicitatem.

m fortis debere ꝓfiteris. Si ſedulus: ſi comis fui/lætor: ſi me ciuilem exiſtimas/altius ſublimor. Inclyte comes tua celebris uirtus ob quam cõtra Venetos tanti potentatus nomine germanorũ imperator cladibus illatis apud Alamanos Italoſq; magni nominis fuiſti: ut mihi imperare queas/cogit. Hippolyte cõſanguineæ candor & uenuſtas quã adeo ut lumina colis: ut tibi famulari nõ indigner/etiã ſuadent. Illius patris recordatio omne uinculum tenacius ſtringit: illius ſanctimonia: æquitas: iuſtitia: & tot mihi beneficia collata ut Gaudentiũ obſeruem/ſemper occurrunt. His contracte præmiſſis ſi Bonifacius pro dignitate tua: uel pro aliquo tibi deuoto quicq̃ cum fortunis: uel cũ ingenij cõmoditate poteſt/uelis (ſi mihi gratificari cupis) imperare. Nihil mihi eſt gratius: q̃ Gaudẽtio cõſanguineo & germanis nomine tuo omni opportunitate ſatisfacere. Nolo te ex impenſa uel ex aliquo labore mihi aliquo modo obligari: ſi Protheus uir ſapiens Aegypti rex Helenam græcam aduenã eſt ueneratus: quanto magis ego uenuſtiſſimã cõſanguineã meã ut omnes nationes conſueuere/honorare debui? Gaudenti quia aliquãdo Alamani nec dogmata: nec hiſtorias: & minus fabellas curant: quis iſte Protheus fuerit a me ſcire cupis. Protheum in uarias formas ut in taurum: leonẽ: anguem: arborẽ: ignẽ: aquam ſe tranſformare ſolitũ: qui fabulant/hac ratione finxere. Aegypti præſides ad ſtuporẽ: ſuperſtitionẽ: ad ornatũ regię maieſtatis ſuper caput leonis: tauri: draconis: aprí: canis priorẽ partẽ: & quandoq; arborẽ: ignẽ: aquã quaſi inſignia principatus ferre ſolebant. Quia Protheus in mathematicis peritiſſimus inſignia hæc crebro uariabat: fictionibus græcorũ ut cum uellet: animal fieret/cauſam præbuit. Eo imperante Alexander Priami rapta Helena cũ in patriam remearet: in ægeo mari iactatus: tandem in ægyptiacũ pelagus ad hoſtium Nili hæ ſit. In illa ſtatione inuiolatũ templũ Herculis colebat. Ad quod ſi ſeruus cuiuſlibet fugiſſet: ſacraſq; notas accepiſſet/ut ſacer inuiolabilis erat. Mancipia Alexandri e ſanctitate delubri cõfidentes ſacerdotibus domini ſcelere patefacto illuc cõfugiunt. Illiſq; adhuc loquẽtibus Tonis regis prefectus cõſcius ad Protheum euolat/& inquit: Peregrinus teucer ſeducta hoſpitis uxore cum opibus Menelai ad tua hoſtia Nili appulit: uis ne ut ille nefandus predo ſecedat incorreptus? Otius rex naufragos & raptas opes abduci iubet. Hoſpitij infidelitatem Paridi obiectans ſonti e raptu pepercit: ſi tamen infra triduum ad remotiora littora uelificaret. Helenã a fure exemptam honorauit: quã cum ablatis theſauris cõiugi Menelao reſtituit. Gaudenti homo albus cum rubedine in facie: oculis non prorſus nigris: naribus ✠o breuibus: equalibus: atq; caluicie: pulchri corporis atq; ſtaturæ: quandoq; magnos oculos: pupillam latam: criſpam barbam habẽs/a Ioue planeta benigniſſimo uitam ducit. Huius appetitus & ſtudium nõ niſi in rebus bonis eſſe poteſt/iuſte iudicare: inter hoĩes pacem componere: in ſubſtantia abundare ſuum erit. Lætus: uerecundus: religioſus: patiens: pulchra precepta afferens: ſapiens: largus: uerecundus cum multitudine Veneris: negotia ſine ſeditione cupiet: e ſectis pluralitatẽ: atq; in eis ſimulationẽ: e coloribus cinericium: uiridem: & diem Iouis habet.

Protheus Aegypti rex

Alexãder Priami Herculis templum

Iupiter quõ hoĩes diſponat

EPISTOLA QVADRAGESIMAPRIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Petro maceratę artium ac medicinę aurato interpreti fœlicitatem.

Aſonem Aeſonis filiũ/comites ue: quos tu facunde tueris: atq; deificas: abintegro
i pertinacius latrones appello. Orpheum theologũ doctrina: & poeſi: ac ſuauitate cantus qui cõmiſerationẽ ciebat: hymnis: myſticis deorũ clarum ab his ſeductoribus excipio. Heroes quos tu extollis: Oetæ theſauros aureum uellus nuncupatos nihil ſurripuiſſe: neq; inſtar furũ quod uiris nihil eſt turpius/fugiſſe fingamus. Nonne Aegialeum Medeæ fratrẽ nõ longe a Phaſi flumine in fruſta ſecuiſſe piaculum fuit? Puerũ tam ſitum regni: & patris unicum ſolamẽ: cui a natura miſereri perſuademur: ac ſi Antheum Lybiæ gigantem tenerẽt/dilacerarunt. Solem ut tempore cõuiuarũ Atrei eclypſatũ: terrã nõ contre-

Oeta Aegialeus Medeæ frater Antheus gigas

muisse: aut per hiatū hos profanos: æque ac quondam Amphiaraū non absorbuisse miror.

Absyrtus amnis — Aegialeus apud Absyrtū amnem trucidatus ut poetę fingunt: Absyrtus a flumine in quod transmutatus enauit/est nuncupatus. Hi proceres a Lycaone Polyphemoq; (ut opinor) de-

Medea — ducti æternū dedecus huius cædis ut ab se abdicarent: Medeæ fororis ministerio scelus hoc

Messalina — attentatū cōmenti sunt. Medea Messalinæ Claudij imperatoris uxori nō æquanda fuit/quę

Claudij imperatoris uxor — calebat adulterari: & uestę mutata lupanaria nocte sollicitauit. Ipsa uirgo pijssima patrē Oe-

Oeta — tam ne hospites tolleret: sæpe carceres: sæpe uincula relaxando arguebat. Ideo pater illius

— sanctitate excandens illā ut exosam exilio mulctauit: si historijs inhærēdo fabulas negligi-

— mus. Soror ne alios quæ seruauit/fratrē interfecisset: & fœmineæ uirgineæq; manus pensis

— assuetæ sic cōmisissent: Medeæ manus si lycurgi sententiā uolumus sequi: certe a cruore se

Lycurgus legislator — abstinuissent. Lycurgus parentū interfectoribus nō maiorē mulctam/q̄ si aliū necassent/im-

— posuit. Interrogatus quare huiusmodi parentū crassatores nō truculentius q̄ aduenā sustu-

— lissent/plecterent: tales nō esse filios aut proximos respōdit: ideo necessariorū interfectores

Hercules orbis domitor — nō crudelius torquēdos cēsuisse. Qd est inexpiabilius/ tu fabulis inhærēs Herculem orbis

— liberatorē scribis. Vt Scyllam atq; Charybdim nullis aquis aut uorticibus expleri posse au-

— diui: ita Herculē nullis opibus unq̄ satiatū auguror. Armenta & fertilis præda ab Hispanis

— euecta me nō mētiri: & ipsum prædonē Caco sceleratiorē comprobant. Nō plagas/ inopes

— Iberiæ ut Septentrioni & oceano cōterminas uidit: ibi tenue: incultū: sterileq; solū ex hir-

Hispania fertilis — tis: inhumanis hoibusq; riget. Ad gades: ad australem Hispaniæ fœlicissimā oram: & ad he-

— speridum aurea poma ut prædaret/ enauit. In eo tractu terra luxuriat: quæq; metalla effodi-

— untur: ibidē flumina: globolos auri: atq; aureas glebas agricolæ uomere euertunt. Oleæ or-

— bis excellētiores: mella: fruges: confita: greges: armēta: pisces nō possunt uberius (ut ita di-

— cam) scaturire. Petijt etiā Indos irrigatione adeo fertiles: q; uim auri p formicas eruti nō cu-

— rant: quō sit fusile: aut quō expurgari queat/fere ignorāt. Ichtiophagos & Nomades pasto-

Arimaspi boreales — res in sterili tellure semp errātes Hercules nō lacessiuit. Arimaspos boreales ppl'os egenos

— (ut ferē) monoculos cū griphibus ferocissimis alitibus cōtinua bella gerentes perhorruit sa-

— lutare. Adeo orbem: Phrygiam & Ilium omittamus: suis rapinis & stupris uiolauit: q; eius

— posteri interitū formidantes tute in urbibus cōsistere nō audebant: ideo asylum Athenis ut

Asylum significat temeratū — impune ad illud cōfugerēt/extruxerūt. Vt tu nō ignoras si asylum interpretamur/ sonat in-

— temeratū: qm̄ ad illud fugiētes p uim euelli nō poterant. Romulus pastor in his nemoribus

— ubi adoleuerat/fœlicibus auspicijs romā erexit: & quia numerus pastorū ad tuendā urbem

— erat exiguus: asylum: atheniēsium morē imitatus hac lege fundauit: scilicet ut illuc cōfluen-

— tes ab omi noxa essent imunes. Sic ipse urbis cōditor e latronibus & sicarijs cohortes cōpo-

— nens Romā ualidius tutari: & finitimos urgētius prædari cœpit. Amice noli me ut sæuerū

— aut arrogantē: pertinacē ue arguere: quasi p Alegoriā uel p Amphibologiā hæc scripta/ qui-

— bus ludimus: a te affectamus interpretari. Placētini optimates & ego una de tuo magistra-

— tu nuper adepto solamur: de gratia erga te summi pōtificis: & q; inter arcanos ipsius sydus

— fulgeas/plaudimus: q; fœliciora sis consecuturus/fauste ominamur. Petre hō rubeus: ruffa

— capillatura: facie rotunda: oculis croceis: acutis: horribilis aspectu: signū uel maculam in pe-

Mars quō homines disponat — de habēs: hoies leuiter dehonestatus a Marte malo planeta est. Audax: pseuerans: callidus:

— superbus: leuis: in negociationibus acutus: in cunctis festinus est. Cuius magisteria ignea

— ex ferro & igni erunt scd'm naturā planetarū cui iungit. Solus autē iniurias miserorū: effu-

— sionem sanguinis: oppressiones per uim: abscisionē uiarum: iracundiam: inuerecundiam:

— peregrinationē extra patriam: fœditatē coitus: comestionē carnium cum putredine: pauo-

— rem: cogitationes horribiles cū inquietatione ostendit. E fectis illam in qua bellum fit/uni-

— tatem: celeritatē: imutationis cū hæsitatione: e coloribus rubedinē: & diem Martis habet.

EPISTOLA QVADRAGESIMASECVNDA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Richardo amico fœlicitatem.

Itteras sane tuas cum aulici probitate tua obtrectati fuerint/perturbatas legi. Lin-

l — guę hebræorū necnō rigentium quare cespitando peccent/rationē scio: quare in-

— uidentes in te qui in prudentia Vlyxem postponis: sæuiant/ignoro. Lingua rara

Lingua quid sit — & spongiosa per uini humiditatē in augmentum extendit: idcirco ob crassitudinē: tumorē

— ue acquisitū difficulter ad dearticulati sermonis prolationē mouet. Hac ratione rigentium/

ac cōgelatorū hoim lingua balbutiens errat. Ipsa rigore imobilis induratur: cum frigidi sit mortificare: siue paralyticare. Addamus etiā q; exteriora corporis frigore cōprimunt: ideo ex hac coarctatione gelu humidum ad linguam fluens ipsam infarciēdo indisponit. Est ipsa sane sub cerebro humiditatū fonte: quod membrū (ut præmisimus) rarissimū humorē reci-

— pere est dispositū. Hostes tui nō uino madent: sed (ut cōnjcio) os ueneno refertū quale assi-

— due euomunt/habent: quo pharmaco sanari possint/nō est meum: sed medicorū qui circa ta-

— lia lucris uacant/recensere. Lingua reliquorū nec nimis humida: uel ad gustandū sicca esse Lingua

— debet: ut sapores/saliuamq; discernat: quia sepum nō sentit: pinguis non est: in cuius radice quare nō

— saliua format: quæ inde gustui e sua cōtemperantia confert. Saliua tuorū delatorū est uirus sit pinguis

— semp fertilis: quæq; inficiens spumæ Cerbari equi paranda. Amice noli irasci: fastigia mon-

— tium crebrius q̄ ima a fulminibus tanguntur. Hi questus cōueniunt legatis: hos fructus ab

— effœminatis hoibus eximij proceres e laboribus suis non nunc/sed a prisco æuo colligunt.

— Cœlum imune rotatione prius stabit: & tu aues in oceano Thyles: pisces ẏo in aere ut lau-

— te uiuant/prius cōpones: q̄ a regijs susurrones liuoresq; fugabis. Inuidia ad eam præcipites

— cōtinuo quæ urit: serpendo etiā sanctos/sed tertius oblinit. Apostoli mirabilium operū au-

— ctorem quotidie aspicientes: sibi inuicē inuidentes: Christum de magistratibus ciebant. Pla-

— netæ tanti stuporis e quo per oppositionē quadratū aspectum & alia impedimēta inimican-

— tur: trino/sextili ue intuitu conciliant: cœlos etiā fluctuari scriptis maiorū inhærēdo possu-

— mus/si nō est nefas attestari. Ricarde hoim figuras a sole uel a luna planetis quibus iungun- Sol hoies

— tur: simillimam/nō tamen certam ut prę missas dicemus. Hoies qui colore inter croceum & quomō

— nigrum: siue fuscum cum rubore: breuē staturam: crespitudinē: caluiciem: pulchrū corpus disponat

— habent: siue figura erit crocea cum rubore capillorū: cum oculi sunt aliquantulum croceii: ta-

— les a sole disponunt: qui planeta per aspectum est bonus: per cōiunctionē in uno signo ma-

— lus. Diuinatores: sapientes: elatos in anima: perfectos in fide: & in scientijs ab ipso cōiecta-

— mur. In natiuitatibus diurnis in medio cœli regnum: splendorē: intellectum: pulchritudinē

— mundiciam: fidem: principatus regere: aurum plurimū uniuersæ substantiæ species animi

— sublimitatē: prudentiam: honestatem: largitatem: gloriam significat. E sectis culturam bo-

— nam: e coloribus peregrinos: & diem dominicum habet.

EPISTOLA QVADRAGESIMATERTIA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amico fœlicitatem.

E fatis anceps quid uoluam/nō audeo nisi cōtracte loqui: cōfidentius em̄ respon-

d — dentes quando q; temere errant. Tamen si libenter exempla audis/quid de nuper

— nato sentiam: Herodes pro me uates erit. Qd' ad eum regnū Hierosolymitanū per-

— ueniret: quod q; imperaret/Manaemus prædixit. Hic Manaemus puerū ad doctores scien- Manaem⁹

— tiarum euntem ut regem iudæorū salutauit. Herodes apprime iuuenis adhuc ac etiā priua- uates de

— tus: æque ac illuderet/uaticinia ut impossibilia irrisit: Manaemus adolescētis Cæsarię/men- Herode

— tum q; demulcēs sic est potentius cōtra eius incredulitatē orsus. Regnabis nempe fœlicior

— iam te maiestate dignū deus credi iubet. In regno elatus memētō mei uaticinij: quoniam di-

— uinitatis imemor sane peccabis. Iustitiam ac dei pietatē si dilexeris: modestus insuper si cir-

— ca ciues fueris/fœlicitate ac gloria æterna hebræos præcelles. Verū quia æquitatē/pietatē q;

— obliuiscēris: & ditionē tuam funestabis: in ultimo uitæ deus tua facinora exagitabit. Hero-

— des ut propheta enunciauerat/ imperio potitus Manaemū de tempore an decē annos super-

— stes regnaret/ percuntatus accersit. Vates quasi alienus suspenso spiritu primo obmutuit:

— deinceps q; ultra trigínta annos regnaret/locutus est. Huic Herodi ut aduenæ hebræi semp

— inuidere: quē accusationibus: insidijs: citationibus: cōspiratione lacessitum turbarunt. Exi-

— mia tamen imo insperata fuit illius inter tot discrimina & latratus fœlicitas. Huius fortunas

— e fato coaceruatas funditus dinumerare omittam: uno tm̄ mirabili in alijs historijs sæpe cō-

— perto cōpendiose enarrato. Herodes solennia quædam celebraturus honoratos ut cum re-

— ge cōuiuarentur/acciuit: quos epulis functos comiter dimisit. Rex ipse uix bene cōuiuium

— soluerat: & cum amicis uix bene egressus erat: cū cænaculum nullo attrito corruit. Princeps

— cum amicis a ruinis exemptus q; deo esset acceptus/augurandi singulis argumentū præsti- Cęnaculū

— tit. Cum sit natus a tot iaculis: ac a conuiuio elapsus q; ilum cœlestes inspiciant/semper no- corruit

— stra præsagia dicent. Amice homo albus ad nigredinē cum rubore tendens: pulchrō corpo-

— re: multis capillis: facie decora/rotunda q;: paruis maxillis: pulchris oculis nigredine multa

Venꝰ quõ tinctis: a Venere fortuna inclinationes ſuſcipit. Quę benuolentiam: laudum dilectionem: homines patientiam oſtendit. Magiſteria talium dicuntur inſtrumenta ludorũ: muſica ornamenta: diſponat ſaltationes: otia: fornicationes in omni genere: multitudo coitus: riſus: gaudia: unguẽta: potationes: ebrietates: talis cum largitione: dilectione: diligentium amore: iuſtitia: fide omnibus ſe credit. E ſectis culturam idolorum: in quibus comeſtiones: potationes exercentur: e coloribus albedinem: & diem Veneris habet.

EPISTOLA QVADRAGESIMAQVARTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amico fœlicitatem.

f Iurbem: ſi auſtrũ uel boream inhabites/ignoro: ſi ad magiſtratus (quod cõſentaneum eſt) aſpiras latentius ignoro. Hac ratione anceps & argumentis extenuatus: quid ſcribam/niſi per preſagia ignoro. Amico noſtro preſtanti uiro præſagia mus: ac pie ominando ita nunc exordiamur. Hymenæus athenienſis puer ſitus: non obſcurus: nec ſuperbis parentibus ortus: ſexum fœminiñ puellaribus indumentis eſt mentitus. E puellis uiciniæ unam ardens: quaſi homines uel ſortes inuiderent/ illi coniugari deſperauit. Matronæ cum uirginibus Cereri eleuſinæ ſacrificantes/ pyratarũ incurſionibus ſubito rapiuntur: & Hymenęus creditus eſt puella. Raptores hi ad alios ſinus negligentius uelificantes inſidias abeſſe rati: ac ſopore prędenti adunum cedunt. Hymeneus ſanguine adhuc udus Athenas euolat: ſi parentes dilectæ uirginis matrimoniũ ſi offerrent: puellas a prædonibus exemptas ſe indicaturũ pollicetur. In tali diſcrimine facillime cõuenere: & e remeantibus pactam iuuenculam accepit uxorẽ. Athenienſes e beneficio natarũ Hymenæum gratius amplexi: eumq; etanta coniuge fœlicẽ nuncupantes in præmium laboris eum in marrimoniꝭ uocari: & pro numine uenerari cõuenere. Thalaſium iuuentutis Romanę decus ſimile cõiugium fere nactum/niſi diſpendium foret: ſic quoq; poſſem recenſere: ſed ne te uerboſitate offendam/certe omittam. Vir celeberrime tu qui q̃tidie tot res ſiue ſint in imis: ſiue in ſublimibus latentes indicas: qui uirginibus: principibus: populis: ſacerdotibus confers: quale matrimoniũ contrahes: quando pro laboribus tuis aliquod nitentius diadema impones: & mihi Bonifacio/cæteris ue amicis diem tantæ lætitiæ indicabis: ut cito fortuneris/ſa ne pro te ſacrificamus. Amice homo non multum albus neq; niger: longa & eleuata fronte: cum longitudine facieí: & cum raritate in maxillis barbæ: pulchris oculis nõ ex toto nigris: cum longitudine digitorũ a Mercurio eſt. Qui planeta mixtus naturã ſuam ad planetas & ad ſigna quibus iungitur/inclinat. Bonitas Mercuríj fortunę ſcd̃m aſtrum quod ipſum fortunat: & malus ſcd̃m genus ſyderis infortuniũ dantis erit. Dilectionem cõcubinarũ: oracula prophetarũ protendit. In ſui natura ſi nullũ cõplectiť: cogitationẽ/prædicationẽ/rhetoricã/negociationes/exiſtimatiões/philoſophiã/geometriã/auguria/puerbia/uerſificandi ſciẽtiã/numeros/cogitationes horribiles/inquietudinẽ mentis/dubitatiões inducit. E ſectis culturã diuinitatis cũ ſimulatione & hipocriſia: colores cõmixtos & uarios/diem Mercuríj habet.

Hymenęus nuptiarum deus

Thalaſius romanus

Mercuriꝰ qualiter hoies diſponat

EPISTOLA QVADRAGESIMAQVINTA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas amico fœlicitatem.

p Rometheus eluto finxerat hominis imaginẽ: cui Minerua auctoris ingenium & inculpatũ opus admirata: ſi cœleſti ope ſimulachrũ uiuere poſſet/pollicita eſt auxiliari. Prometheus ſuperiorũ bonorũ inſcius: quid petam (ait) ignoro: ſi eleuare me ut illa intuear/digneris: quæ uotis grata erunt/aſceſcam. Pallas optantẽ confeſtim ſublimauit in cœlum. Hoſpes ſydera & hanc molem: & omniũ inferiorũ corporũ uirtutẽ a cœlo eſſe aduertens/clam face rotis ſolaribus ĩmiſſa cũ furtiuo igne deſcendens illum in pectora lutei hominis immiſit: quẽ animatũ pandoram appellauit. Diꝰ e furto indignati per Mercurium ſuum interpretẽ Prometheum ut leſæ maieſtatis reum Caucaſo alligarunt: uulturem qui eius cor cõtinuo renatũ diuelleret/addentes. Numina inſup ne hoies ex igne furato nati malorũ ĩmunes eſſent: mulieres maciem: morbos illis in perenne ſupplíciũ miſerũt. Amice harum nugarũ hæc fuit hiſtoria: Iapetus Prometheũ ex Aſia Nympha genuit: hic Prometheus iuuenis ortu maior/ſtudiorũ dulcedine tactus Epimetheo fratre ac duobꝰ filijs Deucalione & Iſide relictis in Aſſyriã ſecedẽs: eruditiſſimis caldeis auditis in uertice Caucaſi mõtis aſtrorũ poſſe: ac rutilantiũ fulminũ fragores & ſupiora uoluit ſpeculari. Remeãs ut figulus aſſyrios inciuiles: rudes: ſilueſtres: ritu ferarũ uiuentes: in philoſophia: in mathematicis

Prometheus cœlos aſcendit

ac ſi nouos hoies effinxiſſet: erudiuit. E tãta Promethei ſolertia mature fabulari cœptũ eſt: quia hoies: qui nõ inſtruunť/elingues/lutei/ lapidei/agreſtes/belluis truculentiores ſunt: q ſi enucleate fucrint elimati: p ſcientiã: & ỹtutes efficiunť inſignes. Vulturẽ auẽ edacẽ Promethei cor renatũ ſemp auidius ediſſe finxerũt: quia meditationes in hoie prudẽtiſſimo ex uberãtes ſemp incõſumpte reuiuiſcũt. Iſte Prometheus ſciẽtia eximius feritatẽ imperitiam gentiũ ad bonos mores: ad humanitatẽ: ſcienriãue reduxit: qui primus (ut ferť) hoies e luto poſſe componi: ignẽq; in ſilice extruſum fomẽto ſeruari poſſe cõperit. Hæc de Prometheo ſcripſimus: ut te negligẽtiæ deditũ: ac nimis uxoriũ: q nihil: qd̃ ſanctũ ſit: oparis: arguam. An tu conſumatiſſimus uiros erudias: aut fictilia componas: aut in Caucaſo uel alibi contemplerís: te tam diu tacentẽ ignoramus: an ad cœlos aſcẽderis: ut ignẽ: qui ſcientiã ſignificat fureris: quia nihil ſcribis: te: tuos morbos: & tuã maciẽ ignoramus. Amice homo albus rubore aſperſus iunctis ſupcilijs: oculis nõ e toto nigris: facie rotũda: pulchræ ſtaturæ cum ſigno in facie a Luna: q̃ ex fortuna dicitť: eſt. Ex opationibus legatiões: mãdata & aquas ſecundum quantitatem fortunij uel infortunij habet. Fortunata bonũ: religionẽ: ſecus uero malum ſecundum Planetarũ coniunctionem iniquitatẽ ſignificat. Cum Venere curialitatem/ benignitatem/ſuauitatem/ honeſtatem/in motu celeritatem/diuinũ obſequium. Cum Ioue honeſtatem: cautelam/ ſocietatem / benignitatem. Cum Marte ſuſurationis ſtudium. Cum Saturno inuidiam: in aſpectu ſolis religionem. Cum Mercurio rhetoricam: facundiam dare ſolet.

Luna q̃liť homines diſponat.

EPISTOLA QVADRAGESIMASEXTA.

Reuerendiſſimo domino/ domino Ardicino Portæ Cardinali
Bonifacius Symoneta Cornu Abbas fœlicitatem.

l Veluti circa annales hiſtorici qñq; ſanguine: ſæpe lapidibus: ac fruſtibus carniũ pluiſſe: & unũ lapidẽ ad magnitudinẽ uehiculi apud thraciã deſcẽdiſſe p̃dicãt. Talia: & ſi ,pdigia ſint: p philoſophiæ tñ ratiões aliꝭ mirantibus ſæpe reſolui poſſunt: crebrius uero hæc circulatorꝭ: ut terreãt: moxq; credulos p̃denť: cõmenta fore dixi. In p̃ſentia ſupſtitioſos illuſiſſe pœnitet: nã his diebus ſcilicet in ſecũda & uigeſima die Martij in oi laudenſi: & fere placẽtino tractu tonitruũ audiuimus: cuius fragor tm pſtitit: q̃ntũ ſi qs: deꝰ in adiutoriũ meũ intende: inchoaret: & ad amẽ uſq; mature cõpleret. Ego: q in ditione mea uidelicet in Cornu Abbatia librũ: quẽ Carolo octauo Francoꝝ regi dicauí: caſtigabã: toni truũ audiẽs aer a cõtemplaturus: an plueret: raptim ſurrexi. Circũſpiciẽs mirabar: nam aer erat potius ſerenus: quã aliq̃ malignitate: nebularũ obſcurus. Poſt plurimos dies a quibuſdã qui me ſalutatũ uenerãt: ex illo rugitu lapidẽ a ſublimi deſcendiſſe: audiui. Ex familiaribus meis Petrũ Guarinũ Cremẽſem: nõ decipi aptũ: ut de oſtẽto pcũctareť: lapidẽue ſi haberet: deferret: miſi. Vidit ſitũ & foſſam ad cubitũ: & ,pfundiꝰ a lapide imp̃ſſam lapis erat potius rotũdus: quã alterius figuræ: & groſſitudo plus q̃ caput hoís. Supra ſe illũ motũ nubis cũ q dam timerẽt: ac ideo ſuſpicerẽt: & q̃ in ſublimi agerenť: obſeruarẽt: lapidẽ q tum deſcendẽrat: in duo fruſta diuiſum offẽderũt: ad quẽ hincinde agricolæ cõfluentes illiſum ad libidinẽ impartiti ſunt. Ad iactũ ſagiptæ lacertoſi hoís penes uillã: quã Riuolã de baſſis nuncupãt: p̃miſſa molles cecidit: & qm̃ rus tale niſi p duo milliaria a Crema oppido inſigni diſtat: Venetũ ibidẽ p̃ſes Venetias potiorẽ partẽ mõſtri: cũ oẽs male p̃ſagiãt: legauit. Vt tu obcandorẽ ỹtutis noſtrũ cõfugiũ e nris mirabilibus expers nõ queas eſſe: partẽ ſilicis magis aduſtã: ac puluerẽ ex alia portiũcula albiorẽ mitto. Ad me Petrus duos globulos ad medij pugilli quantitatem illinc exoratos detulit. Præſul noli exemplo uulgi ſtupere: quotidie fere huiuſmodi impreſſiones in nubibus: & maxime in ea parte quam philoſophi mediã regionem aeris nominant: fiũt: ſed multa in tam uaſto orbe noctu acta latent. Nam Panones & Getæ: necnõ Arabes: & Indi de iſto lapide ignorabãt. E ruſticis meis mentiri in ſolitis qdã piſces & ranas iuxta ſe cũ pluuia deſcendiſſe memorãt. Philoſophantes non mirantur: imo aſtra: & potentiã imbriũ ſublimãt: ſcilicet q̃ ſicut materia lapidũ/piſciũ/ ranarum/ac metallorum ibi cõperiť: ita ſi etiã uitulí: uel alterius animalis materia eſſe poſſet: q̃ uitulus: uel aliud animatũ e forti influẽtia caderet. Virtus cœli in talibus (ut Albertus ſapientiſſimus narrat) mira operať: nã adeo generationi hoís ſydera quãdoq; fauẽt: q̃ porcus: ul̃ aliud animal cum capite humano naſcuntur: q̃ tamen tale monſtrum ſeminis permixtione nequaq̃ fieri

posset. Et tũc in lapidibus etiã effigies: & capita humana: ut ipse Albertus Venetus in mar more: ꝙd ad incrustãdũ in tabulas secabatur: uidit reperiunt. Et architectus Mantuani prin cipis mihi Bonifacio de metallis multa asserenti lapidem pciosum: in quo caput humanum a natura impressum erat/ostendit. Ex Cornu Abbatia die. xvij. Aprilis. 1491.

EPISTOLA QVADRAGESIMASEPTIMA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas/diuo Lodouico Sfortię insubriũ dictatori fœlicitatẽ

Elites: & sagiptarios: ac acierũ seriẽ inter quosdã iurisconsultos cũ mirarer: plericꝙ restitutionẽ: quã aliqui summi potẽtatus ꝑ quattuor annos indies segnius distule re: quod tu in quattuor diebus: uel uerius horis ꝓfeceris: te in excellis sine adula tione extollebãt. Cuidã: an e rebus fœlicites gestis fortitudine/tẽperãtia iusticia prudentia & reliquis dotibꝰ laudari gaudeas interrogãti sane: ita (aduerte) respõdi. Lodouicũ eximiũ Ducẽ paternis dotibus refertum: ianoꝙ similimũ e gestis ꝑclaris extolli: nõ uero adulatori bus uacare: ut a dijs queat differre existimo. Deos: cũ in summo gradu excellentiæ: atꝙ per fectionis sint: extollere eos leue esse: ac etiã derisibile nõnulli tradũt: qm superi ad maius: uꝝ ad altiora opera his ꝑconijs minime ꝓuocari possunt. Hoies uero siue illustres: siue obscu ri sint: laudari gestiũt: quia sic elati ad maius bonũ: ad melius pfectiusꝙ operandũ cõtinuo accendunt. Egregij sapiẽtesꝙ uiri restitutionẽ sine sragore: & calamitate exactã bimensi eã summe approbãtes: te Scipionis: & probor̃ Romanor̃: qui malebãt unũ ciuẽ seruare: ꝙ mille hostes perimere: mores tenentẽ miris laudibus efferũt. Ego ꝑmissis annuẽs a magnifi cẽtia: & epulo expeditioni dato pariter Lodouicũ magni Impatoris cõsuetudinẽ educentẽ ut æquũ est: laudaui. Per splẽdorẽ ferculor̃ stipẽdiarijs copiosissime exhibitor̃ Cæsaris/ac Imperator̃ ad urbẽ remeantiũ munificẽtiã: cõsuetudinẽꝙ delatã ad nos: ut mirari: inuicẽꝙ cõgratulari queamus deduxisti. E tãta magnanimitate diue Lodouice: licet adhuc nõ opti ma populor̃ auguria audias: certe te benedicẽdo fouemur. Ex his inassuetis exhilarar̃ ani mus: nã nihil erat quondã Romanis gratius: ꝙ talia ꝑludia uidere: ꝙ talia spectacula: talem equitatũ/peditatũue intueri. Nec illis quicꝙ gratius erat/ꝙ qñ principes militẽ: & spolia re ferebãt: inter tot plausus e liberalitate Ducis cõuiuari. Sic diue Lodouice opa magnificẽtiæ atꝙ liberalitatis fiũt. Ille ꝙ regnũ aliqđ disponere uult: nulla alia uirtute tm indiget: quãtũ li beralitate & magnificẽtia: quia sic ciues: cum se nõ esse seruos: nec coactionibus: nec minis regi/ imo epulis/ donis/ præmijs se nutriri sentiunt/ boni profecto efficiuntur: sicꝙ ad actũ uirtutis/ bonumꝙ ciuile inducuntur.

EPISTOLA QVADRAGESIMAOCTAVA

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas diuo Lodouico Sfortię insubriũ dictatori fœlicitatẽ

Oelicitatẽ oim humanarũ opationẽ ultimũ finẽ: bonũꝙ pfectũ esse sapiẽtes aiũt. Quã ꝑmissimus fœlicitas e suphabũdantia bonor̃ nẽpe sumit icrementũ: ꝑ pulchri tudinẽ/robur/sanitatẽ/diuitias/generositatẽ/ amicos nobilitatẽ/ & ꝑ approbatã ꝓ lem/qđ in te experimur/poterit augeri. Homo excelsus sine liberis nõ est ỹe btũs: tu diuus Lodouicus e cõiugij fœtura beatitudinẽ tuã uenustabis: cũ eris ꝑ eã imortalis. Patres e na tis scias pennari/imortalesꝙ fieri/qm etiã si etiã indiuidua corrũpunt: tũ e successorib⁹ spe cies ꝓpetuat. Ad astra usꝙ inclytissimus Sfortia illustrissimũ/ac inuictissimũ Franciscũ ge nitorẽ tuũ: ipse te insubriũ dictatorẽ genuit: tu uero: ꝙ alia numina ꝓcreabis: ꝓpetuo e re bus gestis: & hac serie in stirpe uiues. Diui Lodouici ꝓpaginẽ in infantia fœlicẽ fas erit au gurari: nã licet fœlicitas sit operatio scđm uirtutẽ & hac ratione aialia irrationalia: & ado lescẽtes fœlices nõ sint: tamẽ pueros: ꝙs refugere mala: & ad rectũ inclinari cõspicimus: uel etiã ex quo e beatissimis parentibus editi sunt: illos beatos fore ꝑsagimus. Ad harũ nuptia rum decorem/ excellentiamue nulla solennis liberalitas/magnificentia/ uel honestissima uo luptas defuit: nam Hymeneus semper præuius Venerem & Bacchũ frenauit: quibus ut au rigas Charites ꝑmisit. Non Neptunus/ non Dœdalus/nõ omnes/ qui sunt/ aut ꝙ fuere ma ris præsides/classem/quæ nuptã uexit/splendidius/ honorificentiusꝙ cõponere potuissent. Sic spectatæ bonorum morum reginæ ducuntur: quæ exemplo Europæ/ Helenæ/aut Me deæ non rapiuntur. Orphei/ Apollinis/ nõ uero tumultuosi Centauri concentus/ choreasꝙ in aula cõposuerunt. Militũ conflictus: & spectacula: & apparatus: passimꝙ lautissimæ re fectiones adeo celeberrime extiterunt: ut Ianuarius intẽperie rigoris: uer sertis tẽporibus

istis amœnũ usus sit. E tanto splendore: & populor̃ hilaritate gruniant: solito more sues: ti bi oẽs: qui boni sumus: plaudimus: & tibi e prudentia tua indies deuotius debemus: qm̃ ex inanitate frigoris segnes/sopitos/ spe/ & gaudijs refouisti animos. Ideo in cõpensationem tuæ benignitatis deos: ut tibi tãtæ iocũditatis auctori ꝑmior̃ exaggeratione aspirẽt inter sa crificia quotidie ꝑcamur. Proles tua: ꝙ ꝓfecto in prudẽtia erit Iano bicipiti simillima: opti mis auspicijs fortunã Cyri supabit: qui rex strenuus e successibus fator̃ fertilissima Asiæ regna tenuit. Alexãdrũ: & si i nono & decimo anno uice prĩs Macedoniæ ditioni ꝑesset ac ultra uigesimũ annũ oriẽtẽ: & ad Indos usꝙ: cuius limites adhuc ignoram⁹: ꝓdomuerit: ui debimus ab hac stirpe in præconijs suppeditari. Hæc ꝓgenies (si deus me fatidicũ uaticina ri iubet) erit fœlicior Augusto: & melior Traiano. Nos e tantis spectaculis refecti cõtinuo inter lilia iuuenes: atꝙ inter rosas: ac uiolas lõgæui ætatẽ aureã excedẽtes: assidue psallen do: ducimus nobis dies sereni: diuitiarũ habũdãtia: & pax sint: dicemus: dictatori Lodouí co ꝙ scit isubres beare: ꝓpetua fœlicitas: i excelsis altissimo deor̃ gl'ia sit: hymnis repetem⁹.

EPISTOLA QVADRAGESIMAOCTAVA.

Bonifacius Symoneta Cornu Abbas Ambrosio Rosato medicinæ ac mathematicarum artium aurato interpreti fœlicitatem.

Oetæ serio: siue demulcẽtes: cũ modulari uolunt Apollini & deis sibi ꝓpitientur: suplicãt. Carmina soluẽtibus: si sic exorare cõferret: numinibus cũctis ut mihi Am brosiũ Rosatũ scientiarũ consumatissimũ uirũ huius tpis Aesculapiũ: atꝙ Ptole meum: qui nunꝙ nisi in opationibus uirtutis delectatur: in me cõmotũ cõciliarẽt: sacrifica rẽ circũsꝑecte doctor opus hoc diuo Lodouico numini nostro: qđ e flagrãtia amoris dedi cari diu optasti: me secus agentẽ quæ causa mouerit: benignius ut ab æquitate tempereris: audi. Debet unusquisꝙ: qui reponit: ut a brutis: ut a pueris: qui nisi ab ira/ cõcupiscẽtia mo uentur: differat ingeniũ suũ: quid stringẽdo agat: ne ut Milo a cuneis decipiatur: argumẽta quomodo inducat ꝑmeditari: sic amice egimus: si ab imbecillitate ỹtutis nõ decipimur. Ca rolum e rebus gestis magnũ: & sui regni successores ecclesiã labentẽ: huius libelli nucleum cũ pastoribus suis cõtinuo fouisse: beneficia Gallor̃ ab æterno inumerabilia: ac in isto uo lumine necessario sæpe repetita excogitauimus. Nisi Gallica religio: ac in armis uirtus con tra Longobardos: & tyrannos in põtifices scaturiẽtes ouibus Christi cõtulissent: nullo mo do pecudes in refertissimis pascuis frequẽtes: nulli pastores ab hostibus necati cõperiri pos sent. Ex quo e Gallica ꝓbitate armẽta: & Christi ouilia nũc in summo culmine honorificẽ tius refulgẽt: cõsentaneũ rationi fuit: ut Carolo octauo primi uestigia insectãti labores hos dedicaremus. Si ab his rationibus cũ alijs e dispẽdio omissis nõ coarctarer: hunc codicẽ: & si a gloria: & a uictorijs Sfortiæ gentis sit ammotũ: diuo Lodouico protinus dicassem. Pro fecto nolo torpere: tpa quietiora mihi supsunt: in qbus ꝓtã eximio principe riuulos hicinde deriuatos in amplũ flumẽ Nilũ: & Danubiũ: & Gangẽ excedẽs habita oportunitate coge mus. Vt remotius: qđ tibi parendũ sit exordiamur: patrẽ tuũ eruditissimũ insubriũ Quinti lianũ: & Prisianũ: & similes suppeditantẽ prima erudimẽta qui mihi tradidit: semp obser uaui: e cuius gratia Carpathum montem modo Ripheum modo Hyperboreum e longitu dine uersus polũ nuncupatũ: & Atlantẽ maiorẽ fere oppositũ cogerer effodere. Tam diu eũ cũ tota stirpe amabo: ꝙ diu uitiũ & uirtus inter se pugnabũt: atꝙ delectatio: & tristitia pas siones animæ cõcitabũt. Si Ambrosio mei magistratus patrono: meæ dignitatis strenuo ꝑ coni nõ perẽniter me subijcerẽ: certe ego inhumanius: ferreusꝙ: & in hyrcanis nemoribus editus essem. Existimo te Taprobanę Indicæ insulæ: gẽmas & aurũ ac multos magistratus habuisse: quia omnis rationes: ois conatus: e quibus opes: & ꝑsulatus conferũtur: excitasti: nec proximi: quibus te sine adulatione præpono: disertius uel efficacius ꝓ me orassent. Ob ligor ac credo omnia illa ad nutũ in ulnis tenere: quæ ex affectu: & elegantia tua tenuissem si secundius Bonifacio fata annuissent. Amice tenacius perge: nõ cũ turbine semp illucescit obstinatius Hercules hydram domuit: clangorẽ tuæ tubæ noli ex indingnatione remittere memẽto: ꝙ nõ uno calore: sed a multis solibus uina/segetes/& quicꝙ fructꝰ digerunt. Quã diu inuidia erit tristitia de bono alterius: & misericordia erit tristitia de malo alterius: tã diu e tali patrocinio tibi debebo. Philosophiæ flores recẽsere omittam⁹: ut ad tua uota iterũ du camur. Nostrũ nomẽ: & ratio nõdũ: cũ dij de itegro nos respiciãt: euanuit: cui deuotius hoc

uolumẽ q̃ diuo Lodouico inſubriũ dictatori: qui nuſq̃ niſi coercẽdo peccata iraſcit: dicãdũ erat. Gaudeo p̃ centũ annos: & quantũ ultra memorare obliuiſcor: humeris noſtris hãc domũ Sfortia omni integritate p̃iacula: inædiã: æſtus: algores in gramine ſub diuo quieſcentes carceres: cruciatus ob eã perpeſſi tulimus. Nec Mœcenas hõ bonus: & popularis p̃ domo Auguſti in Siculo: aut Cantabrico p̃lio plura q̃ noſtri maiores p̃ iſta familia: q̃ gratulor egit. Fulmina iã extincta nunq̃ a nobis tollẽt affectũ: uolumus (teſtor deos) ſemp̃ deuotius famulari: minas: uerbera q̃ canibus illata: ne domini ſubiiciant: amicitiã experior nõ extinguere. Eo diluuio: in q̃ ignis cœleſtis ĩ noſtras ædes ĩmiſſus ad faſtigia effumauit: quidã uehemẽter aduerſantes in p̃nitiẽ noſtrã q̃plurima molliebant: ſed diuus Lodouicus ex iuſtis opationibus princeps ſane cœleſtis: q̃ duce nullus eſt cũ pietate æquior: nõ diutius p̃miſſa ferẽs requiſitã opẽ tulit: ac mihi ſuas ỹtutes cardinales: q̃ ſunt fortitudo: tẽperantia: iuſticia prudẽtia auxiliari uoluit. Italiæ æternũ decus: Italiæ ſplendor: inuictuſq̃ illius genitor Frãciſcus comiter primo: filius ſecũdo hũc magiſtratũ mihi tradiderũt. Frãciſcus ſerenis diebꝰ cũ oĩa florerẽt: & nobis natiões inclinarent: ac noſtra domus in cœlo digitũ: in terris ueca duceũ Mercurij teneret: me coronauit. Lodouicus princeps optimus: quẽ diꝫ fœlicius ĩdies perennẽt: me ſic urgẽtibus tẽpeſtatibus obrutũ: a naufragio uix enantẽ inter tonitrua tactũ fouit: inſup: ut nũc multi forte inuidẽt: ditauit. Seruitutẽ quã p̃miſimus: beneficioꝝ aceruũ & prudentiã huius Semidei: a q̃ beamur: ut quocũq̃ ſtudio illi gratificari queã: mihi crede aduerto. Ipſe Numa nobis deos cõciliat: ipſe Lycurgus imperiũ nepotis innoxius ſine bellica rabie: ſine populationibus ampliat/ Aethiopes/ Parthi/ Indi/ & Arabes: ut quondã Octauiũ: nũc illũ adorare cõueniũt. Ipſe cõſilijs: & æquitate pollens: cãdidiſſimus oĩm moderator ærariũ nepotis p̃cedentibus bellis exhauſtũ: ſine alicuius iniuria maiorẽ in modum ĩpinguat. Ipſe minime intemperatus: ſed circa agẽda cõmenſuratus Italiæ potẽtatus pace firmauit. Sicq̃ Iani tẽplũ modeſtius ſine cruore q̃ Auguſtus clauſit. Poſtq̃ ſolus dictaturã duxit: quia nõ lucro: uel fucata gloria mouẽt: æque ac cũ ſuperis fœdera iũxiſſet: illũq̃ uiuentiũ arbitriũ ſtatuiſſent: nulla peſtis latiũ funeſtauit. Italiã peſte uel p̃lijs: aut ambobus ſimul nunq̃ ante ipſius moderationẽ uacaſſe: ego quinquagenarius recordor: ſic: ut conſpicimus ipſo cenſurã agẽte neq̃ cũ noſtris gentibus: uel barbaris: neq̃ cũ diis pugnamus: uerũ bonis udi: irrigatiq̃ in omni fœlicitate ocioꝝ apricamur. Romani: orbis habenas ſi nũc quoq̃ diſponerẽt: hunc etiã ſupſtitẽ inter deos: ſicut ſuos æqſſimos p̃cipes e ſuis meritis referrẽt & cũ aſſiduis ſacrificijs illi etiã tẽpla cõſtruerẽt. Certe ego ingentibus hois p̃conijs illectus cũ ero magis terſus: atq̃ elimatus: ei: ſi pie dignabitur: annales componã: ac tibi Ambroſio mihi deuoto longa lucubratione: ſi diꝫ ſenectutẽ dederint: aliquibus laudibus: ex q̃ laus eſt alicuius excellentiæ teſtimoniũ: & uirtutis præmium: ſatiſfaciam.

BONIFACII SYMONETAE CORNV ABBATIS
DOCTORIS ARTIVMQVE PROFESSORIS
PERSECVTIONVM CHRISTIANA
RVM LIBER SEXTVS ET VL
TIMVS FOELICITER
F I N I T

Ad Reuerendum dominum Bonifacium Symonetã
Cornu Abbatem digniſſimũ: Ioannis Biffi
Preſbyteri Mediolanenſis Carmen.

Si quid habes læti præſes doctiſſime Cornu:
Clara magiſtratus ſi ſtat tibi copia ſacri:
In numero ſi paſcit oues tibi iugere paſtor:
Triticea lybicos ſuperant ſi meſſe coloni
Quos alit atq̃ Padus liquidis præterfluit undis.
Si ſuperant plenoq̃ lacu tibi dona lyei
Dulcia decurrunt cliuoſi fluminis inſtar.
Deniq̃ quicquid opum diuino munere prudens
Iuſtus habes: propria & magna uirtute paraſti:
In te quæ ſolium poſuit: ſedeſq̃ quietas
Non ceſſura loco: memori quia pectore fulges.
Sunt tibi conſpicuæ clariſſima quæq̃ Mineruæ
Munera: ſiue paras numeris inſurgere uelox
Spumanti deuectus equo: ſeu clarus utrinq̃
Fœcundum reſeras pectus ſermone pedeſtri:
Et quicquid pulchro retinent diſcrimine ſeptem
Fortius hinc artes teneris edoctus ad amnis
Ipſe tuo calles phœbeo numine ductus:
Ductus & auſpicio magni Symoneta tonantis:
Qui tibi cum flueret diuerſa ſcientia: rebus
Omnibus: inq̃ fores clara mirabilis arte
Ingeniumq̃ tuum quicquid ratione ſubiret
Difficile eſt dubiumq̃ uiris: ſic iuſtus ab alta
Sede uidens tribuit magno munimine Cornu:
Munificuſq̃ dedit lati ſola pinguia fundi:
Eſt ubi cunctarum fœlix tibi copia rerum:
Qua ſuperas magni Alcidæ ditiſſima Cornu.
Munera: quæ quondam liquidis dimerſa ſub undis
Suſcepit lætoq̃ tulit ſibi copia uultu.
Sic uarius uarios liber hic modo continet artes.
Atq̃ ibi multarum præfulget copia rerum:
Ingeniiq̃ tui nunq̃ moritura leguntur.
Quæ quis non laudet ſacro monimenta liquore
Aſperſa: antiquis iterum certantia palmis:
Pontificum quibus eſt Romanæ cura ſalutis
Vita nitet: uitio uitij mala crimina dantur.
Virtutiſq̃ decus ſummo celebratur honore.
Quæ tenet inſignes laudatur epiſtola ſenſus:
Quæ tibi conſurgit Romani plena leporis:
Et uarios aperit claro ſermone receſſus:
Siue ſit aſtrigeri per quadrans mentio cœli
Siue ſit ad medicos faciens ſententia libris
Eſt complexa tuis magno moderamine rerum.
Hinc nitet hiſtoriæ non uno limite nodus:
Propoſitoq̃ ſedet quicquid tua pagina nobis
Porrigit: & miro pariter teſtatur amore.
Coſmographuſq̃ frequens fido pro teſte citatur
Sæpe tibi: ſubeunt ciuiles ordine leges.
Deniq̃ quicquid habent ſcriptores protinus omnes
Emicat hic clarumq̃ refert ſuper æthera nomen:
Quod bona dat grauitas: quod candida facta tulerunt
Hic uelut irriguis refluenti aſpergine pratis
Agmina ſublucent florum: uarioq̃ colore
Herba uiret: placito ſic ſtat ſententia caſu
Propoſito: & quadrant: alienaq̃ dicta recurrunt
Sed tibi pro tanto meritas quis munere grates:
En referat: ſolo referam tibi carmine grates.
Iupiter æternos ſacro tibi numine libros
Hos faciat: ſuperaq̃ uelit dignarier aura:
Hos probet & phœbus muſis comitatus amicis
Et nullam ſtatuat metam: ſine tempore fines
Protinus adiungat: totumq̃ legantur in æuum.

REGESTVM ET NOMENCLATVRA PONTIFICVM

A

Adeodat⁹. fol.lxxxiij.facie
Adrian⁹prim⁹.fo.xcij.dorſo
Adrianus ſecũdus. folio.ci.f
Adrianus tertius cij.d
Adrianus quartus cxxvi.d
Adrianus qntus cxxxvi.d
Agatus lxxxiij.d
Agapitus primus lxxiij.d
Agapitus ſecũdus cxi.f
Alexander primus xliij.d
Alexander ſecundus cxxi.f
Alexander tertius cxxvij.f
Alexãder quartus cxxxiiij.f
Alexander quintus cxlvij.f
Anacletus xlij. d
Anaſtaſius primus. lxv.f
Anaſtaſius ſecũdus lxx.d
Anaſtaſius tertius cvij.d
Anaſtaſius quartus cxxvi.f
Anicetus xlvij.f
Anterus li. d

B

Benedictus primus lxxv.d
Benedict⁹ſecũdus lxxxiiij.d
Benedictus tertius c.d
Benedictus quartus cvi.f
Benedictus qntus cxij.f
Benedictus ſextus cxiij.f
Benedictus ſeptimus cxiiij.f
Benedictus octauus cxvij.f
Benedictus nonus cxviij.f
Benedictus decimus cxx.d
Benedictus undecim⁹cxlij .f
Bñdictus duodecim⁹ cxliij.f
Bonifacius primus lxvij.f
Bonifacius ſecũdus lxxiij.f
Bonifacius tertius lxxviij.f
Bonifacius q̃rtus lxxviij.d
Bonifacius quintus lxxix.f
Bonifacius ſextus ciiij.f
Bonifacius ſeptimus cxiij.d
Bonifacius octauus cxli.f
Bonifacius nonus cxlv.d

C

Caliſtus primus xlix. d
Caliſtus ſecundus cxxiiij.f
Caliſtus tertius cxxv. d
Caliſtus quartus cl.f
Celeſtinus primus xli.f
Celeſtinus ſecũdus lxviij.d
Celeſtinus tertius cxxx.f
Celeſtinus quartus cxl.d
Clemens primus xlij.f
Clemens ſecũdus cxviij.d
Clemens tertius cxxviij.f
Clemens quartus cxxxv.d
Clemens quintus cxlij.f
Clemens ſextus cxliij.d
Cletus xli.d
Chriſtophorus cvi.d
Conon lxxxv.d
Conſtantinus lxxxvij. f
Cornelius lij.f

D

Damaſus primus lxiiij.f
Damaſus ſecundus cxix.f
Deuſdedit lxxix.f
Dionyſius liiij. d
Donus primus lxxxiij.f
Donus ſecundus cxiij.f

E

Eleuterius xlviij.f
Euariſtus xliij.d
Eugenius primus lxxxij.f
Eugenius ſecundus xcvi.f
Eugenius tertius cxxvi.d
Eugenius quartus cxlix.f
Euſebius lviij.d
Euthichianus lvi.d

F

Fabianus lij.d
Fœlix primus lvi.f
Fœlix ſecundus lxiij:d
Fœlix tertius lxx.f
Fœlix quartus lxxij.d
Formoſus ciij.d

G

Gaius lvij.f
Gelaſius lxx. f
Gregorius primus lxxvi.d
Gregori⁹ ſecũdus lxxxvij.d
Gregorius tertius lxxxviij.f
Gregorius quartus xcviij.d
Gregorius quintus cxv.f
Gregorius ſextus cxvij.f
Grego. ſeptimus cxviij.d
Gregorius octauus cxxi.d
Gregorius nonus cxxvij.d
Gregorius decimus cxxix.d
Grego.undecimus cxxxv.d
Grego.duodecim⁹ cxliij.d
Greg.decimuſterti⁹ cxlvij.f

H

Hilarius lxix.f
Hormiſda lxxi.d
Honorius primus lxxix.d
Honorius ſecũdus cxxiij.d
Honorius tertius cxxix.f
Honorius quartus cxxxix.f

I

Innocẽtius primus lxv.d
Innocentius ſecũdus cxxv.f
Innocẽtius tertius cxxviij.d
Innocẽtius q̃rtus cxxxij.f
Innocẽtius qntus cxxxvi.f
Innocentius ſextus cxliij.f
Innocẽtius ſeptimus cxlvi.d
Innocẽtius octauus clij. d
Ioannes primus lxxij.f
Ioannes ſecũdus lxxij.f
Ioannes tertius lxxv.f
Ionnes quartus lxxxi.f
Ioannes quintus lxxxv.f
Ioannes ſextus lxxxvi.f
Ioannes ſeptimus lxxxvi.d
Ioannes octauus ci.d
Ioannes nonus cv.d
Ioannes decimus cvij.d
Ioannes undecimus cix.d
Ioannes duodecimus cxi.d
Ioan. decimus tertius cxij.d
Ioan.decimus quart⁹ cxiij.f
Ioan.decimus qntus cxiij.d
Ioan.decimus ſextus eodẽ
Ioan.decim⁹ſeptimus.cxv.d
Ioan.decim⁹octauus. cxvi.f
Ioan.decimus nonus. cxvi.d
Ioannes uigeſimus cxvij.d
Ioan.uigeſim⁹ pri. cxxxvij.f
Ioan.uigeſim⁹ſecũd⁹.cxliij.f
Ioan.uigeſim⁹ terti⁹.cxlvij.d
Iginius xlvi. f
Iulius. lxij. d

L

Landus cviij. f
Leo primus lxviij.d
Leo ſecundus lxxxiij.f
Leo tertius xciij.d
Leo quartus c.f
Leo quintus cvi.d
Leo ſextus cix.f
Leo ſeptimus cx.f
Leo octauus cxij.f
Leo nonus cxix.d
Liberius lxiij.f
Linus xli.f
Lucius primus liij.f
Lucius ſecundus cxxv. d
Lucius tertius cxxvij.f

M

Marcellinus lvij.d
Marcellinus ſecũdus lviij.f
Marcus lx.f
Martinus primus lxxxi.d
Martinus ſecũdus cij.f
Martinus tertius cx.d
Martinus q̃rtus cxxxviij.f
Martinus quintus cxlviij.d
Melciades lix.f

N

Nicolaus primus ci.f
Nicolaus ſecundus cxx.d
Nicolaus tertius cxxxvij.d
Nicolaus quartus cxl.f
Nicolaus quintus c xlix.d

P

Paſcalis primus xcv.d
Paſcalis ſecundus cxxij.d
Paulus primus lxxxix.d
Paulus ſecundus cli. f
Pelagius primus lxxv.f
Pelagius ſecundus lxxvi.f
Petrus xxxix.f.&.xl.d
Pius primus xlvi.f
Pius ſecundus cl.d
Pontianus li.f

R

Romanus ciiij.d

S

Sabinianus lxxvij.d
Sergius primus lxxxv.f
Sergius ſecũdus xcix.f
Sergius tertius cvij.d
Seuerinus lxxx.d
Siluerius lxxiiij. f
Siluester primus lix.d
Siluester ſecundus cxv.d
Siluester tertius cxviij.f
Simachus lxxi.f
Simplicius lxix.d
Siricus lxiiij.d
Siſimus lxxxvi.d
Sixtus primus xlv.f
Sixtus ſecundus liiij.f
Sixtus tertius lxviij.f
Sixtus quartus cliij.f
Soter xlvij.f
Stephanus primus liij.d
Stephanus ſecũdus lxxxix.f
Stephanus tertius lxxxix.d
Stephanus quartus xciiij.d
Stephanus quintus ciij.f
Stephanus ſextus ciiij.f
Stephanus ſeptimus cix.d
Stephanus octauus cx.d
Stephanus nonus cxx.f

T

Theleſphorus xlv. f
Theodorus primus lxxxi.f
Theodorus ſecundus cv.f

V

Valentinianus xcviij.f
Victor primus xlix.f
Victor ſecundus cxix. d
Victor tertius cxxij.f
Vigilius lxxiiij. d
Vitalianũs lxxxij.d
Vrbanus primus l.d
Vrbanus ſecundus cxxij.d
Vrbanus tertius cxxvij.d
Vrbanus quartus cxxxiiij.d
Vrbanus quintus cxliij. d
Vrbanus ſextus cxlv.f

Z

Zacharias lxxxviij.d
Zepherinus xlix.f
Zoſimus lxvi. d

Τέλος

Hoc opus impreſſum fuit in inclyta ciuitate Baſileę
per Nicolaum Keſler. Anno ſalutis
Chriſtianæ. M. D. IX.
In menſe Decembri.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE SALAMANCA